

BIBLIOTHECÆ BENEDICTINO CASINENSIS

PARS PRIMA.

BIBLIOTHECA
BENEDICTINO
CASINENSIS
SIVE
SCRIPTORUM CASINENSIS CONGREGATIONIS
ALIAS
S. JUSTINÆ PATAVINÆ
Qui in ea ad hæc usque tempora floruerunt. Operum, ac Gestorum notitiæ.

AUCTORE REVERENDISSIMO PATRE
D. MARIANO ARMELLINI
Ejusdem Congregationis S. PETRI de Assisio Abbate.

PARS PRIMA.
CUM TRIPLICI INDICE.



ASSISII Anno MDCCXXXI.

Typis Feliciani, & Philippi Campitelli Fratrum.
Superiorum permissu.

Sapientiam omnium Antiquorum exquiret Sapiens. *Eccl. 39. a. 1.*

BEATISSIMO PATRI BENEDICTO MONACHORUM PATRIARCHÆ

Se, suumque Opus Author commendat.



IBI, SANCTISSIME PATER, Filiorum tuorum ego, etiamsi minimus, ac nimium degener, & nomine tenus Monachus, hunc tamen Studiorum meorum, ac vigiliarum qualemcumque fructum humillimè sisto, & amantissimè offero, certâ spe fretus, firmâque ductus fiduciâ, eum Tibi haudquaquàm displiciturum. Solent equidem Scriptorum plurimi, terrenis Principibus, vel Illustri cuipiam Viro lucubrationes suas multo, splendidoque verborum apparatu nuncupare, vel ut grati erga eos animi sensum pro acceptis beneficiis testatum faciant, vel ut beneficia ipsa sibi aucupentur, literario vero muneri tutelam, præsidiumque nanciscantur. At ego sicuti a nullo mortalium beneficia unquam recepi, quæ tuis in me collatis comparari meritò possint, ità a nemine in Terris degente validiùs patrocinium, aùt potentiorem clientelam me consequuturum exploratum habeo: Tua in hoc opere, tuorumq; res agitur. Hic namque non Doctrinæ tantùm decora,

qui-

quibus tua hæc CASINENSIS CONGREGATIO, vel ipsa appellatione Tibi acceptissima, adeò refulsit, sed morum etiam probatissima exempla passim occurrunt: Quid Tibi gratius, & jucundius? Tibi, inquam, cui Spiritus Sanctus cœlestis Sapientiæ thesauros indeficientes aperuit, quem superefluenti gratiâ [1] *omnium justorum spiritu plenum* reddidit: [2] *prudentissimum Vitæ Cœnobiticæ Legislatorem constituit*; [3] *Doctorem dulcissimum Doctorum effecit*, & [4] *totius Sanctitatis exemplar, & simulacrum exhibuit*.

Fecit enim Te Deus velut alterum Abraham, non carnis propagatione, sed generatione spirituali, in *Gentem magnam*, *multiplicavit semen tuum sicut Stellas Cœli*, *& benedixit in Te cunctis Tribubus Terræ*; ut propterea de amplissimo æque, ac Sanctissimo tuo Ordine jure meritò quidam cecinerit:

Iste quot indigetes, quot Divos protulit Ordo!
Vix fasti capiunt numerum, sunt Æthere plures
Quàm qui Sanctorum sunt in monumenta vocati.

Ex Te siquidem, ex tuis scilicèt exemplis, ex tuis legibus, ceù ex largissimo, purissimoque fonte, tot Scientiarum, ac Virtutum rivuli, imò verò flumina, ad irrigandam universam terram, perennitèr manarunt, ut de plenitudine tuâ omnes acciperent. Gaudebis igitur, de Cœlo respiciens, in hisce voluminibus tuo Nomini consecratis, ea descripta intueri, & a seris adhuc Nepotibus custodita, quæ, dum inter homines degeres, adeò Tibi cordi fuerunt, morum videlicèt eximia Sanctitas, & mentis sacra eruditio. Hæc non paria forsitan, neque cum priscis illis, primoribusque Ordinis tui Patribus conferenda, sed tamen talia sunt, ut vel ex iis Spiritum illum, cui tam fideliter deservisti, aut permanentem, aut redivivum omnes agnoscant. Ego quippè pro tot in hac instruenda Bibliotheca die, noctuque exantlatis laboribus, nullâ, Deo propitio, humanæ laudis cupiditate pulsor, nullâ spe fluxæ retributionis sollicitor; unum dumtaxàt votorum meorum finem exopto, unum sudorum præmium percupio, ut tuo apud D. Opt. Max. auxilio, & præsentes, & posteri, quotquot sub tuo vexillo, tuisque sub auspiciis Deo militare profitentur, his provocati exemplis, studeamus amare, quod amasti, & opere exercere, quod docuisti.

(1) S. Greg. M. Dial. l. 2.
(2) Steph. P. III. in Paneg. S. Bened.
[3] S. Berthar. sermon. de S. Scholast.
[4] Jo. Tritem. de Vir. Ill. Ord. S. Bened.
Gen. 22. D.

Reg. c. 64. Vitæ merito, & Sapientiæ doctrina Abbas eligatur. Et Cap. 21. de Decanis: & non eligantur per Ordinem, sed secundum vitæ meritum, & scientiæ doctrinam. Vide Mabill. de Studiis Monast. part. 1. cap. 7.

REVERENDISSIMO PATRI

D. BONAVENTURÆ FINARDI

S. Georgii Majoris Venetiarum Abbati, & Congregationis Casinensis Ordinis Divi Benedicti Præsidi Meritissimo.

D. MARIANUS ARMELLINI

Ejusdem Congregationis S. Petri de Assisio Abbas, Felicitatem.



OSt Sanctissimi Patriarchæ Nostri huic Operi è Cęlo imploratam opem, cui nàm inter Mortales Illustri Viro potiori jure illud inscripserim, & contrà oppugnantium impetus, si qui fuerint, vindicandum obtulerim, quàm Tibi Reverendissime Præsul, qui Beatissimi Patris Nostri & moribus lectissimis virtutes exprimis, & supremâ dignitate personam geris? Ità enim a Sapientissimo rerum omnium Opifice, qui cœlestia simul, ac terrena moderatur, est constitutum, ut superna inferioribus, cœlestia terrenis, ima summis copulentur, & Triumphantis, ac Militantis Ecclesię membra in unum veluti corpus coalescant, ab eodem Divino Spiritu animatum, ab eadem Divinâ Mente directum; quo etiàm fit, ut qui in terris D. O. M., Divorumque ejus locum, ac vices sustinent, tum eorum authoritate polleant, tùm etiam simili honore potiantur, & quidquid his reverentiæ, ac obsequii tribuitur, ipsis potius, quos referunt, delatum censeatur.

Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus mens agitat molem. Virgil.

Quis vos audit me audit &c. Luc. 10. 16.

Hæc

Hæc sanè propositi mei communis ratio: At peculiares, quæ me ad id impulerunt, nèc paucæ, nèc parvæ sunt; Amor in primis, beneficentia, & singularis humanitas, quâ me jàm diu es prosequutus, studium deinde, & cura in hoc ipsum Opus, quod hortatione non minus, quàm pluribus, iisque egregiis, collatis a Te literariis subsidiis insignitèr promovisti: Tuum igitur quodammodo Opus, Tibi nunc redditum, nullus dubito, quin a Te benignè sit suscipiendum, gratè habendum, & pro virili parte juvandum.

Sed & aliæ non defuere causæ, eædemque gravissimæ, ut Te in Bibliothecę hujusce Patronum jure optimo accerserem; Una Familiæ tuæ claritas inter Bergomatum nobiles, ac vetustius adnumeratæ, in qua plures domi, forisque celebres floruere, satis, superquè sufficeret. In eâ (ut nonnullos, primùm quidèm nostræ ætati proximiores, tùm ab eâ minus dissitos attingam) Patrui duo, [1] Bartholomæus Sacræ Theologiæ Doctor, ac Bergomensis Ecclesiæ Canonicus, [2] & Angelus ex Augustiniano Cœtu summus Philosophus, ac Theologus, & Poeta, unâque Concionator eximius, doctissimarum lucubrationum Author, eruditione juxtà, ac vitæ integritate suspiciendus: [3] Joannes Antonius, atq; (4) Angelus, ambo optimi Cives, ambo ex Patribus conscriptis Bergomensis Urbis, quorum ille medicis artibus instructissimus, ab ingenti lue, quæ anno 1630. miserum in modum grassabatur, periclitantem Patriam magnâ ex parte servavit, suâque posthabitâ, alter veluti Curtius, Civium saluti in præsentissimo discrimine sese devovit; nàm nullo sibi ex communi bono, nisi a Deo proposito præmio, dum aliis custodiendis, minimè sibi parcens, nec intermisso labore, irrequietas vigilias agit, intempestivo fato succumbere coactus est; [5] Franciscus denique (ne longiori enumeratione nimium digredi videar) quem inter cœtera virtutum insignia, Poetices quoque laude ornatum fuisse compertum est. Inter affines verò (unum tantùm loco omnium commemoro) (6) Cl. Jo. Petrus Maffejus è Societate Jesu, doctrinâ, ac Latinæ Linguæ nitore, & elegantiâ utrique Orbi notissimus, qui profectò cuncti, (7) aliique, & exemplo suo, & tuo ingenio Literatorum Te Mecænatem hæreditario quasi jure constituunt.

Verum quamvis hæc Gentis tuæ, proindeque tua etiam decora, veluti tamen aliena forent, lubens prætereo, ut ea, quæ Tibi sunt propria, a tuâque unâ virtute proficiscuntur, suâque se

leuç

Luc. Lind. pag 625, edit. Venet. An. 1664

[1] De eo Donatus Calvi in Scen. lite. Berg. Scrip. P. 2. pag. 5.

[2] De quo Ephem Liter, Ital. tom. 33, par. 1. art. 1. pag. 65. & Gādulph. *Fiori Poetici* &c. pag. 14. & 223

(3) Vid. Laurent. Ghirardell. in Histor. Bergom. Conteg. An. 1630. Ital. impress. Berg. 1681. apud Fratres de Rossi pag. 206 211. 218. lib. 5. & pag. 238. lib. 6.

(4) De eo idē Donat. Calv. ibidē Part. 1. pag. 65.

(5) Vid. Bartholom. de Peregrinis in sacr. Vin Berg. edit. Brix. 1553. apud Ludov. Britannicum.

(6) De eo laud. Calvi P. 1. pag. 26.

(7) Quorum complures enarrat idem Calvi eosque Patricios ibid.

luce produnt, nequicquam reluctante modestiâ tuâ, (*magna est enim veritas, & prævalet,*) paulispèr commemorem. Ingens quidèm majorum tuorum splendor, sed quo tamen tuarum Virtutum fulgor minimè indigeat, cum a Te potius famæ, ac nominis incrementum accipiat. Sed quid ego? dum vel me tacente, Sapientiam tuam, & Neapolitana, & Veneta, & Romana Sodalitatis nostræ Cathedræ, quas annis quatuor supra triginta moderatus es, & reconditâ Doctrinâ, tùm Philosophicâ, & Theologicâ, tùm etiam Canonicâ illustrasti, ipsaque Sac. Indicis Congregatio, quæ Clem. XI. Pont. Max. æque, ac sapientissimi judicio, & jussu, Te Consultore usa est, pleno ore loquantur, & diutissimè sint loquuturæ. Prudentiam verò, Justitiam, Solertiam, ac Pastoralem Sollicitudinem Monasteria, quibus hactenus præfuisti, tota denique Casinensis Familia, quæ nunc Te Præside summoperè gloriatur, & gaudet, unanimi consensione, & concordi voce deprædicant. Quid igitur ego? Unam dumtaxat, [ut rem propius attingam,] quam reliquarum Virtutum Reginam meritò veneramur, Charitatem nempè in Filios, & quæ ex eadem oriuntur, Lenitatem in Subditos, Benignitatem in omnes summis laudibus efferendam existimo. Hęc siquidem ita propria, ac peculiaris est Sm̃i Legislatoris Nostri Virtus, ut ex eâ potissimum noster Ordo constet, ex eâque, tamquam ex tessera, & symbolo ubique dignoscatur, ac vigeat. Hæc propterea, Præsul Optime, hæc est, quæ Te Bm̃i Patriarchæ nostri moribus, ac ingenio persimilem, & amplissimo, quem pro eo tenes, loco dignissimum reddunt; Hæc denique est, quę mihi ut opus hoc ad Dei, & Sm̃i Patris, Filiorumque ejus Casin. gloriam, ut quidem potui, elaboratum, Tibi commendarem, persuasit, conceptâ spe, Dei ipsius ope, ac Bm̃i Parentis patrocinio, tuisque sub auspiciis, Benedictino-Casinensibus Scriptoribus id eventurum, quod de ipsis, eorumque æmulatoribus prophetico afflatus spiritu pręnunciavit Ecclesiasticus: *Sapientiam ipsorum narrent Populi, & laudes eorum nunciet Ecclesia.* Vale Reverendissime Pater, Nostrumque omnium bono, atque ornamento diutissimè vive.

Esdre 3. c. & E.

Cap. 44. 15.

APPROBATIONES.

Rm̃i D. Angeli M. Quirini.

JUssu Rm̃i P. D. Joannis Baptistæ de Miro Congregationis Casinensis Præsidis Librum, cui titulus: *Bibliotheca Benedictino-Casinensis*, ab Adm. Rev. P. D. Mariano Armellini Romano nostræ Congregationis Decano, & olim Philosophiæ, ac Sacræ Theologiæ Lectore compositum, attentè perlegi, cumque nihil in eo a Catholicâ Fide, nihil a bonis moribus absonum deprehenderim, imò verò adhibitam singularem diligentiam, ut Nostrorum Nomina Casinensium, qui Literariam Rempublicam ingenii sui fœtibus illustrarunt, ipsamet literarum monumentis vicissim illustrata æternitati mandentur, Opus publica luce dignum existimo. Dat. Romæ in Ædibus S. Callisti die 16. Junii 1721.

D. Angelus Maria Quirinus Abbas S. Mariæ de Florentia.

Rm̃i P. D. Bonaventuræ Finardi.

JUssus a Rm̃o P. D. Joanne Baptista de Miro SS. Severini, & Sosii Neapolis Abbate, & Congregationis Casinensis Præside, Librum attente legi, cui titulus: *Bibliotheca Benedictino-Casinensis*, compositum a P. D. Mariano Armellino Nostræ Congregationis Decano, qui meritò, ac jure collaudandus est; propterea quod nulli pepercerit labori, nullamque prætermiserit diligentiam in eruendis monumentis ex Codicibus tùm Typis Impressis, tùm Manuscriptis, nec non aliis etiam ex locis, ut, quantùm in eo fuit, inveniret, secerneret, atque in clarissimâ luce poneret Opera Monachorum Congregationis Casinensis, qui sibi laudem aliquam in Republicâ Literariâ compararunt, tàm illorum, qui fama innotuerant, quàm eorum pariter, quorum aut nomen interierat, aut Scripta ob temporum injuriam, hominumque negligentiam delitescebant. Quo equidèm non solum fiet, ut talium Casinensium memoria, penes nos præsertim nunquam intercidat, verùm etiam futurum arbitror, ut Majorum exemplo, nostræ Congregationis Alumni ad insistendum eorum vestigiis excitentur. In eo autem cum nihil repererim, in quo Author a Catholicæ Fidei regulis, rectisque moribus dissentiat, multum verò eruditionis, ut Typis vulgari possit sanè quàm dignum censeo.

D. Bonaventura Finardus Congregationis Casinensis Prothesaurarius, Sac. Indic. Congreg. Consultor, & in Collegio S. Anselmi Sacr. Canonum Institutor.

Adm. Rev. P. D. Fortunati Tamburini.

JUssu Rm̃i P. D. Joannis Baptistæ a Neapoli Abbatis S. Severini, & Congregationis Casinensis Præsidis diligentèr perlegi Opus inscriptum: *Bibliotheca Benedictino-Casinensis*, compositum a P. D. Mariano Armellini Romano nostræ Congregationis Decano, & olim Philosophiæ, & Sac. Theologiæ Lectore, in quo cùm doctus, & eruditus Author ejusdem Congregationis Scriptores, eorumque gesta, & Operum nomina è tenebris eruat, illustret, atque in bono lumine collocet, nihilque hisce admisceat Fidei, aut morum regulis dissonum, ideò, & Auctorem de Republicâ nostrâ, deque Orbe Literario benemeritum censeo, & Opus Prælo dignissimum. Romæ ex Ædibus S. Callisti die 20. Junii 1721.

D. Fortunatus a Mutina Decanus Casinensis, in Collegio S. Anselmi Romæ Sacr. Theologiæ Lector.

D. Joan-

D. Joannes Baptista a Neapoli Abbas, & Præsidens Congregationis Casinensis Ordinis Divi Benedicti.

Facultas Rmi P. Præsidis.

LIceat P. D. Mariano Romano nostræ Congregationis Monacho, & Decano edendum Typis Librum committere, cujus titulus: *Bibliotheca Benedictino-Casinensis* &c., cum illum aliquot ejusdem nostræ Congregationis Théologi recognoverint, & luce dignum judicaverint, dummodò tamèn, ii, quorum interest, non impediant. Datum Neapoli in Monasterio S. Severini die 28. Junii 1721.

D. Ioannes Baptista a Neapoli Abbas, & Præsidens.

D. Thimotheus a Janua Pro-Cancellarius.

Locus ✠ Sigilli.

Cl. Equitis Prosperi Mandosii.

PErmissu Rmi P. Fr. Gregorii Selleri Sac. Pal. Apost. Magistri, sedulò perlegi *Bibliothecam Benedictino-Casinensem*, Authore A. R. P. D. Mariano Armellini Monacho Decano Casinense, quæ nihil Orthodoxæ Fidei, nihilque optimis moribus contrarium continet. Porrò Author absolutæ doctrinæ Vir, inclyto labore, inclytam, & claram Congregationem clariorem reddit. Dignum profectò Opus, quod Prælo, Typisque tradatur, & magno apud omnes in honore, & nomine erit. Romæ.

Eques Prosper Mandosius.

Imprimatur si videbitur Rmo P. Sac. Pal. Apost. Magistro.

Nuntius Baccari Episcopus Bojanen. Vicesgerens.

Imprimatur.

Fr. Gregorius Selleri Sac. Pal. Apostolici Magister Ord. Prædicatorum.

Reimprimatur.

Fr. Joannes Nicolaus Selleri Ord. Prædicatorum Inquisitor Perusiæ.

JUDICIA CLARISSIMORUM VIRORUM.

Adm. Rev. P. D. Mariano Armellini Monacho Casinensi, & Decano. Eques Prosper Mandosius salutem.

Epistol. supralaudati Equitis Mandosii ad Authorem.

BIbliothecam Benedictino-Casinensem exactè, studiosè, & concinnè a Te elaboratam, volupè, sedulòque perlegi, in qua sapientissimos, eruditissimosque Illmæ Congregationis Viros egregiè exponis, & illustras, non sine honore Dei, ac Sanctissimi P. Benedicti, & laude tuâ insigni. Exoptandum itaque est, ut quantociùs emittatur in lucem Opus publicâ luce sanè dignissimum, quatenus exornatus salutaribus, & doctissimis monumentis inclytus religiosus Ordo, magis elucescat; cunctique manifestum habeant, summam in eo rerum omnium scientiam omni tempore floruisse. Hujus etenim generis Libri nunquàm non leguntur, & magnoperè æstimantur. Vale mei memor in precibus tuis. Die VII. Septembris 1716.

Rmi

Rm̃o P. D. Mariano Armellino Abbati Casinensi Franciscus Valesius S. P. D.

Cl. ac Doctiss. Francisci Valesii Romani.

PErlegi superioribus diebus, Abbas Rm̃e, tuum de Scriptoribus Casinensibus Volumen primum, quod jàm remisi, summâque jucunditate animi ex hac lectione affectus sui; hærebam autem, quid in eo primum admirarer, assiduum ne laborem in excutiendis tot Bibliothecarum omnibus angulis, ut doctorum Sacræ tuæ Casinensiis Familiæ Virorum scripta erueres, ac indicares, (utinam quædam integra aliquandò in lucem proferas.) Additis etiam eorumdem Clariss. hominum rebus gestis ex quibusvis monumentis undiquè conquisitis; An acre tuum judicium, accitis etiam variorum Auctorum suffragiis in scriptis illis expendendis, omniaque eleganti, ac expolita oratione, & quæ pietatem, ac religionem undequaque redoleat, prosequutus es? Quamobrèm ut Scriptores ii multum Tibi debent, quòd eos ab oblivione in memoriam hominum, veluti in vitam revocasti, ità Tibi vicissim ex hoc patrocinio facta est laudis, & gloriæ non mediocris accessio. Alterum Volumen ut mihi mittas, velim, scis enim quàm addiscendi cupidus sim, & utrumque quod nondum Studiosorum bono Typis vulgetur impatienter fero; nam ut cum Plinio loquar: *pulchrum in primis videtur non pati occidere, quibus æternitas debeatur, aliorumque famam cum suâ extendere*. (Epist. l. 5. ep. 8.) Vale Vir amplissime, meque Tibi addictissimum prosequere affectu, quo soles. Romæ pridie Idus Junii 1728.

Reverendissimo Padre, Padrone mio Collendissimo.

Cl. ac eruditissimi Uberti Benevoglienti Nobilis Senensis.

HO finito di leggere il primo, e secondo Tomo della dotta Opera di V. P. Rm̃a, nella quale io non l' ho servita, come doveva, ed era mio peso; perche ella benissimo sà, che io non sono ne poco, ne punto atto a giudicare ne di queste, ne d' altre cose; benche mi piacciano, e mi dilettino; ma perche V. P. Rm̃a ha voluto così, ho avuto ardimento di notare nel foglio qualche bagattella, più tosto a fine d' ubbidirla, che di dire cosa alcuna di buono. Del resto io dirò ingenuamente, che l' Opera è piena, e ricolma di singolari, e rare notizie, delle quali io ne era affatto allo scuro; a tirar fuora le quali altro non vi voleva, che la sua esatta diligenza, e una continuata pazienza; perciò di tutto cuore io seco mi rallegro della sua bella fatica, la quale, se non m' inganno, si rende utile, e necessaria a chi volesse, ad imitazione de' dotti Francesi, distendere una Istoria Universale della Religione de' Benedettini in Italia: ma tanta è l' abbondanza di sì bei fatti, che un sol Mabillone al certo non ne potrebbe riuscire a fine; Ella perdoni il mio ardire, mentre mi dichiaro, che sono, e sarò sempre.

Di V. P. Rm̃a. Di Casa 16. Aprile 1728.

Devotiss. Obbligatiss. Servitore. Uberto Benvoglienti.

Cl. ac celeberr. Bernardini Perfetti Equ. ac Poetæ extemporanei Laureati &c. Nobilis Senensis.

BErnardino Perfetti riverisce con distintissimo ossequio il Rm̃o P. Abbate di S. Eugenio, a cui significa di aver letto con somma sodisfazione in questi giorni la bellissima Opera della Biblioteca Casinense scritta da V. P. Rm̃a, la quale con questa così erudita, e così grave fatica ritornare fà alla luce la memoria di tanti insigni Letterati, che hanno recato tanto di gloria al Venerabile Antichissimo Ordine Casinense, e tanto di lume a tutte le Scienze, ed Arti più nobili. Io me ne rallegro con tutto giubilo con V. P. Rm̃a, a cui priego da Dio lunghezza di vita per l' ultimazione di quest' Opera, e per altre molte, di cui Ella è capace d' arricchire il Publico &c.

Nel-

NElle scorso Ordinario non le scrissi, perche non avea ancor finito di leggere interamente tutta la sua eruditissima Opera, mancandomi l'ultimo quinternetto, che lessi nella Domenica susseguente. Or eccole intorno alla sudetta sua Opera, in poche, e sincere parole il mio debolissimo parere. Io per me la stimo degnissima di stamparsi, e ciò lo dico con ogni ingenuità, e senza adularla: E' un Opera nuova, non fatta, nè pensata da altri, abbondante di rare, e belle notizie, ricercate con incessante fatica di molti, e molti anni, e l'Opere di tal sorta sono in oggi assai in preggio, e vengono molto richieste, in particolare dagli Oltramontani, bramosi di aver cognizione degli Scrittori Italiani di questi ultimi tempi, e delli viventi in specie. Può con ragione Ella dire: *Sufficiat mihi incepisse, aliisque viam aperuisse feliciùs perficiendi, quod a me, ut opinor, nec infelicitèr tentatum est*. Se io riputassi altrimente, non l'avrei con altre mie parsuasa a darla alla luce. Soggiungerammi ella: Molti vi troveranno molte cose da dire: Rispondo, è vero; ma qual Opera mai di qualsisia Autore è stata, ed è immune dalle critiche, e dalle censure? Chi queste non vuole, non dia fuora i suoi parti. Il far l'Opere perfettissime è solamente di Dio, e pure qualche temerario, o per dir meglio, insano, ha osato di porvi bocca. Il pretendere, che un Opera piaccia a tutti, e sia da tutti lodata, è una sciocchezza, basta che piaccia a molti, e sia da molti lodata, se non in tutto, almeno in parte, come ben disse il Marziale Britannico: *Qui legis ista, tuam reprehendo, si mea laudas omnia, stultitiam, si nihil, invidiam &c.* Roma 18. Settembre 1729.

Cl. ac eruditissimi Julii Mandosii Nobilis Romani Prosperi Filii.

Arn. Wion in Præf. Lign. Vit. p. 11

Ovvenio:

MI ha consolato assaissimo la cordialissima, e riveritissima lettera di V. P. Rma, sì perchè dalla medesima raccolgo il buono stato della sua salute, in cui prego Iddio di cuore, che la conservi *ad multos annos*, sì perche comprendo la disposizione veramente propria, ed opportuna per ridurre a perfetto fine la tanto da me sospirata Opera della di lei BIBLIOTECA, non già debole, come Ella dice, ma forte, e degnissima &c.

Brescia. S. Euffemia 25. Maggio 1731.

Rmi P. D. Bernav. Finardi Abbatis, & Præsidis Congreg. Casin.

IN LODE DELL' AUTORE DELL' OPERA NUOVA DETTA LA BIBLIOTECA CASINENSE,

Nella quale vengono a luce molti Uomini Illustri della Religione Benedettina non prima giunti a comman notizia.

Illmi Spinelli Piccolominei Nobil. Senensis Poetæ.

AL cupo Regno suo, dove gli estinti
Confonde Oblio con dispettoso impero
Con cento Eroi al bruno Cocchio avvinti
Tornava un dì, non mai più ricco, e altero:
Saggio Scrittor, cui 'l disonor de' Vinti
Il sen forte pungea, fatto Guerriero
S' oppose, e i lacci, ond' eran stretti, e cinti
Infranse in faccia al Rè superbo, e fiero.
S' alza la Fama, e l'onorata Istoria
Cantar vorrebbe all' uno, e l' altro Polo,
Ma poi confusa in così gran Vittoria
Non sà qual pria portar ne debba a volo
O' quel, che a tanti Eroi dà vita, e gloria,
O' tanti Eroi, onde si eterna un solo.

PRÆ-

PRÆFATIO.



Ivini consilii ratione optimâ cautum est, ne quid inter mortales sit sempiternum: In se magna ruunt, nec quidquam sub Sole conspicitur, quod interire non debeat: Quamvis Deus ipse, qui curvat Regna, & mutat Imperia, indeficienti bonitate hoc quoque providit, ut plura ex eodem mortalitatis Rogo, veluti Phęnices, ad pristinam lucem, vitamque iterum emergant; *multa renascentur; quæ jám cecidere;* ut canebat Venusinus, de Vocum inconstantia.

De Arte Poetica divis. 8.

Hoc præ cęteris D. Benedicti amplissimus per Occidentem Nigrorum Monachorum Ordo, qui ejusdem Bmi Patriarchæ primigenii sunt Filii, satis superq; ostendit; Nam innumeris propemodum, iisque pręclarissimis Cœnobiis ubique florens, universam Dei Ecclesiam, Doctrinâ, & Sanctitate plurimum illustravit. Licèt autem pro naturę humanę imbecillitate, Prædonum, ac Tyrannorum violentiâ, temporis, ac bellorum injuriis, alicubi collabi, ac deficere interdum sit visus, novis tamen identidem Congregationibus excitatis, ex iisdem Monasteriis, tamquam membris in unum corpus convenientibus, antiquo splendori, Smæ Regulæ observantię, meliorum literarum cultui, morum denique eximiæ Sanctimoniæ, si minus omni, haud tamen spernendâ ex parte, restitutus est, ut mille jam, ac trecentos annos adhuc maneat, ad usque Mundi finem, Deo savente, mansurus.

Sæc. x. ann. 910.

Eas inter Cluniacensi Congregationi longè, latèque diffusæ, ac deinde Casinensi, quæ illâ tamdem in Italiâ pœnè extinctâ, mirabili prorsus modo refloruit, primas nemo non dederit. Cum enim sub initium Sæculi xv. ob varia infortunia, nobilissima quæque in hac Regione Ordinis nostri, nedum inferiora Cœnobia, protritâ regulari disciplinâ, dissipata re familiari, in ruinis jacerent, paucissimis dumtaxàt Monachis in aliquibus ipsorum relictis, repentè, ac nemine eâ de re cogitante, ex Ludovici Barbo Nobilis Veneti S. Georgii in Alga olìm Canonici, Viri pietate, religione, doctrinâ, ac prudentiâ incomparabilis, per SS. Gregorium XII. in D. Justinæ Patavinę Abbatem insperata electione, mutata prorsus rerum facies apparuit. Fuerat quidèm hoc Asceterium retroactis Sæculis celeberrimum, sed per id temporis adeò labefactatum, ut Cardinalis Corrarius Archiepiscopus Bononiensis, laudati Pontificis Fratris Filius, & ejusdem Cœnobii Commendatarius, præsentibus malis medelam allaturus, Olivetanos Monachos recens institutos, ad illud moderandum accierit, quibus tamen paulò post indè amoris, ac Ludovico substituto, omnia singulari Dei ope, & Ludovici, asseclarumque undiquè ad eum confluentium virtute in optimum utriusque generis statum, sacrum scilicèt, & œconomicum brevi, ac facile revocata sunt.

Ann. 1409.

Quin imò hoc exemplo permoti, tùm aliquot Commendatarii Abbates, tùm Pontifices Maximi, aliique Principes, plura tota Italia Cœnobia D. Justinæ Monachis simili ratione reparanda, & administranda certatim tradidere; non quidèm omnia, quæ adhuc in Italiâ supererant, imò, si cum antiquis conferantur, valde pauca, tot tamen, taliaque, ut amplissimam, ac celeberrimam Congregationem efformare potuerint; nàm Monasticæ disciplinę egregiè adeò instauratę fama Nicolaum Guasconum Nobilem Florentinum impulit, ut insignem in Patriâ Abbatiam, quam in Commendam obtinebat, ab Hugone Etruriæ Principe olìm erectam, nostris Patribus cederet, Cucculloque sumpto Patavii, & ipse Monachus, haud ità multò pòst piissimè obiit. Guido deinde Gonzaga, Divi Benedicti in agro Mantuano amplissimum Cœnobium, faventè Martino V. Pont.

Max.

Max., nostris adjunxit, quo eodem Pontifice Patriarchalis D. Pauli Romæ Basilica, Sacrumque Monasterium, insueto sanè prodigio, quod apud Cavaccium legesis, Congregationi accessit. In hujus vastissimi Templi, & antiquissimi Cœnobii restaurationem strenuam operam contulit, demandante eodem Pontifice, Cardinalis Condelmerius, qui postea Eugenius IV., Congregationem nostram impensè coluit, fovit, ac propagavit.

Hist. S. Justinæ l. 5.

Crevitque Congregatio Cœnobiorum numero, ac dignitate per universam Italiam, tùm verò maximè, cum anno 1505. Casinense Archisterium totius Monastici Ordinis Fons, & Origo, Joanne Cardinali Mediceo, qui postea Leo X. Julii II. Pont. Max. votis obsecundante, operâ tamen Magni Consalvi, qui ad Barulum in Apuliâ, D. Benedicti prædictione, ac ope, memorabili clade Gallos fuderat, Justinianæ Congregationi adnexum fuit, ex quo tempore, ob S̄mi Patriarchæ inibi quiescentis reverentiam, & præclarissimi Cœnobii majestatem, Congregatio Casinensis, aliàs S. Justinæ De Padua appellata est. Nec adeò multò post, anno scilicet 1506. Sicula Congregatio, quæ pluribus Monasteriis constabat, inter quæ tria nobilissima numerabantur, Panormitanum S. Martini, Messanense S. Placidi, Catanense S. Nicolai de Arenis, haud parvum eidem Congregationi incrementum addidit.

Ferdinandi a Corduba.

Hujus igitur Congregationis in qua jamdiù, licet immeritò, ac inutiliter vivo, Scriptorum omnium Bibliothecam, longo quidèm tempore, & labore gravi, & qua maximè potui diligentiâ adornatam, in publicam tandem lucem emitto; nihil sanè veritus innumeros Viros Criticos, quibus Respublica Literaria satis superque, ne dicam nimis, abundat, qui lynceis oculis omnia rimantur, omnia ad rigidiorem trutinam revocant, omnia ad inflexibilem amussim expendunt, nodum quandoque in scirpo quærentes, in Sole ipso maculas autumantes, nihil, inquam id veritus, tantum ut Matri pientissimæ, ac dilectissimæ hanc saltem vicem rependam, ut ejus Filios, quotquot scire potui, qui doctrinæ, ac virtutis suæ monumenta, vel calamo tantum exarata, vel typis ad communem utilitatem tradita, posteris reliquerunt, ab interitu, oblivione, ac tenebris vindicarem; Qui porrò labor levidensis licet, ac rudis, indigestaque moles, Sapientiæ Sale minimè condita, omni ornatu destituta, elocutione informis, ordine perturbata, erit tamen, opinor, inconcinna sanè, sed non exigua materies usui futura, ac emolumento Casinensis Congregationis, ejusque Illustrium Virorum Historiam alicui quandocumque scripturo.

Mihi siquidem mens non est celeberrimos quosque, & egregios Viros, qui quolibet Sæculo in Ordine nostro doctrinâ, ac pietate floruerunt, hìc recensere. Actum agerem, & Noctuas Athænas deportarem, cum illi a pluribus, clarisque Scriptoribus luculenter sint memorati; Beda, Trithemio, Wione, Jepesio, Buccelino, Mabillonio, & nuperrimè a Cl. Bernardo Pezio, Felice Egger, aliisque, sed eorum tantùm, qui tribus hisce postremis Sæculis, vel eò amplius, quibus nostra Congregatio subsistit, in eâ claruerunt, opera, & gesta describere. Cui enim nota non sint Gregorii Magni, Cassiodori, Leandri, Ildephonsi, Bedæ, Alcuini, Strabonis, Rabani, Adonis, Usuardi, Hermanni Contracti, Amalarii Fortunati, Haymonis, Lanfranci, Anselmi, Ruperti, Damiani, Bernardi, Trithemii, Blosii, Genebrardi, Dacherii, Hæphtenii, Mabillonii, Bona, Aguirre, Sfondrati, aliorumque penè innumerabilium præclarissima nomina, ac sublimissima ingenia? quæ veluti omnium Scientiarum thesauri, doctrinæ suæ opibus, ac sapientiæ gemmis conspicuas quasque Bibliothecas ditant, & ornant. De quibus omnibus cum Ecclesiastico jure, ac meritò dicere possumus: *Homines magni virtute, & prudentiâ suâ præditi, nuntian-*

Ipse Hæphtenius in Disquis. Monast. Benedictinos Scriptores 15000. fuisse affirmat.

Cap. 44. a. 1.

tiantes in Prophetis dignitatem Prophetarum .... In peritiâ suâ requirentes modos musicos, & narrantes carmina Scripturarum &c.

Sensit id, & hactenus sentit eruditus Orbis, ac ingenuè fatetur Monachorum laboribus, ac studiis, Sæculis præsertim Scientiis iniquioribus, Literariam stetisse Rempublicam, & quidquid bonarum artium, e Barbarorum direptionibus, cladibus, ac ruinis, reliquum fuit, id totum Monachorum nostrorum industriæ acceptum referri. Hæc namque Ordinis nostri cura, hæ majorum nostrorum artes, fugientes literas sistere, labantes scientias attollere, deperituras disciplinas in vitam reservare; Nam cum omnia ferè Cœnobia Gymnasia essent, & omnia penè Gymnasia Cœnobia, ubi Christiana Juventus pietate juxtà, ac doctrinâ imbuebatur, in ea exulantes a ceteris mortalibus literæ, veluti in tutissimum asilum receptæ, in iis, veluti in Minervæ Scrinio, antiqui ferè omnes Scriptores, tùm sacri, tùm profani, ipsique divini Codices Monachorum manibus perquam nitidè exarati, diligentissimè custoditi, tantâ quidem copiâ, ut nulla alicujus nominis sit Bibliotheca, quæ Codicibus e Benedectinis Tabulariis desumptis non locupletetur, in iis quoque tamquam in Religionis Sacrario, Regum, ac Principum, Virorumque Illustrium Liberi omni virtutum genere erudiendi, penè ab Infantia sunt traditi, ut ab ipso Ordinis exordio Maurus Euthitii, Placidus Tertulli, Bertulphus Flori, Milo Bremundi Filius, illi Romanorum, hi Gallorum nobilissimi; ac deinde Beda, Rabanus, Alcuinus, aliique ab incunabulis Parentum voluntate Deo oblati, & inter sacratiora studia enutriti; quos inter Angelicus ille Thomas è Casinate Monte, veluti Sol splendidissimus exoriens, processit, & crevit in omni sapientia, & sanctitate, usque ad perfectam diem; ex eis denique tamquam ex Trojano Equo doctissimi Viri egressi, qui Ignorantiæ Arce devictâ celeberrima Europæ Gymnasia Scientiarum omnium instituerunt, Alcuinus videlicet Parisiense, Jo. Scotus Ticinense, Neotus Oxoniense, & Cantabrigense, Joannes de Primis Catanense, aliique alia. Hinc quot Hæresum monstra eorum doctrinæ gladio confixa? quot Ritus Ecclesiastici instituti? quot clarissimi Præsules Ecclesiis Cathedralibus dati? quot Sﾐi Pontifices supremo Petri Solio concessi?

Vid. Mabill. de Studiis Monast. p. 1. c. 6.

Vide Arnol. Wion. Lign. Vit. p. 1. lib. 2 cap. 61. pag. 391. Unde versus: *Quid nô Alcuino facunda Lutetia debet? Instaurare bonas ibi, qui feliciter artes. Barbariemq; procul solus depellere cœpit.*

Nec me philauthiâ aliquâ abreptum, & non potius evidentissimæ veritatis instinctu ad hæc promenda quis putet: Audiatur è Sac. Prædicatorum Ordine celebris Scriptor: * Quidquid apud Antiquos eruditum, aut scitu dignum, quidquid apud Patres pium, aut Sapientiæ plenum, quidquid in Conciliis sanctum, quidquid in Libris Sacris divinum est, totum id per Monachorum Benedictinorum manus ad hæc usque tempora pervenit. — Iterumque: -- Multa etiam in Germania octavo Ecclesiæ Sæculo a Monachis Benedictinis extructa sunt Cœnobia tàm Virorum, quàm Sacrarum Virginum, quæ erant Seminaria, & Scholæ, in quibus pueri ad sacrarum literarum studia instituebantur. Et paulò post — Sæculo IX. Ordo Monachorum Benedictinorum ubique floruit, disciplinæ Regularis instaurationem, & literarum studia in pluribus Monasteriis promovente S. Benedicto Abbate Anianensi &c. Qui idem Author præcipua nostri Ordinis Monasteria Studiis Literarum per Europam insigniora deinde enumerat, ibi, cui libet, vel in nostris Analectis legenda.

Ignat. Hiacyn. Amat. de Graveson Hist. Ecclesiastic. tô. 2 Rom. an. 1717 pag. 192. & tom. 9. in Tabulis Chronol. pag. 488.

Ibid. eademq; pagina.

Hæc omnia, aliaque plura, utpotè cunctis, qui Ecclesiasticam Historiam vel a limine salutarunt, satis nota, & sole clariora, missa sunto; Unius tantummodò Italicæ Congregationis, quæ tamen cæterarum omnium, quæ per Christianum Orbem post Sæculum XIV. sunt institutæ, stirps est, & radix, præclara germina hìc laudantur. Licèt autem hæc Regio nil minus reliquis Provinciis infinita propemodum olìm Cœnobia obtinuerit, sicut Stellas Cœli, & sicut Are-

nam,

nam, quæ est in littore Maris. Ex quo nihilominus ferè omnia in deplorandam illam desolationem, Commendæ videlicet, stantem in loco sancto prolapsa sunt, non solum in eis Musæ, sed proh dolor! etiam Organa modo silent, nullâ habitâ ratione, quod in eorum plerisque laus olim perennis Deo canebatur. Ex hisce verò paucis, quæ abrogatâ Commendâ, Ordini nostro in Italiam sunt restituta, & Casinensem Congregationem efficiunt, non utique omnia ampla, & florentia, studiisque scientiarum idonea, sed nonnulla parva ædibus, & parca redditibus, proindeque numero etiam Monachorum exigua.

Intra Italiam consistimus; nàm celeberrimæ, ac inclitæ *S. Mauri* in Gallia; *Vallisoletana*, seù *Monserratensis* in Hispania, *S. Placidi* in Belgio, *SS. Withoni*, & *Hydulphi* in Lotharingia; *S. Angeli Custodis* in Bavaria, *Bursfeldensis* in Germania, *Castrocasinensis* in Polonia, & Lithuania; *Anglicana*, *Lusitanica*, aliæque Nigrorum Monachorum Congregationes a Casinensibus Monachis ferè omnes, vel institutæ, vel reformatæ, quæ pluribus hactenus Viris doctissimis florent, suos habent eruditissimos Collectores, & illustratores, qui nullius operis memoriam, nullius Scriptoris nomen ex suis, perire sinunt, vel silentio involvi, aut oblivioni deleri. Cl. autem Bernardus Pez Monachus, ac Bibliothecarius Mellicensis in Austria prope Viennam *Generalem Bibliothecam Benedictinam in XIII. Sæcula distributam jàm ab anno 1716. concinnavit, in qua omnes Ordinis nostri Scriptores, quotquot a S.mo P. Benedicto usque ad hanc ætatem ubivis gentiū claruerunt, se recensurum promittit, Opus eo jàm perductum asserens, ut saltem post unius biennii spatium, typis integrum commendari, vulgarique potuerit*; ut ipsemet in Epistolâ Encyclicâ hac de re ad omnia per Europam Monasteria transmissa, de se affirmat, quod an hactenus factum sit, habeo incompertum, nàm Opus istud, ut nuper accepi, Romæ nondum comparuit. Audivi insuper doctissimos Congregationis Vallisoletanæ Monachos in eundem, quò Pezius scopum jandiù collimantes, universalem Scriptorum omnium Ordinis nostri Bibliothecam adornare, pro quâ absolvendâ peculiares aliarum nostri Ordinis Congregationum Bibliothecas hactenus impressas colligere, aut propediem imprimendas, ut sibi mittantur, satagere. Mölk in Oesterreich.

Igitur Benedictinis Scriptoribus in unum corpus generatim collectis, tantorum Virorum studio, & calamo optimè consultum; at ego eorumdem exemplo, ac stimulis excitatus, licèt haud passibus æquis, ut Scriptorum omnium Casinensis nostræ Congregationis famæ perennitas sarta, tecta pro virili servaretur, nec laboribus, nec vigiliis peperci, notum omnibus, ac perspicuum me facturum sperans, quam literis navarint operam, quæ ingenii, ac virtutis specimina ediderint, quam morum sanctimoniam præsetulerint, quos honorum, ac dignitatum gradus ascenderint, quos denique doctrinæ fœtus produxerint, tùm ad Catholicæ Ecclesiæ defensionem, tùm ad publicam, privatamque utilitatem, ac eruditionem; Ità namque faciendum a Bibliothecario Scriptore, licet id a paucissimis fiat, docet Cl. æque, ac doctissimus Benedictus Bacchinius, in sua Ephem. Lit. anni 1692. pag. 452. ut scilicèt Lectores magnum illud usualis prudentiæ literariæ emolumentum inde percipiant, quod eruditissimi Verulamii sententia, unum est ex præcipuis absolutæ Historiæ propositis; quod idem repetit in Ephem. anni 1693. pag. 89. & seq; laudans, & approbans hanc eandem Francisci Arisii rationem in *Cremona Literatâ* texendâ, quam etiam methodum se observaturum in sua adornandâ Bibliotheca laudatus Pezius affirmat præallegatæ Epistolæ Encyclicæ divisione 3., & 4. de Œconomia sui Operis loquens: Impress. Parmæ 1702. apud Pazzonū & Montiam.

„ Dum Scriptor aliquis proponitur, nomen, prænomen, cognomen, patria,
„ parentes, locus Professionis, Magistri, discipuli, amici; studia, peritia

lin-

„ linguarum, munera gesta, casus, judicia eruditorum de iis hominum, an-
„ nus, diesque nativitatis, obitusque, & alia hujuscemodi, quæ ad Vitæ Hi-
„ storiam attinent, memorantur.

Arnoldus quidem Wion in percelebri *Ligno Vitæ*, lib. 2. Congregationis no-stræ Scriptores, qui ad sua usque tempora pervenerunt, recenset, sed satis breviter, ac strictè, aliisque cæterarum Congregationum Scriptoribus permixtos, sicuti propositi sui ratio poscebat, longe insuper diversâ methodo, nec Auctores de iis agentes, nec uberiora vitæ, doctrinæ, gestorum, ac fortunarum eorumdem documenta referens. Ego verò & ab Arnoldo commemoratos, & qui post ipsum hactenus floruerunt, latiori, ac fusiori stylo, & ex singulari instituto describo, ac prosequor, nihil omninò, quod ad eorum laudem, & notitias, quas quidem nancisci licuit, pertinere potest, omittens. Itaque præter varias Operum editiones undique conquisitas, Authores etiam, qui de illis mentionem faciunt in medium affero, ipsis plerumque eorum verbis, ipsa non semel eorum linguâ, ut veritas narratorum clarius elucescat, & tutiùs, validiùsque firmetur, tot nimirum Auctorum vallata testimoniis, ne quid deditâ operâ a me confictum, aut plus æquo amplificatum videatur, ne cui fucum facere, ne cui imponere credi possem. Ità namque probatissimi Authores in ejusdem, aut similis generis libris componendis sese gesserunt. Cl. namque Thomas Popeblount nihil ferè aliud agit in *Censura celebriorum Authorum*, quàm testimonia, & judicia variorum Scriptorum eorum verbis expressa, de Scriptoribus, quos ipse commemorat, Lectoribus exhibere. Idem præstat doctissimus Carolus Cartharius tùm in *Syllabo Advocatorum Consistorialium*, tùm verò magis in *Serie Professorum Athenæi Romani*, qui mss. in fol. extat Romæ apud Illustriss. Julium Mandosium Cl. Prosperi Filium, paternæ doctrinæ, ac virtutis hæredem quibus in Libris Chartarius plurium Auctorum testimonia de iisdem *Advocatis*, *& Professoribus*, ipsis eorum verbis, licet idem prorsus sæpius repetentibus, semper adducit. Idem, laudatus Arisius in memorato opere *Cremonæ* Literatæ. Idem, Lazarus Augustinus Cotta de *Ameno in Musæo Novariensi*; Idem Angelicus Aprosius in *Bibliotheca Aprosiana*, cæterisque suis Operibus, aliique, rati nimirum plurium Authorum consensu magis, magisque scientiæ, virtutisque opinionem suis Scriptoribus conciliandam, nec tot coacervata testimonia tædium, aut fastidium Lectoribus paritura, vel si hoc suspicandum esset, lepidis Ausonii verbis id facilè redimunt: *Cui hæc nostra non placent, ne legerit, aut si legerit, obliviscatur, aut non oblitus, ignoscat*; aut certè serio illo Quintiliani monitu: *Satiùs est aliquid narratorum superesse, quàm deesse; nam supervacanea cum tædio dicuntur, necessaria autem cum periculo subtrahuntur.*

[Margin notes: Genevæ 1694 in 4. — Impress. Romæ ann. 1656 — Impress. Mediolan. ann. 1701. apud Hæredes Ghisulphi. — In Cont. — Instit. Orat. l. 4. cap. 2.]

Et nihilominus licet Nobis nec labor, nec diligentia defuerit, minimè tamen existimandum est, omnes omnino Casinenses Scriptores a Nobis repertos esse, quin aliqui, vel etiam plures adhuc supersint, haudquaquam deprehensi. Nam ut Joannes Gerardus Vossius in Præf. 1. tom. lib. 1. de Histor. Latinis scribebat: „ Plures fortasse Scriptores in Bibliothecis cum blattis, tineisque rixantur,
„ nec fore ignoro, in opere tàm arduo, qui industriam meam fugerint, Scrip-
„ torum plusculos, verum, si rectè ajebat Varro, neminem reprehensum esse,
„ quod stipulam reliquisset ad spicilegium ... Etenim quando non unius est ho-
„ minis lustrare omnes omnium Bibliothecarum forulos ... Fortasse mortalium
„ nemo jactare posit, omnes se observaturum, qui ab antiquioribus celebran-
„ tur omnes, qui in Bibliothecis adhuc delitescunt, quorum multi paucis sæpe
„ paginis constant.

Multæ præterea ex Auctorum nostrorū lucubrationibus deperditæ, multæ situ, & ca-

& carie consumptæ, tùm ob rerum vicissitudines, tùm eorumdem voluntariâ humilitate, tùm posterorum injuriâ, qua de re Plinius, *ó quantum eruditorum, aut modestia ipsorum, aut quies operit, & subtrahit Famæ!* Testatur id de nostris, Jac. Cavaccius: „ Doctiores Patres vel in audiendis Laicorum Confessionibus, vel in exponendis Sanctis Auctoribus laborabant; quot Codices, quales interpretationes vidimus! utinam vel nostrâ incuriâ, vel aliorum malitiâ non deperiissent: „ Quod quidem de uno D. Justinæ Cœnobio ab illo dictum, de pluribus aliis credi pariter, ac dici debet: Sane Bartholomæus Taberna de percelebri S. Nicolai de Arenis Catanensis Urbis Cœnobio, cujus erat Alumnus, in ejusdem Chronico cap. 11. sic conqueritur. „ Testantur scientiam monumenta veterum librorum, quos ego Novitius in membranis mss. vidi, & vesanâ postea ignorantia Monachi juvenis a Paternione, & aliorum quoque desidia sic laceratos, & ad nihilum redactos &c. „ ex quibus quantam reliqua Congregationis nostræ Cœnobia eisdem de causis literariæ supellectilis jacturam fecerint, metiri possumus.

Lib. 7.

Hist. S. Just. l. 6. pag. 233. secundæ editionis Patav. 1696.

At contra doctas majorum lucubrationes temporis edacitati subtrahere, studio, ac labore illustrare, in publicam lucem edere, quàm utile, ac proficuum sit, nemo non videt; hac enim ratione non solum doctorum Virorum, qui de Republica literaria benemereri studuerunt, memoriæ, operibus, ac laudibus consulitur, Urbium, Regionum, Regnorum, Academiarum, Familiarum, Regularium Ordinum, Famæ, Gloriæ, Decori prospicitur Artium, Disciplinarum, Scientiarum inventionibus, methodis, experimentis, incrementis, propagationi, conservationi, fax, robur, adjumentum, & ut ità dicam perpetuitas affertur; sed præ omnibus summa posteris utilitas hisce studiis paratur, tùm ad bonos mores illis simillimos instituendos, tùm ad easdem scientias æquali studio comparandas, „ Nihil enim, *ut egregiè Cæsar Alexius*, nihil mortalium animos æquè inflectit, ac exempla majorum, quorum ea est vis, & facultas, ut ab mala sæpe vivendi ratione nos revocent, eorumque ad imitationem trаducant ipsam, penè dixerim, repugnantem naturam, nisi primum Naturæ præceptum esset majorum vestigiis insistere; „ Et propius ad rem nostram Arnoldus Wion, „ Incredibile est, quantum Juniorum, ac Tyronum animos ad priorum Patrum sequenda vestigia provocent tùm Illustrium Virorum Catalogi, tùm Sanctorum suorum conscripta gesta.

In Epist. nuncup. 1. Cent. Ill. Perus.

Lign. Vit. prima parte in Prolog. ante medium.

Itaque non solum, ne tot Illustrium Virorum memoria intercidat, hanc ego Provinciam suscepi, sed multò etiam magis, ut eorum studia, & virtutes Successores imitantes, in illis Monastici Ordinis obtrectatoribus, præsertim Hæterodoxis, os maledicum obstruant, ut vel ex hoc isti tandem intelligant, faterique compellantur, Monachos non tantum veteres, sed recentiores etiam, neutiquam, ut ipsi blaterant, *esse inutilia Terræ pondera* „ sed præclaros semper pro Dei Ecclesia labores exantlasse, cunctisque mortalibus utilitatis, ac emolumenti plurimum attulisse. „ Mi persuado etiandio, (*ità Petrus Ricordatus*) che oggi in Italia, e fuori d' Italia ancora vi sieno molti de Monaci Scrittori, in tutte le Monastiche Congregazioni, de quali io non ne ho cognizione alcuna; Però vi basti, con questi, de' quali io ho parlato, avervi fatto vedere, che i Monaci non sono stati, ne sono al presente disutili al Mondo, come ad alcuni pare, che esso Mondo veramente creda: Ne è stato tale Ordine fondato all' ozio, & alla ignoranza, come senza alcun rispetto vanno dicendo i maledici. Io, disse M. Bernardo ... mediante il vostro raggionamento, sono uscito di un grande errore, perche ancor' io ero quasi della commune opinione, che tra i Monaci fossero pochè lettere: ma per aver nominati tanti

Hist. Monast. Dial. 4. pag. 471. impress. Flor. 1561. & Romæ 1575.

Vide Pref. Jo. Bapt. Marii in lib. Petri, & Placidi Diac. de Vir. Illust. Casin.

Dotti,

„ Dotti, Riformatori di Congregazioni, usciti dalla vostra Badia di Firenze,
„ e d'altri Monasterj, voglio, che in sù questa occasione &c.

In hoc igitur Opere, veluti in speculo, quot, qualesque sapientiæ fructus e Casinensi Congregatione in publicum bonum manarint, unicuique intueri licebit; quot Theologi acutissimi Æcumenicis Conciliis subministrati; quot doctissimi scientiarum Professores publicis Athenæis impartiti; quot SS. Præsules Ecclesiis Cathedralibus concessi; quot prudentissimi Reformatores Monasticis Congregationibus dati; quot denique Emi Patres Sacro Purpuratorum Cœtui sint attributi. Quibus perspectis, palàm omnibus fiet, optima studia, trium scilicèt nobiliorum Linguarum, Sacræ Paginæ, SS. Patrum, Ecclesiasticæ Historiæ, Sac. Theologiæ, Naturalis Philosophiæ, Humaniorum Literarum, Mathematicæ Disciplinæ, aliarumque Scientiarum in nostra Congregatione ab ipso ejus initio ad hæc usque tempora haud inutilitèr floruisse, quę subinde circa finem Sæculi XVII., & initium XVIII., exquisita methodo, & probatissimâ ratione corroborata, magis, magisque in dies profecerunt: Ad quod utique plurimum contulit, ac in præsens etiam confert *Collegium Anselmo-Benedictinum* sub Innoc. XI. Pont. Max. in nostro Monasterio Romæ erectum, in quo sub egregiis Præceptoribus bonæ spei juvenes ex tota Congregatione delecti multâ eruditione imbuti, post ingenii, ac doctrinæ plura exhibita in Alma Urbe specimina, aliorum Magistri variis in locis constituti, rem literariam strenuè promovent, & amplificant. Horum ego tùm veterum, tùm recentiorum, etsi sapientiam, virtutemque haudquaquam æquare possim, admiror tamen, ac veneror; eorum idcircò memoriam, gesta, doctrinam, encomia undique in unum collecta posteritati, quoad fieri a me potuit, commendare conatus, haud fallaci concepta spe; sapientes Viros laborem hunc meum, nec exiguum, nec breve haudquaquam improbaturos; cum ipsis utique congruat Operi præfixum lemma, *Sapientiam omnium antiquorum exquiret Sapiens.*



PRÆ-

PRÆMONITIO AD LECTOREM.



N tibi candide, & erudite Lector, longo satis tempore, multiplici labore, & gravi, Casinensis Congregationis Bibliothecam, quàm accuratissimè a me fieri potuit, adornatam. In ea plurimi Scriptores, quâ primi nominis, quâ non contemnendæ notæ recensentur, & illustrantur, eorumque non pauci ab interitu, & oblivione vindicantur: plurimos dixi, si tamen animadvertas, ut jàm præfatus sum, unius tantùm, & quidem intra Italiam dumtaxat constitutæ Congregationis, triumque Sæculorum, vel paulò amplius Authores hìc memorari: Doctiorem certè, ac diligentiorem calamum Opus hoc exposcebat, & ad tot scientiarum capita, atque doctrinarum titulos, earumque egregios Professores describendos, magis idoneum, quæ causa ab eo sin minus componendo, saltem in publicum evulgando me absterruisset, nisi clarissimorum hominum consilio aquiescere satius duxissem, qui ab hac Sparta exornanda manum tandem removendam censuerunt; morem gessi, aleamque jeci, eâ tamen spe ductus præstantiorem aliquem Virum propediem adfuturum, qui mea sphalmata corrigat, defectus suppleat, superflua deleat, inficetè, & inscitè dicta emendet, Operique malè consarcinato decus, & ordiném afferat, ac denique Colophonem imponat.

Cæterum nihil admodum ambigo, aliquibus minime probatum iri, Scriptores quoslibet cujuscumque notæ, vel molis, aut qui parvi momenti lucubrationes ediderunt, hìc memorari, superfluum id, ac inutile existimantes; sed æqui, bonique consulas velim, plures, insignesque Authores hac in re imitatos a me fuisse. Nam quod ad exiguæ molis libellos attinet, Lazarus Augustinus Cotta in Præfatione Musæi Novariensis „ Non ho seguitato (*inquit*) l' esempio del „ Pioto, che nell'Indice della sua Repetizione sopra la L. *Si quando*, C. *Unde vi*, „ non fà menzione, se non di alcuni de' più sublimi, & eminenti, ma o assai antichi, o suoi contemporanei, a me è piacciuto, ad imitazione di quelli, che „ hanno formate le Biblioteche Universali, e Particolari il far conto, e stima „ anche de minuti frammenti. „ Dionysius * Genuensis, „ Miraberis fortasse, quod plures in hanc * Bibliothecam congesserim, qui pauca, eaque „ communia scripsere, unam scilicèt, vel duas Orationes, aliquot Epigrammata, vel quid simile; Sed a me factum scias tùm authoritate, & exemplo „ Possevini, Ribadeneiræ, Alegambe, Wadingi, Piccinelli, Rossotti, & „ aliorum, tùm veterum, quàm recentiorum &c. tùm quia maxima aliquando „ per minutissima Opuscula ... & Animarum utilitas constat, & Religionis authoritas. „ Quod sanæ Dyonisii consilium probat, & laudat Benedictus Bacchinus in Ephem. Liter. ann. 1690. pag. 171. „ Per bene sodisfare all' intrapresa, due parti si è studiato di eseguire, l' una è stata di non omettere alcuno degli Scrittori arrivati a sua notizia, quantunque abbiano scritto poco, massime „ quando per altro sono stati Soggetti, o per nascita, o per dignità, o per bontà di vita riguardevoli, persuaso essere suo officio di non defraudare ne lo Scrittore della sua lode, ne il Lettore dell' espettazione di leggere riferito nella „ Biblioteca il maggior numero degli Scrittori, che si sia possuto raccogliere &c.

Bernardino Novarese.

Tassorellus.

Cappucc. edit Genuæ 1691. in Præfat.

Jo.

Utinæ 1693. Jo. Franchinus in *Præfatione Bibliosophiæ Conventualium* „ Un Orazione, un
„ Panegirico parerà poco per guadagnar luogo fra gli Scrittori al suo Auttore ...
„ ma si sà tale essere stato lo stile d' altri, che scrissero in questo genere, e tra
„ molti il P. Alegambe nella Biblioteca de' PP. Gesuiti, che pure contano i vir-
„ tuosi a teste, e in tutte le facoltà ebbero copia di Scrittori eccellenti, mettere
„ l' Auttore d' una *sola Orazione*, perche chi si obliga a registrarli tutti, non es-
„ clude veruno; se non vuole in molti singolari far torto ad una pluralità di
„ Uomini degni; Neque enim quàm multa, sed quàm bona dixerit Author scire
„ refert; quantitatis ferè nulla efficacia; Una sæpe pagella plus succi, & bonæ
„ frugis habet, quàm ipsum chartaceum volumen, come scrive Gio. Henrico
„ Hottingero nel suo Bibliotecario cap. 1. pag. 5. „ Donatus Calvi in Præfatio-
ne Scenæ Liter. Script. Berg. post medium. „ Potrebbe anco essere, che restasse
„ offesa la delicatezza del tuo gusto in trovar qui Scrittori, quanto ricchi di me-
„ rito, altrettanto sovente di composizioni scarsi, e di letterarie fatiche penu-
„ riosi; Ma se darai d' occhio alla Biblioteca di quelli, che si gloriano del titolo
„ d' Antesignani delle lettere, dico de' PP. Gesuiti, al vedere un Gio. Waels
„ per le pure *Letanie di S. Giuseppe*; Un Fiordilisio, un Doni, un Montagna-
„ na, un Raconio, e cento simili per semplice *Orazione Funerale*, altri per un
„ *Epitalamio*, o *Discorso* celebrati ... compatirai la mia imitazione in battere le
„ vestigia di tanto classici Sapienti: „ Denique Antoninus Mongitore in Præfa-
tione Bibliothecæ Siculæ circa finem. „ In nostrorum Scriptorum albo nonnullos
„ inservi, qui exiguæ molis opellas edidere; ... quos debita laude minime
„ fraudandos putavi. Parva enim persæpe magnam complectuntur ingeniorum
„ excellentiam, magnamque redolent pietatem; sicut enim aliquandò (ex Pli-
„ nio lib. 11. c. 2.) *rerum natura, nusquam magis, quàm in minimis tota*, ità
„ non rarò ingenii vis in minutioribus opellis tota elucere videtur: Sicut etiam
„ summi Artificis est in exiguo opere artis industriam, ac elegantiam Myrmeci-
„ dis ingenio exprimere, ità egregii ingenii laus in contractis lucubrationibus in-
„ gentium voluminum materiam perstringere. Nec sine exemplo id efficere sta-
„ tui, nam & S. Hieronymus, S. Isidorus, Gennadius, Trithemius, Miræus, Bel-
„ larminus de *Scriptoribus Ecclesiasticis*, Leo Allatius in *Apibus Urbanis*, Philip-
„ pus Alegambe in Bibliotheca Soc. J. Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispana,
„ aliique pluros, inter Scriptores nonnullos recensent, qui vel Epistolam, vel Car-
Jo. 6. 12. „ mina perpauca, aliaq; per parvula edidere, quasi ipsis dixisset Dominus: *Colligite*
„ *fragmenta, ne pereant*. At multos fateor, qui parvi momenti libellos, vel versi-
„ culos aliquot typis tradidere, nec alia scripsisse comperi, libenter neglexi.

At ego ne hos quidem negligendos, aut omittendos putavi, nàm in illis etiam parvi momenti libellis, esto insipidi alicui videri possint, salis aliquid, ac utilitatis, vel ad Historiam pertinens persæpe inesse animadversum est; *Ut enim* (inquit M. Varro in Lege Mœnia) *in bona Segete neque nullum est Spicum nequam, ità in mala non aliquod bonum*; Præterquam quod illorum plerique jàm publicâ luce donati sunt; cur non liceat hoc ipsum referre? præsertim cum Scriptorum aliqui illos recenseant; Inter quos Jo. Cinellus ex hujusmodi Opellis, & minimis etiam lucubrationibus, ne dum ex melioris notæ Opusculis *Volantem Bibliothecam*, magna nominis sui celebritate, nec minori Literariæ Reipublicæ emolumento conflavit, Adstipulantur probatissimi Authores, Jo. Gerardus Vossius Præfat. in 2. partem Libri 3. de Hist. Latinis incertæ ætatis, Lugduni Batav. 1651. pag. 689. „ Inque ipsis eam institui viam, ut non contentus exponere majorum
„ Gentium Historicos, comites iis dederim, quos putarem, *quomodocumque*
„ in Historicorum gregem tueri nomen suum posse; quinimò etiam asseclas his

vide-

„ videre est *minutos aliquot*, qui profectò longius etiam abessent ab historicæ rei „ Principibus, quàm a *Diis Consentibus* distare olim credebantur, quos *Patellarios* dixere: Nec in eo peccasse mihi vel minimum videor; Siquidem ità semper animus fert meus, ut ubi veritas grata esset, & accepta, eoque ut eos „ in primis existimo, qui & multa, & eleganter de rebus antiquis prodiderunt, „ ità nec eos aspernari soleo, qui minora, ut *potuere*, *modo sciri ea ullo modo interesset*, *in literas retulissent*; quod consilium meum optimo me cuique probaturum pœnitus confido. „ Iterumque pag. 820. Præfatiuncula in alios incertæ etatis Historicos „ Quod si quis iis etiam minutos aliquot (ne quid gravius „ dicam) permixtos pertendat, non quidem contentionis cum eo funem du„ xero, dummodo idem mecum fateatur, ex hujusmodi quoque Scriptoribus „ posse aliqua hauriri, quæ ad temporum superiorum Historiam pertinent. „ Bernardus item Pez in *Conspectu Bibliothecæ Benedictinæ Generalis*, Epistolæ Encyclicæ hac de re subiecto, divisione 4. in fine sic profitetur. „ In Catalogo ope„ rum nihil penitus a nobis prætermittitur, *ut ut de se leve* quibusdam rerum mi„ nus peritis videatur, maxime si ante annum 1500., vel 1600. scriptum fuerit, „ qualia sunt brevia Monasteriorum Chronica, Vitæ Cœnobitarum, Collectio„ nes donationum, Chartarum, Privilegiorum &c., quæ in Archivis plerum„ que delitescunt, non sine gravissimo rei Literariæ, præsertim Historiæ Eccle„ siasticę detrimento. „ Me igitur tantorum Virorum exemplis tamquam validissimo scuto munitum, nemo, opinor, impetere, multoque minus lædere ullatenus poterit, nàm parvæ molis, aut exigui momenti lucubrationes sunt veluti breviores rivuli, quos majorum doctrinarum Oceanus amplitudine sua absorbet, & in se ipsum convertit, aut ceù minora Astra, quæ primæ magnitudinis Sydera, multoque magis Sydėrum Princeps Sol splendore suo illuminant, unumque indistinctum lumen secum quodammodo efficiunt; Sicut enim magnam domum varii generis, & pretii vasa, & supellectiles mirificè ornant, ità ingentem Bibliothecam cujusque ordinis, aut notæ libri, præsertim si nihil falsi, aut erronei contineant, non solum minimè dedecent, sed decorant potius, & haud parum illustrant.

Quod verò Epitaphiis, Inscriptionibus, Elogiis, cæterisque Prosaicis Encomiis, Poeticos etiam Flores, quibus Scriptores nostri a nonnullis Poetis exornantur, adiecerim, quò jucundior hujusce Bibliothecæ lectio reddatur, Musis ipsis identidem occinentibus, ratum id, gratumque habebis, si tamen recolas † ferè omnibus hujus generis operum Scriptoribus idem plurimum placuisse. * Jovio nimirum, * Imperiali, Crasso*, Ghilino, Arisio, Cottæ, Calvo, Toppio, aliisque; cum hoc tamen discrimine, quod eorum aliqui, præcipuè duo priores, varii metri Carmina, quibus Elogia semper obsignant, a celebrioribus ejus ævi Poetis componenda curarunt; ego verò prout jam olim ab aliis exarata comperi, huic libro inservi. Quid ni autem insererem? cum poeticæ lucubrationes, & Pieridum melle aspersa Carmina exprimi vix possit, quantùm decoris, & gratiæ seriis etiam, & gravioribus argumentis addant, & conferant, ut ingenuè fatetur, multisque probat * Cl. Salvinus Serm. * ix. Etruscâ linguâ, habito Florentiæ in Academia Apatistarum. Ne autem putet quis apud Italos tantùm, veluti plus cæteris gentibus Musagetis, id moris obtinuisse; aliarum quoque Nationum Bibliothecarii, & id genus Scriptores id usurparunt. Ex Græcis Plutarchus in Parallellis, singulis ferè Vitis carmina innectit. Photius in * Bibliotheca pluries Musas accessit, & inter gravissimos Scriptores sedentes collocat. Ex Hibernis, & toto divisis Orbe Britannis, Lucas Wadingus * Etterfordiensis, singulis ferè Authoribus Inscriptiones, & Epitaphia tùm prosâ, tùm metro, aliaque carmina subii-

† Tàm in Elogiis, quàm in Vitis XII. Vicecô. Mediol. Lutet. Parif. 1549. ap. Robertum Stephanium.
* Jo. in Musęo Vir. Ill. Ven. apud Juntas 1640.
* Ant. Maria.
* Impress. cũ aliis ibidem ann. 1702. apud Josephũ Manni parte 2. p. 382.
* Aug. Vind. 1609. opera Andreę Scotti
* Bibl. Ord. Min. Romæ apud Tanũ 16.

De Script. Eccl. Genevæ 1693. Bibl. Belgica In Athenis Belgicis. Basileæ 1540. per Robertum Winter.

subiicit. Ex Anglis Gulielmus * Cave non rarò idem præstat. Ex Belgis Andreas * Valerius sæpè, & Franciscus * Sweertius sæpissimè, quoties scilicet occasio se offert, Carmina, & Inscriptiones haud prætermittunt. Ex Germanis Jo. Fichardus Francofurtensis in Vitis Recentiorum J. Cons. * [nam veterum Author est Bernardinus Rutilius] in eorum laudem Musas quoque identidem canere jubet. Ex Hispanis Alphonsus Ciacconus, & Franciscus Cabrera Morales in Vitis Pontificum, & Cardinalium, plurima carmina, veluti Margaritas, eorum vittis appendunt. Possemus quidem per alias etiam Mundi Plagas Lectorem circumducere, ut Musas ubiq; ovantes inspiceret, nullum enim ferè *sine carmine Librum invenies*; sed ne illum tot itineribus nimium defatigemus, hìc subsistimus: Hoc solum addentes, ipsos etiam Philosophorum Principes, & Scientiarum Antesignanos Platonem, & Aristotelem minimè dedignatos fuisse in gravioribus Naturalis, Moralisque Philosophiæ conscriptis libris loca, & Carmina antiquorum Poetarum aliquandò immiscere, ut propriis sententiis robur, & firmamentum eorum authoritatibus adderent. Sed quid Plato, & Aristoteles, cæterique Philosophorum? cum & ipsi Divinæ Scripturæ libri a Deo inspirati tàm Historici, quàm Prophetici, tùm Legales, quàm Evangelici, Canticis, & Carminibus identidem sint respersi, atque adornati? quare Psalmographus, *Et immisit in os meum Canticum novum, Carmen Deo nostro*.

Te decet Hymnus: In Hymnis, & Confessionibus; In Cantico, & Cythara. Cantate ei Canticum novum.

At non nemo me incusabit, quod plus æquo Scriptores aliquos laudibus extulerim, Clar. Eusebii Renaudotii verba obiicientes: „ Jure, ac merito vitio datum est Historicis, iisque præcipuè, qui Illustrium Virorum facta „ descripserunt, quod Patriæ, Religionis, aut Communitatis amore impulsi, „ nimiis sæpè encomiis homines celebraverint, qui ea minimè, aut sanè parum „ merebantur. Id genus peccati videas peccasse plures ex illis, qui Bibliothecas, seu Collectiones Operum alicujus Ordinis Religiosi, aut Nationis Scriptorum adornarunt, eosque magis, qui eorumdem gestorum descriptionem aggressi sunt, „ Sed huic incommodo, vel absurdo satis, ni fallor, a me obviam itum, dum nihil fermè de nostris Scriptoribus narro, quod non alicujus, vel etiam plurium aliorum Authorum, & ut plurimum exterorum testimoniis disertè admodum confirmetur, ac roboretur, imò majoribus etiam encomiis non augeatur, ut eam notam, quoad fieri potest a me averruncem. Cæterum *Viros gloriosos, & Parentes nostros* a nobis etiam ipsis *laudandos* sapiens admonet, atque hortatur. Sed tamen, ut his etiam, quibus illa encomia nimia videri poterant, satisfieret, plura præcisa, multa penitus ablata, & in separatum librum, cui *Analecta* nomen dedi, traducta sunt, ubi si quisumquam id cupiet, ea succisivis horis legere poterit.

Perpetuitè de la Foy tom. 4 l. 8. c. 7.

Ecclesiastici 44. 1.

Illud sanè te admonitum volo, cum aliquis ex nostris Abbatibus, qui inter Scriptores locum obtinent, pluribus Monasteriis præfuisse dicitur, non ità esse intelligendum, quasi uno, eodemque tempore istud peregerint, cum nonnisi unius Monasterii regimen unicuique Abbati ex nostrarum Constitutionum præscripto ad sexennium demandetur, quo expleto, ad aliud Cœnobium administrandum supremi Magistratus arbitrio transeundum est, qua solum ratione, variis nempè temporibus, plurium Monasteriorum cura eidem Præsuli potest contingere. Item cum Scriptores nostri Monasticum Institutum in aliquo Asceterio Professi dicuntur, ne arbitreris, ibidem semper Tyrocinium posuisse, ibidemque Ordinis nostri Cucullo fuisse indutos; non enim ubique Tyrones indiscriminatim ad probationem recipiuntur, sed in præcipuis Cœnobiis dumtaxat, ubi Regularis Observantia magis viget, & facilius exerceri potest, sed quod nomine alicujus Monasterii ibi primitùs admissi fuerint, cujus postea Alumni, ac Filii

Const. pars 1. cap. xxi. n. 1.

cen-

censeri debeant, & vocari. Sæpissimè quoque, & pro singulis ferè Scriptoribus Regesta nostræ Congregationis citamus, quidque de illis notatum habent, referimus, ut scilicèt, quæ opinio apud nostrates de illis obtinuerit, palàm fiat: quod ipsum Jo. etiam Franchinus, Vir sanè doctus in *Bibliosophia Convent.* tertio quoque verbo facit, ac insuper nomina Urbium Latina, Italicè reddit, quod & Nos aliquandò usurpamus, præsertim in abstrusioribus, exemplo etiam Cl. Mabillonii; quod sanè ad recentioris Geographiæ cognitionem admodum confert, cum plurima ubique vetera locorum nomina ita sint immutata, ut hujusce temporis nominibus aut nihil, aut parum consonent; ideoque Lexicis Geographicis ad eorum intelligentiam sit opus. In Annal. alibique.

Denique hoc etiam Te scire opportet, quamplura, quæ superflua, aut nimia mihi, aliisque sunt visa ex Authographo, ante impressionem fuisse a me deleta, ea præsertim aliorum Authorum de nostris testimonia, & elogia, metro, prosaque conscripta, quæ longiuscula, aut repetita censeri poterant, vel eorum nominibus, ac operibus dumtaxat allegatis, eorum sententiis in compendium redactis, & paucissimis verbis expressis; qua ratione etsi non nihil Operi moles decrevit, pretium tamen, ni fallor, aliquantulum auctum est. At ea omnia, veluti lapides quosdam, quamvis non adeo perpolitos, quibus hujusce Bibliothecæ fundamenta cum aliis selectioribus jeceram, in nova hac ejusdem constructione indè amota, (quia dissipare, ac dispergere quasi religio fuit) *Analectorum* nomine, ut supra innui, donata, in unum tamquam acervum, ac distinctum locum sepolui, ad publicam aliquandò lucem, si tempus, & vires suppeterint, non sine plurium, ni mea me decipit opinio, approbatione, & commodo revocanda, quæ enim modò aliquibus quisquiliæ, aliis alio tempore, aliàque occasione, aurum, & gemmæ forsitan videbuntur. Num. 5. in fine.

Ut autem hæc editio, quam fieri potuit emendatior prodiret, nullum non lapidem, nullum non apicem movi; nec tamen ita res cessit, ut complura errata meos, aliorumque oculos minimè effugerint, (hoc enim vix alicui, quamvis diligentissimo sperandum est) quæ nihilominus post impressionem accuratiore examine deprehensa, & in Elenchum disposita, cum laterali correctione in ipso libri principio pro legentium commoditate collocata sunt: Sed hæc leviora; venia potius mihi imploranda est errorum omnium, quæ ego ipse tùm Doctrinæ, tùm Criterii defectu in hoc Opere componendo patravi, illud Halicarnassei Lectori meo memorans: *Non enim id præstare potest cujusque hominis natura, ut nihil neque verbo, neque re umquam peccet, illa verò optima est existimanda, quæ in pluribus scopum attingit, in paucissimis aberrat*; quod utique sin minus obtinuerim, certè summopere concupivi. Tuum igitur erit, erudite Lector, quidquid in hisce paginis vel a veritate absonum, vel a recta censura alienum offenderis, benignè corrigere, & nisi grave Tibi sit, mè humanitèr admonere, pro qua re, tamquam pro insigni beneficio Tibi semper & habebo, & agam maximas gratias, cum Cl. Andrea Scotto ingenuè repetens: *Quæso, rogoque Doctiores, quibus hæc non elucubravi, ut meliora proferant, quod tantum abest, ut laturus sim molestè, ut gratiam sim etiam habiturus maximam, nosque doceant; male dictis modo, & calumniis abstineant, Studiis Philandropias, ne dum Christiano homine indignis*; profiteor enim cum M. Gregorio, *quod ab omnibus corripi, ab omnibus emendari paratus sum, & solum mihi amicum existimo, per cujus linguam maculas tergo. Vale.* Dionys. in Censura Tucididis. Soc. J. Præfat. ad Bibl. Photianam a se editam, & notis illustratã. Lib. 2. Epist. 37.

IN-

INDEX NOMINUM SCRIPTORUM PRIMÆ PARTIS.

A

B

Bene-

C

D


E

F

Felix

G

H



INDEX COGNOMINUM SCRIPTORUM PRIMÆ PARTIS.

A

B

C

Cre-

Cremonensis	Hyppolitus.
Cretensis	Fabianus.

D

Desiderius	Alderanus.
Duccus	Gregorius.

F

A Falcibus	Celsus.
Fascitellus	Honoratus.
Faucherius.	Dionysius.
Ferrarius	Ambrosius.
A Florentia	Hieronymus.
Florettus	Antonius.
Finardi	Bonaventura.
A Fractis	Antonius.
De Franceschis	Cornelius.
Freschot	Casimirus.

G

Galli	Dominicus.
Gamurrinus	Eugenius.
Garbarinus	Gabriel.
Gatta	Hieronymus.
Gattola	Erasmus.
A S. Germano	Benedictus.
Genuensis	Hilarion.
Ghiroldi	Euthitius.
Gotho	Cæsar.
Gradi	Basilius.
Griselli	Angelus.
Grylli	Angelus.
Guidi	Benedictus.
Gulielmi	Celsus.

H

Hembrius	Damianus.
De Hieraci	Gulielmus.
Hugonius	Alexius.

I

Isimbardi	Augustinus.

L

Lampugnanus	Augustinus.
Lapi	Hieronymus.
Lellus	Alexander.
Leuceus	Andreas.
Leodiensis	Arsenius.
De Lonato	Archangelus.
Loscus	Augustinus.
Lucchinus	Benedictus.
Lusitanus	Gometius.

M

Mariconda	Alphonsus.
Majorica	Benedictus.
Mantuanus	Baptista.
Mancini	Camillus.
Margarinus	Cornelius.
Marsala	Gregorius.
Massarus	Camillus.
Mazzei	Andreas.
A Mediolano	Hieronymus.
Medicæus	Honoratus.
Merendella	Cornelius.
Messanensis	Bernardus.
Millanius	Basilius.
Milliarius	Carolus Maria.
A Monelia	Arsenius.
Morabitus	Balthassar.
Morinus	Ludovicus in Adjunct.
Mutinensis	Eusebius.
Myrtius	Cherubinus.

N

A Neapoli	Antonius.
A Neapoli	Archangelus.
A Neapoli	Gervasius.
Nicolini	Chrysostomus.
De Notariis	Constantinus.

Oli-

O

OLiva — Faustus.

P

PHaraonius — Hieronymus.
Pajolus — Anselmus.
A Panormo — Honorius.
Papafidera — Augustinus.
A Papia — Gregorius.
A Papia — Gaspar.
Paradisi — Basilius.
Parmensis — Barnabas.
Parmensis — Faustus.
Pasolinus — Constantinus.
Passarus — Felix.
Patavinus — Fortunatus.
Patavinus — Gregorius.
Patè — Flaminius.
A Paternione — Bartholomæus.
Peretti — Ferdinandus.
Perfectus — Angelus.
Perotrichius — Basilius.
Perottus — Hieronymus.
Petra — Angelus.
Petronius — Desiderius.
Pinus — Fabianus.
De Pisonibus. — Gregorius.
A Placentia. — Bernardus.
Porrinus — Gregorius.
A Potentia — Hieronymus.
Pugnettus — Hippolytus.

Q

QUirini — Angelus Maria.
Quesada — Dominicus.

R

RAspona — Felicia.
Raynerius — Andreas.
Raynerius — Hieronymus.
Ricciardettus — Gregorius.
De Rodulphis — Alexander.
De Rodulphis — Clemens.
Roma — Felix.
Rota — Franciscus.
Rottigni — Constantinus.
A Rubis — Gabriel.
Ruscelli — Hieronymus.
De Rusconibus. — Ambrosius.

S

DE Salviis — Constantinus.
De Sanctis — Cyrinus.
Sangrinus — Angelus.
Sarzana — Antonius.
Sayrus — Gregorius.
Serracini — Franciscus.
Settala — Benedictus.
Schola — Fortunatus.
Stradivertus — Felicianus.
A Suessa — Andreas.
Sylva — Hieronymus
A Syracusis — Anselmus.

T

TAberna — Bartholomæus.
Thotus — Honorius.
Toranus — Augustinus.
Trezzi — Gratianus.

V

VAlle — Henricus.
Ubertus — Anastasius.
Venerius — Augustinus.
Veronensis — Bartholomæus.
Vignola — Attilius.
Villagut — Alphonsus.
Wion — Arnoldus.
Ulmus — Fortunatus.
Urbanus — Gregorius.
De Uva — Benedictus.

Z

ZAncarolus — Basilius.

IN-

GRAVIORA ERRATA SIC CORRIGES

GRAVIORA ERRATA SIC CORRIGES

IN PRIMA PARTE.

IN SECUNDA NUNCUPATORIA

Pag. 9. lin. 7. Trigiuta	viginti

IN PRÆFATIONE

Pag. 16. lin. 7. ecceptum	acceptum.
Pag. 17. lin. 17. oblivioni	oblivione.
Pag. 19. lin. 2. injuria	in curia.

IN INDICE NOMINUM

Pap. 27. lin. 12 Almerius	Almericus

IN IPSO OPERE.

Pag. 1. lin. 22. Piceni	Umbriæ
Pag. 7. lin. 7. Dominium	Dominum
Ibid. lin. 10. in studio	in stadio
Pag. 8. lin. 36. nemini	ne Momo quidem
Ibid. Sandalom	Sandalium
Pag. 10. lin. 26. Ascesteriũ	Asceterium
Pag. 12. lin. 6. omniumque	omnium
Pag. 20. lin. 26. & seq. ProcuratorisGeneralis, Visitatoris in Romana Curia, ac deinde Abbatis, & Diffinitoris.	Procuratoris Generalis in Romana Curia, ac deinde Abbatis, Visitatoris, & Diffinitoris
Pag. 23. lin. 45. audieris	audierit
Pag. 28. lin. 19. Teisser Catalogo Auctorum, qui in librorum Catalogos.	Teisser in Catalogo Auctorum, qui Librorum Catalogos
Pap. 32. lin. 20. Bernardinum.	Bernardum
Ibid. lin. 30. Bernardinum	Bernardum
Pag. 36. lin. 15. Piscia	Piscina
Pag. 41. lin. 5. pag. 1265.	pag. 126.
Pag. 43. lin. 4. Gratias vero,	Gratiæ vero
Pag. 51. lin. 1. cujus	ejus
Pag. 76. lin. 24. Alexandro Octavo	Alexandro Septimo
Ibid. lin. 34. Suscipio	Suspicio
Pag. 81. lin. 22. imputatis	amputatis
Pag. 93. lin. 46. Inventoram	Inventorem
Pag. 94. lin. 31. fluentrum	fluentium
Ibid. lin. 35. in quello	in quelle
Pag. 96. lin. 15. genera	genere
Ibid. lin. 16. in causam	in causâ
Pag. 97. lin. 1. Cestelli	Castelli
Pag. 103. lin. 41. Marcus AntoniusMaltempi editionis per quam raræ Urbeveteri an. 1545. lib. 2. c. 2.	Hæc verba inutiliter repetuntur: nam supra pag. 102. lin. ult. allata jam fuerant.
Pag. 107. lin. 28. delatate,	delatæ
Pag. 108. lin. pen. 1712,	1612
Pag. 112. lin. 17. Comitorum	Comitiorum
Pag. 113. lin. 20. Sequarum	Sequanum.
Pag. 115. lin. 39. spendore	splendore
Pag. 122. In marg. Bidixxolo	Bidozolo
Pag. 132. lin. 39. spud	apud
Ibidem lin. 48. Regii	Regis
Pag. 133. lin. 22. nostus	nostris
Pag. 136. lin. 29. facultatem	facultatum
Pag. 140. lin. 38. Bullarum	Bullarium
Ibidem lin. 45. refer	refert
Pag. 143. lin. 40. at distinguendum?	at distinguendum.
Pag. 144. lin. 8. noli crodere.	noli credere
Pag. 148. lin. pen. an. 1689:	an. 1698.
Pag 150. lin. 20. Salema	Salerna
Pag. 155. lin. 1. Eramus,	Erasmus
Pag. 160. lin. 10. 1075.	1705.
Pag. 165. lin. 40. duobus.	duabus
Pag. 170. lin. 23. 1607.	1707.
Ibid. lin. 39. 1609.	1709.
Pag. 173. lin. 12. Studiis post admodum floruit	Studiis admodum floruit
Pag. 177. lin. pen. tertium	sextum
Pag. 182. lin. 32. sustines	sustinens
Pag. 186. lin. 31. Salodeto	Sadoleto
Pag. 196. lin. 15. Ascetoria	Asceteria
Pag. 201. lin, 8. præmebant.	premebantur
Ibidem lin. 45. copertum	compertum
Pag. 204. lin. 38. oquius	æquius
Pag. 209. lin. 3. orationis.	Narrationis
Ibidem lin. 15. 1743.	1643.
Pag. 211. lin. 19. suscipio	suspicio
Pag. 122. lin. 3. Synodum Casinensem	adde, eamque.
Pag 222. lin. 22. rivelanti	rilevanti
Pag. 222. lin. 16. intendissimo	intendentissimo
Pag. 227. lin. 2. possim	passim
Pag. 135. lin. 3. D. Fundis	à Fundis, vel de Fundis

IN INDICE COGNOMINUM.

Pag. 12. lin. 1. Faustus.	Faustinus

Leviora, quę supersunt, præsertim ad Ortographiam, & Interpunctionem pertinentia, vel ipse patienter corriges, vel clementer ignosces.

In Indice Nominum Scriptorum Primæ Partis addendi.

Anonymi pag. 47. & seq.
Gregorius à Papia pag. 189

In Indice Cognominum Scriptorum ejusdem primæ Partis addendi.

De Fagiis	Angelus
Funetti	Cæsarius
De Jorlanda	Honorius
Laudati	Benedictus
Marina	Gregorius
Morellus	Benedictus
Morellus	Gregorius
De Nuce	Angelus
Ricci	Franciscus Maria
Sarniculus	Ægidius
Veronensis	Hilarion

INDEX AUCTORUM

Qui de hujus Bibliothecæ Scriptoribus Primæ Partis agunt.

A

B

Ber-

Bernardus Pez Mellicensis in Epistolis Apologicis.
Bernardus Morandus in Rosalinda.
Baptista Mansus in Vita Torquati Tassi.
Bernardus Clavellus in Historia Arpinate.
Baptista, vel Bartholomæus Platina in Vitis Pontificum.
Bernardus de Montefaucon in Diar. Ital.
Bernardinus Bonfilius J. U. D. Patavinus in Epistolis.
Bartholomæus Gavant. Rubr. Breviarii.
Bernardinus Scardeonius de Antiquitate Urbis Patavii &c.
Bibliotheca Bodlejana.
Bibliotheca Romanæ Sapientiæ.
Bibliotheca Grattaroli.
Bibliotheca Vaticana.
Bibliothecæ plures nostrorum Monasteriorum.

C

CÆsar Card. Baronius in Notis ad Martyrol. Romanum, & in Annalibus Ecclesiasticis.
Camillus Peregrinus in Dialogo: *Il Carafa*, & in Epistolis, & in Historia Principum Longobardorum.
Catalogus Librorum Collegii Gregoriani Romæ.
Carolus Carthari in *Syllabo Advoc. Consistorialium*, *& in Pallade Bambina*, & in Serie Professorum Athenæi Romani M.SS. apud Eq. Prosp. Mand.
Carolus Stengelius *Lucida Corona Benedictina*, *& in Monasteriologia*.
Carolus Rinaldinus *in Geometria*, *& in Analytica Mathematum*.
Casimirus Oudin Supplem. Bellarm. de Script. Eccl.
Chrysostomus Calvini in Epistolis M.SS.
Cæsar Alexius in Elogiis Perusinorum.
Carolus du Gange du Fresne in Glossario, & in Ind. Dipl. & in Vet. Tabell.
Christianus Junkerus in Schediasmate Historico de Ephemeridibus.
Christophorus Arnaldus de Uxore adulterii suspecta.
Christophorus Besoldus in Spicileg. Politico, & Juridico.
Christophorus Ivanovich *Minerva al Tavolino*.
Clemens Raynerius de Apostolatu Benedictinor. in Anglia, & de Antiquitate eorumdem in Anglia.
Cœlestinus in Hist. Bergom.
Conradus Gesnerus in Bibliotheca Universali, & in Appendice ejusdem.
Constantinus Cajetanus de Religiosa S. Ign. per PP. Bened. Institut. & in aliis Operibus.
Constantinus de Notariis Duell. Ignor. & Scientiæ.
Cæsar Crispoldus in Perusia Augusta.

D

DIonysius Faucherius in Epistolis, & in Odis.
Dominicus Bartholi in Libello: *Asta di Achille*.
Dominicus Guglielmini *della Natura de' Fiumi*.
Dominicus de Marigliac in Præf. ad Joannem Gersen a se in Gallicum Sermonem translatum.
Dominicus Maria Caramella in Musæo Illustrium Poetarum.
Donatus Calvi in Scen. Liter. Bergom.

E

EPhemerides Literatorum Romæ Nazarii.
Ephemerides Literatorum Italiæ Venetæ.
Ephemerides Lipsienses.
Ephemerides Trevolzianæ.
Eustachius a S. Ubaldo de Dei Benedictione.

F

FAbianus Justinianus in Elencho Auct. in Sac. Biblia.
Federicus Mennini *Ritratto del Sonetto*.
Federicus Nomius in Satyris.
Federicus Ubaldinus in Vita Gelasii II. Papæ.

Fe-

Felix Contelorius in Notis, & Animadversionibus ad Fortunati Ulmi Librum de Adventu Alexandri III. Venetias. Parisiis 1623. Et in Elencho, & in Genealogia Matthildis, & in Memoriis Historicis Oppidi Cęsi.
Felix Egger Idea Ordinis Hjerarchico - Benedictini.
Felix Passarus in Carminibus.
Ferdinandus Ughellus Italia Sacra, & in Additionibus ad Ciacconium.
Franciscus Arisius Cremona Literata.
Franciscus Abela *Descrizzione di Malta*.
Franciscus Avantius Manuale Simplicium.
Franciscus Bivarius Commentario in Flaviũ Lutium Dextrum.
Franciscus Lauredanus in Epistolis.
Franciscus Ferrarius in Vita Joannis Baptistæ Marini.
Franciscus Flavius Frugonus *Ritratti Critici*, & Heroina Intrepida.
Franciscus Macedo Medulla Historiæ Ecclesiasticæ, & in Lucerna Macedi ad Lucernam Cleantis.
Franciscus Sansovinus in Descriptione Venetiarum.
Franciscus Suatez de Religione in particulari.

G

GAbriel Bucellinus in Benedicto Redivivo, & in aliis Operibus.
Galileus Galilei in suis Epistolis.
Georgius Matthias Conigius Bibliotheca Vet. & Nov.
Georgius Draudius Bibliorheca Classica, & Bibliotheca Exotica.
Georgius Viviani Vitæ Illustrium Foroliviensium.
Gloriæ degl' Incogniti, Academicorum scilicet Venetorum.
Gregorius Lęti *Italia Regnante*.
Guido Card. Bentivolus in Epistol.

H

HEnricus Meibonius in Notis ad Introductionem Vogleri in Notitias Scriptorũ.
Henricus Senesius in Encomiis Urbis Venetæ, & in Pictura Venetæ Urbis.
Henricus Spondanus in Annalibus.
Hieronymus Borsieri in Supplemento Rerum Mediolanensium.
Hieronymus Fabri *Sacre Memorie di Ravenna*, & in aliis Operibus.
Hieronymus Genovinus Metamorphoses Nominum.
Hieronymus Ghilinus Theatro Virorum Literis Illustrium,
Hieronymus a Potentia in Historia Manuscripta S. Justinæ de Padua.
Hilarius Bologna in Panegyrico Divi Benedicti Italicè.
Hilarion Corbetta in Epistolis Latino-Græcis Manuscript.
Hyppolitus Maraccius Bibliotheca Mariana.
Honofrius Panvinus in Additionibus ad Platinam, & in utraque Epitome.

I

JAmes in Append. ad Bibliothecam Bodlejanam Thomæ Hydæ.
Jacobus Augustinus Thuanus in Elogiis.
Jacobus Cavaccius in Historia Sanctæ Justinæ.
Jacobus Gaddius in Elogiographo, & de Scriptoribus non Ecclesiasticis.
Jacobus Philippus Thomasinus Episc. Æmoniensis in Bibliotheca Veneta, & in Gymnasio Patavino, & in Parnasso Euganeo, & in Elogiis, & in aliis Operibus.
Jacobus Gretserus adversus Replicatorem Calvinianum.
Jacobus Sirmundus in Opusculis.
Jacobus Zopelli *Trattenimenti Poetici*.
Joannes Baptista Cacacius in Lyricis.
Joannes Cinellus Bibliotheca Volante.
Joannes Baptista del Giudice *Poesie Sacre, e Morali*.
Joannes Baptista Marus Adnotationes ad suplementum Placidi Romani de Viris Illustribus Casinensibus.
Joannes Baptista Gritalli *Capricci Serii delle Muse*.
Joannes Baptista Laurus in Viris Doctrina præstantibus sui ævi.
Joannes Baptista Marinus Variis in Operibus.
Joan-

Joannes Cinellus *Biblioteca Volante*.

Joannes Fedcricus Hekelius de Fęminis Literatis.

Joannes Maria Muti *Rotture del Genio, o Penna Volante*.

Joannes Marius Creſcimbenius Hiſtoria vulgaris Poeſis, & Commentario in eamdem.

Joannes Nicius Erythręus; ideſt Joannes Victorius de Roſſi in Pinacothecis.

Joannes Jacobus Jordanus in Chron. Mont. Virg.

Joannes Paulus Oliva Soc. J. in Epiſtolis.

Incogniti Academici Veneti in Libro Gloriæ degl' Incogniti.

Joannes Caramuel Variis in Operibus, & Epiſtolis.

Joannes Geyer Apologia pro Gerſene adverſus Rosweidum.

Joannes Franchinus in Biblioſophia Patrum Minorum Conventualium.

Joannes Gerardus Voſſius de Hiſtoricis Latinis.

Joannes Mabillonius Itinere Italico, & in aliis Operibus.

Joannes Rhò in Libro Achates ad Conſtantinum Cajetanum.

Joannes Enricus Ottingerus Hiſtoria Eccleſiaſtica Novi Teſtamenti.

Joannes Ciampinus in Diſertatione de Vocis Correctione in Sermone ſeptimo S. Leonis Magni, & de Antiquis Muſivis tom. II. &c.

Joannes Medices in Epiſtolis.

Joannes Palatio Aquila inter Lilia.

Joannes Salas in Primam Secundæ Divi Thomæ.

Joſeph Maria Tomaſius, poſtea Cardinalis, in antiquis Libris Miſſarum Eccleſiæ Romanæ.

Joſeph Silos Hiſtoria Clericorum Regulariū.

Joſeph Galeanus in Muſis Siculis.

Julius Ambroſius Lucenti Italia Sacra Reſtricta Aucta.

Julius Cæſar Capaccius in Epiſtolis, & in *Segretario*.

Juſtus Fontaninus *Aminta Difeſo*, & in Catalogo Selectiorum Auctorum &c. Italicè.

L

Laurentius Craſſus in Elogiis, & in Hiſt. Poet. Græcor.

Laurentius Florus in Epiſtolis.

Laurentius Magalottus de Anima Brutorum; & in aliis Tractatibus.

Laurentius Zaccagna in Collectaneis Monumentorum Veterum Tomo Primo.

Leo Allatius in Apibus Urbanis.

Leonardus Cozzandus Bibliotheca Britiana.

Leonardus Nicodemus, verius Antonius Magliabechius in Additionibus ad Bibliothecam Neapolitanam Toppii.

Lucas Wadinghus in Annalibus Franciſcanis, & in Opuſcula S. Franciſci.

Ludovicus Flori Societatis Jeſu *Del Modo di tenere un Libro doppio*.

Ludovicus Dellies Dupin in Nova Bibliotheca Eccleſiaſtica Gallicè.

Ludovicus Ferrarius de Epiſtolis Miſſivis.

Ludovicus Jacobilli in Bibliotheca Umbriæ, & de Sanctis Umbriæ.

Ludovicus Jacobus a S. Carolo Bibliotheca Pontificia.

Ludovicus Moreri Grand Dictionaire.

M

Maffęus Barberinus Urbanus VIII. in Carminibus.

Marcus Antonius Flaminius in Carminibus.

Marcus Antonius Maltempi in Hiſt.

Marcus Antonius Scipio Elogia Abbatum Caſinenſium.

Martinus Martinez de Patronatu Hiſpaniæ S. Æmiliani.

Maximilianus Sanderus Academica Commentatio.

Maximilianus Dexa in Vita Helenæ Corn. Piſcopiæ.

Michael Ghislerius Commentatio in Hieremiam Tomo I.

Michael Maithere Annales Topografici.

Michael Pocciantius in Catalogo Scriptorum Florentinorum.

Michael Juſtinianus in Scriptoribus Liguriæ.

Ni-

N

NIcolaus Angelus Cafferri in Compendio Sinthematis Vetustatis.
Nicolaus Antonius in Bibliotheca Veteris Hispaniæ.
Nicolaus Carminius Falco in Vita Sancti Januarii.
Nicolaus Toppius Bibliotheca Neapolitana.
Nomenclator Cardinalium.
Nicolaus Comnenus Papadopoli in Histor. Gymnasii Patavini.

O

OCtavius Cajetanus Hist. Sicil. & in Notis de Sanctis Siciliæ.
Octavius Ferrarius in Originibus Italicæ Linguæ, & in Epistolis, & in Origine, & Stemmate Gentis Matinenghæ.

P

PAmphilus Persicus in Opere, cui titulus: *Il Segretario*.
Paulus Morigia de Nobilitate Mediolanensi.
Petrus Andreas Trinchierius in Carminibus.
Petrus Aretinus in Comed. *Il Marescalco*.
Petrus Antonius Tornamira in Variis Operibus.
Petrus Baptista Burgi de Dom. Reipublicæ Genuensis.
Petrus Bembus Cardinalis in Epistolis.
Petrus Businus Engadinus Elvetius in Elogiis Græcis.
Petrus Daniel Huetius Origenes Greco-Latinus.
Petrus Diaconus de Viris Illustribus Casinensibus.
Petrus Maria Campi Historia Ecclesiastica Placentiæ.
Petrus Ricordatus Historia Monastica.
Pius Rubens *Convito Morale*.
Placidus Petruccius Romanus in Supplem. ad Petrum Diaconum de Viris Illustribus Casinensibus.
Placidus Puccinellus Variis in Operibus.
Placidus Reina in Histor. Messanæ.
Poggius Brandolinus in Dialog. de Hypocritis.
Philippus Labbe Bibliotheca Bibliothecarum; & in Conc. Trid. & de Scriptor. Ecclesiasticis.
Philippus Macchiarellus in Apologia Sancti Petri Damiani.
Philippus Maria Bonini *Il Tevere Incatenato*.
Philippus Maria Bernini in Cyro Politico.
Philippus Piccinellus in Atheneo Mediolanens.
Philippus Rondininus de Monasterio Caiemarii.
Philomati Musæ; idest Alex. VII. Pontifex Maximus.
Prosper Mandosius Bibliotheca Romana impressa, & in Vitis Elogiasticis Academicorum Humoristarum M.script. & in Omonyma Prosperiana.

Q

R

RAphael Fabrettus de Aquis, & Aquæductibus Veteris Romæ 1672.
Raphael Sopranus in Syllabo Scriptorum Liguriæ.
Raynerius Picus Appen. Virorum Illustrium Parmens.
Robertus Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis.
Rocchus Pyrrhus de Abbatiis Siciliæ, & in Sicilia Sacra.

Sci-

S

SCipio Ammiratus in Epiſtolis ; & *Ne i Ritratti*.

Seraphinus Paſolinus *Luſtri Ravennati*, & in Hiſtoria Ravennate.

Sigiſmundus Brunellus J. C. Patavinus in Epiſtolis.

Siſtus Senenſis Bibliotheca Sancta.

Stephanus Guazzi in Ghirlanda.

Sylvanius Razzius de Sacris Virginibus.

T

THeodorus Palleonus in Epiſtolis editis Romæ 1626.

Theodoricus Ruinartius in Appendice primi Tomi Sæculi Sexti Annalium Benedictinorum, & in aliis Operibus.

Titus Proſper Martinengus in Libro Variorum Poematum Grecorum.

Torquatus Taſſus in Metris.

Trajanus Boccalinus *Raguagli di Parnaſo*.

V

VAlerianus Caſtillionęus in Annalibus Caſinenſibus.


Vincentius Armannus in Append. Hiſt. ſuæ de Familia Capizucchi Romæ 1680.

Vincentius Baralis Salerna in Chronologia Lirinenſi.

X

Z

ZAcharias Caymus in Epiſtolis.



ERRA-

INDEX

Monasteriorum, & Virorum Illustrium qui in eis floruerunt

PRIMÆ PARTIS.

S. GEORGII MAJORIS VENETIARUM.
Alexander Businellus
Benedictus Guidi
Bernardus Terzi Placentinus
Bonaventura Finardi
Cornelius Codaninus
Cornelius Merendella
Damianus Hembrius
Dominicus ab Asula
Fabianus Cretensis
Fortunatus Ulmus
Jacobus Maria Raymundi
S. HIERONYMI DE SYLVARIA.
Arsenius à Monelia
Jo: Stephanus Marenchus
Ludovicus de Ferrariis
S. HONORATI LIRINI.
Dionysius Faucherius, qui prius S. Benedicti de Padolyrone
Ludovicus Meynerius
S. JO: EVANGELISTÆ PARMÆ.
Alexander Pallavicinus
Ambrosius de Rusconibus
Andreas Arcionus
Andreas Raynerius
Angelus Maria Arcionus
Barnabas Parmensis
Benedictus Bacchinus, qui postea S. Petri Mutinæ
Constantinus Bellottus
Eusebius Mutinensis
Faustus Parmensis
Hieronymus Raynerius
Jo: Franciscus Albercrombius
Isidorus Clarius
Odoardus Bissonus
S. JULIÆ BRIXIÆ MONIALIUM.
Angelica Baitelli
S. JUSTINÆ PATAVINÆ.
Augustinus Loscus
Carolus Maria Milliarius
Celsus Gulielmi
Euthytius Cordes
Fortunatus Maurocenus qui prius Ravennæ
Fortunatus Patavinus
Gregorius Patavinus
Germanus à Ianua
Hieronymus Cataneus
Hieronymus à Potentia
Jacobus Cavaccius
Jo: Antonius Orsati
Jo: Baptista Nani
Laurentius Gazius
Leander Porzia
Leonellus Crocecalle
Lucas Gulielmus
Ludovicus Barbo
Ludovicus Malumbra
Ludovicus Grisonus
S. LAURENTI DE AVERSA.
Andreas Mazzæus
Hieronymus Perottus
Joannes Santo
S. MARIÆ DE CÆSENA.
Anastasius Ubertus
Hippolytus Pognettus
Joseph Bonzanellus
Isidorus Morratinus
S. MARIÆ DE FLORENTIA
Angelus Griselli
Angelus Maria Quirini
Augustinus Florentinus
Benedictus Bonfignorius
Chrysostomus Nicolini
Eugenius Gammurinus qui prius Aretii
Gometius Lusitanus
Hieronymus Miniati
Iacobbus Gaddi
Ignatius Squarcialupus
Isidorus Lanfredini
Isidorus Montauti
Laurentius Borgianni
Laurentius Lucalberti
Laurentius Martinozzi
Leonardus Borgianni
S. MARIÆ DE FARFA.
Gregorius Urbanus
Io: Benedictus Rocca
S. MARIÆ DE LACROMA' RAGUSII:
Basilius Gradi
S. MARIÆ MIRACULORUM ANDRIÆ.
Alderanus Desiderius
S. MARIA DE PRATALEA.
Cyprianus Benagli
S. MARIÆ TALLUERIARUM SABAUDIÆ.
Franciscus Serracini
S. MARTINI DE SCALIS PANORNI.
Antonius Sarzana
Augustinus Papasidera
Augustinus Toranus

Fa-

Fabianus Columbus
Gregorius Marsala
Gregorius Matina
Gregorius Morellus
Guglielmus de Hieraci
Honorius Ansalonius
Honorius de Iorlanda
Ignatius Galeanus
Io: Evangelista Florentiæ
Isidorus Comitinus
Iulianus Majalis
Laurentius Ferrarus
S. MICHAELIS ARCHANGELI MONTIS CAVEOSI.
Ægidius Samiculus
Fabianus Pinus
Gabriel à Rubis
Hieronymus Gatta
Io: Baptista à Neapoli
SS. NAZARII, ET CELSI VERONÆ.
Celsus à Falcibus
Celsus Guglielmi
Hilarion de Carthariis
S. NICOLAI DE ARENIS CATANÆ.
Baltassar Morabitus
Bartholomæus Taberna
Bartholomæus de Alexandro
Camillus Mancini
Constantinus Cajetanus
S. NICOLAI DE BUSCHETTO GENUÆ.
Gabriel Garbarinus
Hilarion Genuen
Iulianus Vernatia
S. NICOLAI DE LITTORE VENETIARUM
Bartholomæus à Verona
S. PAULI DE ARGON BERGOMEN.
Io: Novatus
S. PAULI DE URBE.
Angelus Maria Cherubini
Antonius Florettus
Arsenius Leodiensis
Benedictus Majoricensis
Bernardus Maria de Comitibus
Dominicus Galli
Cornelius Margarinus
Felix Roma
Io: Evangelista Federici
Iovita de Rubeis
Marianus Armellini
SS. PETRI, ET PAULI IN G MEDIOLANI.
Ambrosius Croce
Columbanus à Bobio
Gabriel Brebbia
Io: Gaspar Beretta
Ioannes Resta
Iulius Maria Odescalchi
S. PETRI DE SAVILIANO.
Io: Hieronymus Textoris
S. PETRI MUTINÆ.
Benedictus Bacchinus, qui prius S. Io. Evangelistæ Parmæ
Carolus Molza
Ludovicus Morinus
S. PETRI PERUSII.
Alexander Lellus
Basilius Perottrichius
Dominicus de Cinquinis
Hieronymus Ruscelli
Ioseph Perusinus
Leo Pavonius
Leonardus Perusinus
S. PLACIDI MESSANÆ.
Cæsar Gotho
Bernardus à Messana
Flaminius Patè
Hieronymus Pharaonius
Iacobus Tramontana
S. RADEGUNDIS MEDIOLANI MONIALIUM.
Clara Margarita Cozzolani
S. SALVATORIS PAPIÆ.
Augustinus Isimbardus
Columbanus Bordonus
Hieronymus Sylva
Hilarion Corbetta
S. SCHOLASTICÆ SUBLACI.
Ægidius Columna
Cherubinus Murtius
Petrus Clavarinus
S. SEVERINI NEAPOLLI.
Adrianus Amalthea
Aloysius Carafa
Alphonsus Mariconda
Alphonsus Villagut
Angelus Perfectus
Augustinus Cæsarius
Augustinus Grimaldus
Augustinus Odoardi

Be-

Benedictus Laudati
Bernardus Clavellus
Constantinus de la Noya
Constantinus de Notariis
Hippolytus à Vigiliis
Iacobus Graffius
Iacobus Majorica
Io: Baptista de Miro
Io: Evangelista ab Aversa
Laurentius de Miro

S. SIMPLICIANI MEDIOLANI.

Augustinus Lampugnani
Benedictus Setala
Gratianus Trezzi
Hilarius Bologna
Ioseph Guffantus

S. SIXTI PLACENTIÆ.

Honoratus Arcelli
Io: Andreas Astezati
Ioseph à Placentia
Ioseph Costalta
Ioseph de Leonibus
Laurentius Moreschi

SS. SPIRITUS ET GALLI PAPIÆ.

Gaspar à Papia

SS. TRINITATIS CAVÆ.

Alexander Rodulphus
Archangelus à Neapoli
Augustinus Venerius
Camillus Massatus
Honorius Thorus
Io: Benedictus Citelli
Leo Matina

S. VITALIS RAVENNÆ.

Basilius Paradisi
Ferdinandus Perettus
Hieronymus Bendandi
Fortunatus Maurocenus, qui postea Patavij
Petrus Paulus Ginanni

IN CERTI MONASTERII.

Ambrosius de Ferrariis
Andreas Leuccus
Anselmus Banduri Meledensis
Basilius Millanius
Basilius Zancarolus
Bernardus Castiglionus
Casimirus Vincentius Chranovius
Casimirus Freschot
Celsus à Falcibus Veronensis
Constantinus Pasolinus
Constantinus Contutius
Cornelius de Franceschis
David Londinensis
Dominicus Maria Auria
Eutichius Ghiroldi
Faustinus Oliva
Felicianus Stradivertus
Franciscus Barionovus
Gervasius à Neapoli
Helena Lucretia Cornelia Piscopia in propria Domo
Henricus Valle
Hieronymus Lapi
Hieronymus Mediolanensis
Hieronymus Monachus
Hilarion de Carthariis
Hippolytus Ballarinus
Ignatius Giorgi Meledensis
Io: Franciscus Brixianus
Iovita à Castiono
Isidorus Cremensis



INDEX

Urbium, & Virorum Illustrium, qui ex eis prodierunt nostræ Congregationis.

PRIMÆ PARTIS.

DUACI IN BELGIO.
Arnoldus Vvion
FERRARIÆ IN ÆMILIA.
Anselmus Pajolus
Ferdinandus Perettus
Hercules Tambulius
FLORENTIÆ IN ETRURIA.
Angelus Griselli
Benedictus Bonsignorius
Chrysostomus Nicolini
Hieronymus Miniati
Jacobus Gaddi
Ignatius Squarcialupus
Isidorus Lanfredini
Isidorus Montauti
Laurentius Borgianni
Laurentius Lucalberti
Leonardus Borgianni
Lucianus Masi in Appendice
FOROLIVII IN FLAMINIA.
Isidorus Morattinus
FRACTIS IN CAMPANIA.
Antonius à Fractis
Desiderius Petrouius
GANDAVI IN BELGIO.
Floribertus à Gandavo in Appendice.
GENUÆ IN LIGURIA.
Angelus Gryllus
Anselmus Centurioni in Appendice
Bernardus Bissus
Bernardus Castillionius
Dominicus Maria Auria
Gabriel Garbarinus
Germanus à Genua
Hilarion Genuensis
Io; Baptista Gentili
Io: Maria Cardativa
Io: Stephanus Marenchus
Io: Stephanus Senarega
Iulianus Vernatia
Ludovicus Ferrarius
GRANIANI IN CAMPANIA.
Io: Baptista de Miro
Laurentius de Miro
GRASSÆ IN GALLIA NARBONENSI.
Cæsarius de Laude in Appendice
Laurentius Marini in Appendici
HISPANI.
Augustinus Loscus
Bessarion à Catalaunia
Io: Andreas Ricci
LEODII IN BELGIO.
Arsenius à Villalonga
LONATI IN AGRO BRIXIANO.
Archangelus de Lonato
MANTUÆ IN GALLIA TRANSPADANA.
Baptista Mantuanus
Benedictus Lucchinus
Hippolytus Andreatius
Iacobus à Mantua in Appendice
Io: Baptista Folengus
Innocentius Cæsius
Lucianus de Otthonibus
MASSÆ LUBRENSIS IN CAMPANIA.
Angelus de Nuce
MATHELICÆ IN PICENO.
Ægidius Sarniculus
MATHERÆ IN APULIA.
Fabianus Pinus
MEDIOLANI IN INSUBRIA.
Ambrosius Ferrarius
Ambrosius de Rusconibus
Augustinus Lampugnanus
Benedictus Settala
Clara Margarita Cozzolani
Gabriel Brebbia
Gaspar Beretta
Gratianus Trezzi
Hieronymus à Mediolano
Hilarion Corbetta
Hilarius Bologna
Iacobus à Mediolano, in Appendice
Ioannes Resta
Io: Gaspar Beretta
Ioseph Guffantus
MESSANÆ IN SICILIA.
Archangelus Zucarato, in Adjunctis
Bernardus à Messana
Cæsar Gothò
Flaminius Patè
Hieronymus Pharaonius
Iacobus Tramontana
MONELIÆ IN LIGURIA.
Angelus Petra
Arsenius à Monelia
MONOPOLI IN APULIA.
Andreas Adeodati
MONTIS RUBRI IN LIGVRIA.
Ioannes Antonius
MUTINÆ IN ÆMILIA.
Carolus Molza
Eusebius Mutinensis
Gregorius Cortesius
Gregorius Porninus
Luduicus Murinus in Adjunctis 2. partis
MONTIS FALCI IN UMBRIA.
Cyrillus à Monte Falco in Appendic.
MONTIS REGALIS IN SICILIA.
Desiderius à Regali in Appendice
NEAPOLI IN CAMPANIA.
Adrianus Amalthea
Aloysius Carafa
Antonius à Neapoli
Alexander Rodulphus
Alphonsus Mariconda
Alphonsus Villague
Angelus Perfectus

Ar-

Arcangelus à Neapoli
Augustinus Cæsarius
Augustinus Odoardi
Augustinus Venerius
Constantinus de Là Noya
Cornelius à Neapoli
Dominicus Quesada
Emmanuel Brancatius
Felix Paserus
Gabriel Castagnonus
Gervasius à Neapoli
Gregorius Santacrucius
Hieronymus Perottus
Honoratus Mediceus
Jacobus Caracciolus
Iacobus Majorica
Ioannes Santo
Io: Baptista à Neapoli
Io: Evangelista Mormilius
Io: Evangelista à Neapoli
Leo Matina
Ludovicus Grisonus

NICEÆ IN PROVINCIA.

Io: Hieronymus Textorius

NOLÆ IN CAMPANIA.

Constantinus de Notariis

NOVARIÆ IN INSUBRIA.

Columbanus à Como
Hippolytus Ballarini in Adjunctis
Innocentius à Novaria, in Appendice

NOVOCOMI IN INSUBRIA.

Iulius Maria Odescalchi

PANORMI IN SICILIA.

Antonius Sarzana
Augustinus Papasidera
Augustinus Toranus
Bernardus à Panormo in Adjunctis
Fabianus Columbus
Gregorius Marsala
Gregorius Matina
Gregorius Morellus
Gulielmus de Hierarci Panormitanus
Honorius Ansalonios
Honorius de Iorlanda
Honorius à Panormo, in Appendice
Ignatius Galeanus
Io: Evangelista Florentia
Isidorus Comiticinus
Isidorus à Panormo in Appendice
Isidorus alter à Panormo, in Append.
Iulianus Majalis
Laurentius Ferrarus

PAPIÆ IN INSUBRIA.

Augustinus Isimbardus
Columbanus Bordonus
Gaspar à Papia
Hieronymus Sylva

PARMÆ IN ÆMILIA.

Alexander Pallavicinus
Andreas Arcionus
Andreas Raynerius
Angelus Maria Arcionus
Benedictus Bacchinus
Benedictus Trezzi, in Appendice
Bernardus Parmensis
Eusebius à Parma in Appendice
Hieronymus Raynerius
Isidorus de Sù

PATAVII IN VENETIA.

Carolus Maria Milliarius
Fortunatus Patavinus
Gregorius Patavinus
Hieronymus Cathaneus
Iacobus Cavaccius
Io: Antonius Orsatus
Lucas Gullielmi

PATERNIONE IN SICILIA.

Bartholomæus de Alexandro
Bartholomæus Taberna

PERUSIÆ IN ETRURIA.

Alexander Lellus
Dominicus de Cinquinis
Hieronymus Ruscelli
Ioannes Perusinus
Ioseph Perusinus
Leonardus Perusinus

PLACENTIÆ IN GALLIA CISPADANA.

Bernardus Terzi
Honoratus Arcelli in Appendice
Io: Andreas Astezati
Io: Baptista à Placentia, in Appendic.
Ioseph à Placentia
Ioseph Costalta
Ioseph de Leonibus
Laurentius Moreschi

PORZIÆ IN FORO IULII:

Leandera Porzià

PULCINI IN....

Hilarius à Pulcino, in Appendice

RAGUSII IN ILIRICO.

Anselmus Banduri
Basilius Gradi
Ignatius Georgii in Adjunctis

RAVENNÆ IN ÆMILIA.

Benedictus Arigoni in Adjunctis, & in Appendice
Basilius Paradisi
Hieronymus Bendardi
Fortunatus Maurocenus, qui postea Patavii

ROMÆ IN LATIO.

Angelus Maria Cherubini
Antonius Florettus
Cornelius Margarinus
Dominicus Galli
Felix Roma

Gre-

Gregorius Urbanus
Io: Evangelista Federici
Iovita de Rubeis
RUBIS IN APULIA.
Gabriel à Rubis
RUMILIACI IN SABAVDIA.
Franciscus Serracini
S. GEMILIANI IN CALABRIA.
Chrysostomus Calvini
S. GERMANI AD RADICES MONTIS CASINI.
Benedictus à S. Germano
SENIS IN TUSCIA.
Antonius Maria Cottonius
Cyrinus de Sanctis
Laurentius Martinozzius
SYRACUSIS IN SICILIA.
Constantinus Cajetanus
SVESSÆ IN CAMPANIA.
Andreas à Svessa
TREVIRIS IN BELGIO
Cherubinus Myrtius
TUDERTI IN UMBRIA
Leo Pavonius
VENETIIS IN MARI ADRIATICO.
Alexander Businellus
Angelus Maria Quirini
Benedictus Guidi
Cornelius Codaninus
Cornelius de Franceschis
Cornelius Merendella
Fortunatus Maurocenus qui antea Ravennæ
Fortunatus Ulmus
Helena Lucretia Piscopia, quæ est Scholastica
Io: Baptista Nanus
Innocentius à Venetiis, in Appendice
Iacobus Raymundi
Laurentius Massolus
Ludovicus Barbo
Ludovicus Malumbra
VERONÆ IN CENOMANIS.
Bartholomæus à Verona
Celsus à Falcibus
Celsus Guglielmi
Hilarion de Carthariis
Jo: Baptista à Verona, in Appendice
VERULIS IN CAMPANIA.
Bernardinus Campanari
VICENTIÆ IN VENETIA.
Anastasius Galdiolus; in Appendice.
Fortunatus Schola
Io: Baptista Ferrettus
Laurentius Vincentinus
VIGILIIS IN APULIA.
Hippolytus Berarduccius
VITERBII IN ETRURIA.
Gregorius de Pisonibus
ULYSSIPONE IN LUSITANIA.
Gometius Lusitanus





BIBLIOTHECA
BENEDICTINO-CASINENSIS
ALIAS
CONGREGATIONIS S. JUSTINÆ PATAVINÆ.

A



DRIANUS cognomine AMALTHÆA Neapoli natus, in S. Severini percelebri ibidem Cœnobio Monasticum amplexus est institutum anno 1526. die 1. Octobris; Ubi, ut erat scientiarum omnium amantissimus, Astronomię, Legum, morumque disciplinę, & sacrarum in primis Literarum studiis strenuam cùm navasset operam, Juris utriusque lauream consequutus est. Abbatis deindè auctus dignitate, plura rexit Monasteria, ac Brixię demùm apud SS. Faustinum, & Jovitam extremum diem obiit anno 1592. Scripsit.

1. *Rotam, sive Calculum Astronomicum perpetuum juxta Gregorianam correctionem, impressam Brixiæ apud Sabinum Anno* 1593.

2. *Paraphrasticam expositionem, seu translationem in Psalmos*, quæ simul cum duabus ejus epistolis extabat M.S. apud D. Angelum à Carpinedulo Monachum Cæsenatensem anno 1595., incipitque: *Accipe mi Christiane Lector &c.* teste Arnoldo Wione Ligni Vitæ par. 1. l. 2. cap. 62. pag. 397., & par. 2. in appendice pag. 883. ubi asserit eum scripsisse

3. Alia multa tàm in Casibus Conscientiæ, quàm in Sacris Literis, quæ morte præventus imperfecta reliquit. Ita Arnoldus, præter quem mentionem de eo faciunt Antonius Possevinus in Appar. Sacr. tom. 1. pag. 18. editionis Venetæ anni 1606. editionis verò Coloniensis anni 1608. pag. 10. In Matriculis, seù Regestis MSs. Monachorum nostræ Congregationis, quibus sæpissimè utimur, de eo pag. 110. in margine sic dicitur, *Abbas scripsit super Psalmos, & alia*.

ÆGIDIUS SARNICULUS à Mathelica nobili Piceni Oppido, apud S. Michaelem Archangelum Montis Caveosi in Apulia Monasticam vitam professus anno 1545. die 25. Martii, Vir fuit in Divinis Scripturis, & Mathematicis scientiis admodum versatus, rerumque etiam agendarum prudentiâ, industriâque conspicuus. Ob eas virtutes Abbas renunciatus, primò quidem prædictum S. Michaelis Archangeli Cœnobium anno 1575., Casinense deinde Archisterium anno 1587., regenda suscepit, eoque utilitatis proventu, suique nominis præconio ea administravit, ut altero, quo Casinensibus præerat, anno, Comitiorum nostrorum Patres, Ægidium

Presidis dignitate decoratum, totius Congregationis regimini præfecerint. Brevi admodum biennii spatio, quo Casini mansit, domesticas res, præcipuè sacras, diligentissimè curavit, obtinuitque à Pontifice Maximo Sixto V. præclarissimum diploma datum Romæ apud S. Petrum anno 1589., quo universa Cœnobii Jura, ac Privilegia amplissimè confirmantur. Pastoralem verò sollicitudinem è Claustris, ad totam Casinensem Diœcesim, ut par erat extendens Synodum celebravit, in qua saluberrima edidit decreta, quorum potissima sunt, quæ decentem Sacrarum Imaginum cultum respiciunt. Asservatur ea Synodus M. S. tum Casini in Tabulario, tum Romæ apud nostrum Divi Calixti Hospitium in Archivo Procuratoris Generalis. Incipit: *Ægidius à Matelica &c. Inter cæteras*
1590. *sollicitudines, & animi nostri curas &c.* His peractis Ægidius Casino excedens, ad Monasterium S. Mariæ de Cæsena regendum transivit; At in sequenti anno Caveosi mortem occumbens, ad laborum præmia percipienda, ut piè credimus, emigravit.

De eo perhonorificè agunt Petrus Ricordatus Hist. Monast. Dial. 4. pag. 465. à tergo, ubi vocatur *Vir Illustris, & Mathematicarum disciplinarum peritissimus, adeout, vel nullum, vel paucos intra Italiam in ea facultate Superiores habuerit*; In Divinis quoque Scripturis valde exercitatum dicit, & admiranda Prudentiâ præditum Arnoldus Wion Lign. Vit. par. 1. lib. 1. pag. 32. ubi Sacri Monasterii Casinensis sub nostra Congregatione Abbas XXV. recensetur. Marcus Antonius Scipio in Elogiis Abbatum Casinensium primæ editionis Neapolis 1630. pag. 177., secundæ verò ibidem pag. 242. Julius Ambrosius Lucenti Abbas Cisterciensis (verius D. Erasmus Gattola noster, qui Lucenti copiosissimas pro Episcopatu Casinensi notitias subministravit ab eodem Lucenti latinitate donatas) in Italia Sacra restricta, aucta &c. Romæ edita 1704. pag. 1011. In nostris regestis Mss. pag. 213. in margine: *Obiit Abbas Caveosi 1590. insignis Mathematicus, & doctissimus in aliis scientiis; fuit Præses*: sed errore Amanuensis *Sarnanocensis* pro *Sarniculus* ibi scribitur.

ALDERANUS DESIDERIUS natus Aquilæ in Vestinis, Monachum induit Andriæ (Civitas est Apuliæ) in Cœnobio S. Mariæ, quam Miraculorum vocant. Vir sanè ut vitæ integritate, ac morum candore venerabilis, ita peracuto, ac perspicaci pollens ingenio, quo rerum Mathematicarum, Astronomiæ præsertim, Geometriæ, & Arithmetices intelligentiam non exiguam est assequutus, quarum artium præsidio plura admiranda, & curiosa effecit; Clemens XI., quòd Virum in Astronomicis egregiè doctum famâ accepisset, Alderanum Romam accersere statuerat, ut in reformationem, seu correctionem Kalendarii una cum aliis doctissimis Viris ab ipso Pontifice ad id opus selectis incumberet; Obstitit quidem nimis provecta Alderani ætas, affectaque valetudo, ne Romam proficisceretur; at non defuit ipse, quominus æquissimo Pontificis, ut poterat, voto satisfaceret: scripto nimirum libello de Cyclis solaribus, & Literis Dominicalibus, qui jussu ejusdem supremi Antistitis Virorum in hisce rebus præstantissimorum trutina expensus, probatusque, publicam aspexit lucem, eo quidem eventu (sicuti à Viro fide digno, istiusque rei probè conscio accepi) ut periculum omne, quod ex diffidentia Epactarum à Noviluniis imminere videbatur, penitus sustulerit: nam Methonis, & Sosigenis regulis usus, deprehensoque, & emendato circa Epactas, & Novilunia errore, novisque exhibitis tabulis temporariis, incommodis omnibus, quæ in dies accidere, & augeri inde poterant, providè occurrit. Ejusdem Viri operâ, in rebus quibusdam mathematicis usum fuisse Jacobum II. magnæ Brittanniæ Regem, rumor fuit. Vixit fere per integrum sæculum, & in supradicto Andriæ Cœnobio fatis concessit anno 1709. Ex ejus verò lucubrationibus hæc ad meam notitiam hucusque pervenerunt.

1. *Dialogo di D. Aleandro Desiderio Sicanense* (idest D. Alderano Desiderio Casinense) *in occasione che l' Eccellentissimo Signor Vicerè di Sicilia fu di passaggio à venerar*

venerar la Chiesa, e Monastero di S. Martino delle Scale di Palermo della Congregazione Casinense: In Roma l'anno 1686. nella Stamperia della Reverenda Camera Apostolica, all' Eminentissimo Signor Cardinal Cibo. Hoc in libro Dialogi methodo, Interloquutoribus Didaco Benavides Marchione Soleræ, Comitis S. Stephani Siciliæ Pro-Regis filio, & ipsomet Alderano, agitur de corporibus Cœlestibus secundum proportionem, quam habent inter se, & cum globo terraqueo: Item de modo, quo eorumdem corporum Cœlestium distantia à terra, necnon ambitus, Diamater, & crassitudo depræhendi potest; Itemque de modo, quo Antiqui utebantur Astrolabio, & Dioptra Hipparchi, & de horologio vibratorio, & tubo optico à recentioribus adinvento, ad assequendam corporum Cœlestium magnitudinem.

2. *Tavole de' Cicli Solari, e Lettere Dominicali per saper distinguere tutti li tempi passati, presenti, e futuri, con altre cose spettanti al Calendario Romano, prima, e dopo la riforma Gregoriana dell' Anno, poste in metodo facile, e breve da D. Alderano Desiderio &c. dedicate alla Santità di Nostro Signore Papa Clemente XI. In Roma per Luca Antonio Chracas presso San Marco al Corso* 1703. In quo libro cap. 2. 24. Epochas, sive temporum radices magis celebres refert.

ALEXANDER BUSINELLUS Venetiis è Familia ortus est, inter eos conspicua, qui Reipublicæ à Secretis inserviunt, mediumque inter Patricios, & reliquos populares ordinem constituunt; ex ea namque plures tum à *Secretis*, ac præ cæteris ejus Pater, tum Magni *Cancellarii*, quo munere Alexander ejus frater nuper functus est, prodierunt. Alexander verò noster Deo militaturus in percelebri S. Georgii Majoris Cœnobio cucullum induit, quem religiosis virtutibus æquè, ac nobilium literarum studio plurimum honestavit. Anno 1687 in Comitiis Generalibus Perusiæ habitis Prior electus, jussu postea Alexandri VIII. Pontificis Maximi, cui jam pridem notus, ac familiaris fuerat, Abbas creatus est anno 1689. Post obitum Vitalis Terra rubra * eximii in Patavina Universitate Philosophiæ Præ-Lectoris, de quo 2. parte, à Veneto Senatu in ejus locum suffectus est. Librum edidit hoc titulo donatum

* Terrarossa.

Arion Philosophicus. Placentiæ ex Typographia Sireniana anno 16... in quo amputatâ ineptâ illâ, garrulâque prolixitâte, quæ per superiores Philosophos plus nimio excreverat, brevi, ac dilucida methodo, naturæ scita, quæ magno cum plausu, ac laude Genuæ, ac Placentiæ docuerat, posteris evulgavit. Fato concessit optimus Pater anno 1707. Patavii, eique funebri oratione à Patavini Seminarii Alumno publicè, ut etiam erga omnes alios Patavinæ Universitatis Professores fieri mos est, parentatum fuit. De eo Nicolaus Comnenus Papadopoli in Historia Gymnasii Patavini impressa Venetiis 1726. tom. 1. sect. 2. cap. 30. pag. 173. n. 6. De Professoribus ordinariæ Philosophiæ in 2. loco „ 1694. 21. Julii, vacua Sedes „ concessa est D. Alexandro Businello Veneto, Magni Venetæ Reipublicæ Cancel- „ larii fratri, Abbati Casinensi, Viro doctrina, pietate, ac vitæ sanctimonia „ venerabili. Stipendium illi decretum Flor. centum, & quinquaginta, qui ad „ trecentos crevere confirmato anno 1703. 7. Februarii. Triennio post gravissimis „ morborum incommodis tentatus, mortem sanctissimam obiit anno 1707.

ALEXANDER LELLUS alias, de Vignatis à Perusia, ibidem in S. Petri Cœnobio Monachi vitam professus anno 1664. Scholasticis disciplinis, præcipuè Theologicis, haud incelebris fuit, easque Perusiæ, & Romæ, ubi ego ipse ejus auditor fui, plures annos docuit, apud Magistros, & Theologos Urbis magno in honore, & existimatione habitus, ob singularem in loquendo perspicuitatem, & mirabilem tùm in docendo, tùm in disputando facilitatem; Omnium primus intèr nostros Theologiam ad mentem Divi Anselmi explicare est aggressus, permotus exemplo Cardinalis Aguirrei tunc viventis, aliorumque in Hispania Monachorum,

qui in eumdem Sanctum Doctorem præclara Commentaria scripsere; Ejus suasionibus, & consilio magna ex parte debemus, ut Romæ in Monasterio nostro insigne Collegium, sub ejusdem S. Anselmi nuncupatione, stabiliretur, ac firmaretur, ubi Sacra Theologia, Sacrisque Canonibus Juvenes omninò decem ex tota Congregatione delecti, a duobus earumdem facultatum Magistris, quos Lectores vocamus, instituerentur. Quod sanè fœlicibus Innocentii XI. Pontificis Maximi auspiciis inchoatum, ac favorabili diplomate præmunitum, uberes solidæ doctrinæ fructus hactenus profert, & in posterum quoque prolaturum speramus; Arctioris etiam observantiæ, ac Regularis Disciplinæ Alexander fuit studiosissimus; Quam proindè Abbas constitutus, in Monasterio S. Mariæ Cæsenatensis strenuè, quoad vixit, promovit. Ibidemque extremum diem clausit circa annum 1703., scripsit CursumPhilosophicum, & Theologicum, in quorum primo non nihil ab Aristotelis placitis discessit, & recentiorum opinionibus magis adhæsit. In Theologia verò Divos Anselmum, & Thomam constantèr sectatus est. Theologici autem cursus exemplar, ipso dictante, a me conscriptum, tomisque tribus comprehensum, penes me asservatur.

Ejus autem lucubrationes decem omnino voluminibus continentur, nempe

1. *Theologia Anselmo-Benedictina in Divinæ Scripturæ Textibus, & D. Anselmi Sententiis, dictisque fundata.*

2. *Logica*. 3. *Phisica*. 4. *Metaphisica*. 5. *Æthica nova methodo adornatæ.*

6. *Theologia Morum.*

7. *Quæstiones Dogmaticæ.*

8. *Lectiones Conciliares*, quas Romæ in Academiâ Conciliorum apud SS. Cosmam, & Damianum instituta olim habuerat.

9. *Conclusiones Philosophicæ, Theologicæ, & Canonicæ novâ pariter viâ constructæ, & concinne dispositæ.*

10. *Fragmenta varia, Sacra, Ecclesiastica, & Poetica*. Omnia Mss. ex quibus Lectiones quædam Conciliares in fol. sunt apud me ex dono D. Hippolyti Pugnetti Placentini ejus in Monastica disciplina primum, & postea in Scholasticis Scientiis Cæsenæ septem annorum spatio Discipuli, cui Alexander olim ea dono dederat. Alia modo recensita Mss. Cæsenæ, ubi, sicuti narravimus, decessit, reliquit.

Ejus funebrem Orationem Cæsenæ habuit P. Vecchia ex Ordine Eremitarum S. Augustini Provincialis, & Concionator celeberrimus.

ALEXANDER DE RODULPHIS Neapoli in Campania natus Nobili Familia, Florentiâ tamen, ut Puccinellus, & Venerius mox citandi docent, oriundâ, Monachus factus est apud Cavam in Sanctissimæ Trinitatis Cœnobio anno 1576. die 20. Maii; Abbas ejusdem Monasterii creatus anno 1611., biennio, quo ei præfuit, non studio modo regularis observanntiæ, ac rei familiaris magna accessione illud ditavit, sed, & antiquitati ejus illustrandæ eruditum calamum applicuit, compositis celeberrimi illius Monasterii Chronicis, quibus hunc ipse titulum præfixit.

* Sic ibi. *Historia Sacri Monasterii Cavensis, in qua ejus origo, Consecratio* universa, describitur; ex probatissimis Auctoribus, authenticisque Scripturarum monumentis, & constanti majorum traditione collecta, & conscripta, operâ R. P. D. Alexandri Rodulphi Neapolitani ejusdem Monasterii Alumni, & Abbatis*; In quo opere etiam de Viris Illustribus, atque Abbatibus Cavensibus, ad sua usque tempora, fusè agitur, eorumque effigies, dignitates, ac tituli in medium afferuntur; Extat M. S. in Archivo Cavensi tomis tribus comprehensa, eamque Gabriel Bucelinus, aliique Benedictini Scriptores sæpe allegant. Scripsit alia quædam, quorum notitia desideratur.

Ejus meminit Arnoldus Wion Lign. Vitæ prima parte lib. 1. pag. 150. allegans eum

A

eum in testem Monachatus Cluniacensis Urbani II., & ejusdem incolatus in Cavensi Cœnobio cum Petro Abbate. Multis de eo agit Placidus Puccinellus in Apparat. histor. de Vir Illustr. Abb. Florent. cap. 10. pag. 81. ubi eum vocat Virum doctrinâ clarum, & moribus, ac verbis ingenuum, scripsisse asserens præter Chronicon, alia item opera, quę tamen non indicat, citatque Fortunatum Scholam idem scribentem.

Augustinus Venerius Monachus Cœnobii Cavensis, ejusdemque Archivo Præfectus (de quo infra) in serie Cavensium Abbatum à se conscriptâ, de Rodulpho sic habet „ R. D. Alexander Rodulphus de Neapoli Cavensis Monasterii „ Professus, & de eodem optimè meritus ob multa beneficia in idem collata, „ præfuit ab anno 1611., usque ad annum 1613. Hic (pergit Venerius) patriâ „ Neapolitanus ex Illustri Rodulphorum Familiâ, Florentiâ oriundus, Sacri Cavensis „ Monasterii Monachus, & Alumnus ex Abbate Monasterii SS. Floræ, & Lucillæ „ de Aretio ad ejusdem Cavensis Monasterii regimen à PP. Comitiorum electus „ fuit Kal. Maii Anno Domini 1611. Cujus administrationem per manus accepit „ prid. Non. Jun. ejusdem anni, cum omnium suorum ingenti lætitia, quorum „ corda adventu tanti Prælati revixerunt. Ejus nimirum prudentia, humanitas, „ animi fortitudo, ac summa propemodum vigilantia, cæterarumque virtutum „ præstantia, cum rerum gestarum gloria, adeò erat omnibus manifesta, ut nulli „ dubium esset, quin Cavensi Cœnobio aurei sæculi decorem, & gloriam omnem „ esset adepturus, jamque pro voto sic se se in dies gestiens, facile ostendisset, si „ id totum, quod gerebat in mente, opere adimplere potuisset. At Vir magnus „ tenaci morbo solito gravius, ac frequentius conflictatus, alio quam valetudinis „ studio incumbere animo non valebat &c. Hic Chronologicam historiam Cavensis „ Monasterii eleganti stylo, me adjutore, composuit, quam morte præventus „ typis tradere non valuit &c.

„ Præfuit autem huic S. Monasterio usque ad Comitia anni 1613., quo „ tempore Abbatiam D. Fabiano Materano Abbati cessit. Ipse vero in ejus locum „ Montis Caveosi Abbas suffectus est. At verò non multo post pessimo correptus „ morbo in quamdam Monasterii Curtim *Obedientiam veterum* nuncupatam „ curandæ valetudinis gratia se recepit, ubi tandem laboriosam vitam hanc „ deserens ad supernam, æternamque requiem festinare contendit VI. Kal. Jan. „ Anno Domini 1615. ipsa die Vigiliarum Nativitatis Domini; Cujus corpus in „ Cavensi Ecclesia honorificè exceptum, ac tumulatum fuit.

Ipsemet Alexander in fine suæ Historiæ ita de se ipso loquitur „ Ut autem „ præsentis historię seriem, quam Deo auctore cœpimus, & cum ejus adjutorio „ hactenus prosequuti sumus, ad ipsius gloriam (ut par est) cum debitâ gratiarum „ actione terminemus, & optato fine concludamus, in hac ipsa serie Cavensium „ Prælatorum loco, omniumque novissimus ego D. Alexander Rodulphus à „ Neapoli indignus, atque humilis ejusdem Cavensis Cœnobii Alumnus à RR. „ nostrę Congregationis Patribus in Comitiis anni Domini 1611. Kal. Maii ad „ ipsius regimen accitus &c. „ Obiisse autem Rodulphum anno 1615. cum adhuc esset Abbas Cavensis, auctor est Puccinellus loco supracitato, quem tamen hac in re deceptum fuisse constat, cum, & Augustinus Venerius antea laudatus, & omnia alia monumenta Cavensia, biennio tantum Caveosi Cœnobio eum præfuisse testentur; non igitur Cavę, sed Montis Caveosi Abbas erat Rodulphus cum mortem oppetiit prędicto anno 1615. nisi forte per errorem *Cavæ* pro *Caveosi* sit scriptum.

ALEXIUS UGONIUS Brixiensis Patria, in Sanctę Euphemię Brixię Cœnobio inter nostros cooptatus anno 1526. die 26. Julii, non ob generis modo nobilitatem, sed ob Scientiarum etiam ornamenta valdè commendatus est. Brevi ad Abbatis dignitatem evectus, egregias animi dotes, quibus prędituserat, in plurium

Mona-

Monasteriorum prudenti administratione patefecit; Obiit Abbas S. Petri Savilianensis in Pedemontio; ejus Opera typis vulgata sunt

1. *De solitudine Dialogus impressus Venetiis anno 1545. in quarto apud Cominum de Tridino * Montis Ferrati.*

* Trino.

2. *De maximis Italiæ, atque Greciæ calamitatibus, in quarto Dialogus, Italia, & Græcia Interloquutoribus, Venetiis anno 1559. in Academiâ Veneta, Illustrissimo, & Excellentissimo Sabaudiæ Duci à Philosophis moralibus ejusdem Academiæ Venetæ dicatus liber*, in quo præterea hæc quoque continentur.

3. *De Christi pace, atque civili concordia ad Nobiles Brixianæ Urbis Cives.*

4. *De Dignitate, atque præstantia Reipublicæ Casinensis ad Cardinalem Polum Præsulem amplissimum.*

5. *Ad eumdem Cardinalem Polum Epistola*, quę alia est ab ea, qua prędictum Tractatum *De Dignitate, ac præstantia Reipublicæ Casinensis* eidem nuncupat.

6. *Ad Abbates S. Benedicti in Concilio Tridentino congregatos, ex Italia Milites Christi, Epistola.*

7. *Epitaphium in obitu Basilii Leonis Mantuani* (is fuit Abbas Insignis, ac nostrę Congregationis duodecies Pręses, quem summum, ac pręclarissimum Virum, Orbis decus, & Casinensis Familię singulare ornamentum appellat.

8. *Consolatoria ad Amicum in morte Uxoris.*

Omnia sanè egregia, quę Religiosum Ugonis animum, ac planè monasticum, sacrę doctrinę, divinarumque Scripturarum mira copia redundantem, Benedictinę Regulę, rerumque nostrarum intima peritia ab incunabulis, ut ita dicam, imbutum, satis ostendunt.

In Dialogo *de maximis Italiæ, atque Greciæ calamitatibus*, aliisque supra recensitis tractatibus Auctor inscribitur *Flavius Alexius Ugonius*, at in Dialogo *de solitudine Alexius Ugonius* tantummodo, quod forte *Flavius* in sęculo vocaretur; quemadmodum Martinengus noster, Vir doctissimus, ac satis celebris, aliquando *Prosper*, aliquando verò *Titus Prosper* inscriptus legitur, extantque plura alia id genus exempla; Nota item *Monachi* Casinensis iisdem tractatibus deest, adjectusque visitur titulus *Nobilissimi Brixiani*, quia Auctore forte inscio, vel invito, publicam in lucem sunt editi, vel certe aliquâ aliâ de causâ nobis incomperta.

Liber *de dignitate, atque præstantia Reipublicæ Casinensis* nunc iterum imprimitur Lugduni * Batavorum à Petro Vander Aa Tom. IX. *Thesauri Antiquitatum, & Historiarum Italiæ &c.*, ut apparet ex Catalogo Librorum, qui in eo Thesauro continentur, edito ab eodem Vander Aa ibidem anno 1721.

* Leidem.

Libet autem ex iisdem Tractatibus quędam exscribere, atque hic exhibere, quę tum ipsius Ugonis, tum aliorum Illustrium Virorum, pręsertim Congregationis nostrę per ea tempora pietate, ac literis florentissimę, penitiorem notitiam possunt efficere.

In Tractatu *De Christi pace, atque civili concordia ad Nobiles Brixianæ Urbis Cives*, qui incipit, *Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, & abundantia diligentibus te*, sic dicitur „ Vir namque fidelis, ad fideles, nobilis (secundum carnem dico) „ ad nobiles, Civis ad Cives scribit; Quid igitur causę fuit, ut vestra ista Civitas „ tam Nobilis, tam pręclara, tota pene redundet sanguine? &c. Ubi ideo *vestra „ Civitas*, dixit, non verò *nostra*, quia Monachus jam, ac veluti extra mundum constitutus, de Patria olim sua, tamquam de re aliena, ut Regularibus mos est, loquebatur.

In Tractatu *de dignitate, atque præstantia Reipublicæ Casinensis*, in quo Congregationis nostrę statum, leges, mores, onera, commodaque luculenter exponit; distinguens Dei pręcepta ab Evangelii consiliis „ Ex consilio (inquit) calcato in „ limine

A

„ limine Domus Patre, & Matre ficcis oculis ad vexillum Christi confugimus; ex „ consilio in Cœnobiis, in Cellulis, per cacumina Montium, per deserta Terrarum, „ vel soli cum Angelis, & Pastoribus, vel sociati cum aliis prędilectis à Deo, & „ vocatis à Christo, sub communi regula, vel degimus, vel peregrinamur &c. & infra „ Sed quid dulcius, quam totum sese consecrare Deo, pęnitusque se Christi „ legibus subdere? nam servire Deo regnare est .... quid majus, quam morum „ libertate * potiri, & sui ipsius esse Dominium? .... Sed quid majus, quàm „ sedere continuò ad pedes Domini, & audire verbum illius? itaut, & nos possimus „ dicere, *nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via; & aperiret „ nobis scripturas?* Utque securius curramus in studio hujus vitę, & stemus fortiter „ in bello, & pugnemus cum antiquo Serpente, viam nobis multi Sancti Viri „ ostenderunt, qua itur ad Deum, sine tanto discrimine rerum, & qua fores nostrę „ clauduntur, ne intret mors ad animas nostras, quaque subtrahuntur occasiones „ penè omnes peccandi, & fomes malorum, declinando hominum consortia, & „ mulierum familiaritates &c. „ Et longe post „ Otium igitur à suis (Monachis „ Casinensibus) relegatum esse videtur, utpote quę semper vel in aliqua honesta „ corporis exercitatione, vel in Divinis Laudibus eos omnes occupatos teneat, „ literarumque studiis operam dare jubet, & in omnibus pręclaris disciplinis ad „ statum Monasticum pertinentibus (amplissima mercede conductis ad hoc „ doctissimis, ac pręstantissimis quibusque Viris) suos omnes erudire, ac nobilitare „ studet ... Omnia benè, & omnia sanctè procedunt; lucentque ejus merita, & „ pręclara ejus opera tamquam Stellę in ipso firmamento, & nomen ejus in Ecclesia „ Dei, in scena hujus Mundi est odor vitę ad vitam multorum credentium in „ Christum; idque totum ex ejus gratia, qui est fons omnium bonorum, atque ex „ ejus Viri meritis, qui illam in ędificium Christi fundavit, atque stabilivit supra „ firmam petram, itaut neque à pluviis neque à ventis divelli possit à lapide illo „ angulari, qui est Christus Dominus, donec veniat dies illa, in qua tota integra, „ atque pacata simul cum clarissimo Duce suo fiet unum in Christo &c.

* Ubi Spiritus Domini, ibi libertas.

De Alexio Ugonio mentionem faciunt Arnoldus Wion Lign. Vit. lib.2. cap.62. pag. 399. nec alium ejus librum refert, nisi Dialogum *de solitudine*. Antonius Possevinus in App. Sacr. tom. 1. pag. 46. edit. Venetę anno 1606. Placidus Pucinellus in Nomenclatura Abbatum pag. 1. In nostris Regestis, sic de eo dicitur, *Abbas doctè scripsit de solitudine*.

Ut autem Alexii Ugoni; excellens doctrina, ejusque operis *de solitundine* pręstantia innotescat, operę pretium puto, quę in duabus Epistolis eidem operi pręfixis dicuntur, hùc transferre, in quibus etiam pręclara quędam alia ad Congregationem nostram spectantia, continentur.

„ Didaco Hurtado * de Mendozza Caroli V. Imperatoris apud Senatum „ Venetum Oratori. Aurelius Arbusanus Jureconf. salutem „ Post pauca:

* Hic pro eodem Carolo V. fuit Gubernator Senarum.

„ Non potui non facere, quin Alexii Ugonii Dialogum *de solitudine*, tibi „ bonarum litterarum feliciter studioso, & omnibus omnium virtutum numeris „ absoluto, optimeque erudito, dicarem, ac nomini tuo eruditionis alienæ mirè „ candido æstimatori, consecrarem; quod eò libentiùs feci, quando studio tuo, „ & optimorum Virorum desiderio faceres satis, præter Auctoris opinionem, „ summâque contentione impetratum esse ab optimatibus Casinensis Familiæ video, „ ut liber hic ederetur; Itaque præclarè cum ipso Ugonio actum esse censeo, quum „ liber hic pro dignitate rei non ad Cænobitas tantum, sed etiam ad omnes „ denique literarum studiosos pertineret. In quo sanè libro, & argumenti gravitas, „ & lepores, & veneres omnes ita junctim agunt, ut omnibus libri hujusce lectio „ grata, jucundaque sit futura „ Et post multa „ Quo in loco Cœnobitarum Casinensis

„ nensis Religionis mores, divinarumque rerum scientiam silentio præterire non possum, nec debeo: Nec te latet, quàm tot clarissima sydera, literis, religione, virtute, & singulari vitæ probitate in hujuscemodi Conventu præfulgeant. Scis enim quantopere *Basilium Leonem Mantuanum* certissimam Casinensis Reipublicæ gloriam, gratiarum choro stipatum suspiciant omnes, qui religione, & multarum rerum scientiâ, præcipuâque virtute præditus inter mortales tamquam jubar irradiat. Præteream ne *Jacobum Cusanum* Mediolanensem, Monachorum omnium decus egregium, qui suo ingenio clarus, rerum experientiâ, eruditione, Palladisque numine afflatus, ad Cœlum contendit? Sunt, & alii quidem multi, qui literarum splendore, religione, ac probitate morum in omnes beneficâ eximiè florent, quorum vita probata, & aperta, spectata integritas, & in medium exposita, quantum in his elucet majestatis, tantum observantiæ, & auctoritatis summam demonstrat; quorum quidem animus opere perenni pascitur, & rerum difficultate vegetatur, quibus, & virtutum semina, & consilia pacis secundum D. O. M. cultum, & æternæ fœlicitatis desiderium, cordi esse videmus; Quos similes antiquitas oraculorum instar celebravit, ut imagines dicerentur esse Deorum; Quę omnia cum frequenter nascantur à vitę integritate, nonnumquam ex gloria, & admiratione virtutis, tum verò frequentissimè à cultu, observantiaque rerum divinarum proficiscuntur: Arbitratus itaque sum te operę pretium facturum, si Alexii tui obsequentissimi Dialogum, cum tibi à gravioribus studiis negotiisque otium suppetet, legeres: Tanta enim gravitate, & rerum doctrina perfusum conspicies, ut magnoperè congratulaturus sis; nec opus est multa in eam sententiam afferre, cum ipsa frasi sese proferat hoc familiari, ac brevi sermonis genere, nec alienis egeat pręconiis. Opus eruditum, & elaboratum, dignum quod in arce collocetur, quasi illa Minerva Phidię, ac eidem conservetur æternę monumentis ingeniorum &c. Venetiis Kal. Septembris 1545.

„ Egnatius Aurelio Arbusano.. Post quædam... Legi igitur à fronte usque ad calcem summa cum voluptate Alexii Ugonii ex Casinensi Familia tui, ne dicam nostri, *de solitudine amplectendâ Dialogum*, quippe qui acriter pro causa disputet, ornatè dicat, quin etiam subtiliter, & acutè ita disserat, ut mihi ipsi etiam penè persuasisse possit. Tu igitur curabis Ugonium hunc ipsum tuum in nostris adnumerandum, amo enim illius ingenium, colo Casinensis Familiæ pietatem, & solidam, veramque Religionem in hoc usque tempus per tot annos sibi plenè constantem; quin etiam faveo huic tuo in Ugonium studio, faveo tuo in eum amori: quare meo quidem judicio jam tandem emittes - Spero enim si in publicum prodeat, ita opus hoc probatum iri, ut nemini quidem in hoc ipso vel sandalum accusare liceat &c. Venetiis XV. Kal. Septembris 1545.

* In fine libri.

Aurelii Arbusani *

Huc huc ò juvenes, Viri, senesque
Doctisque ingeniis frequentiores,
Assurgit placidis nemus susurris
Casta pieriæ cohors puellæ
Fausto sydere jam colunt recessus;
Et lætis salibus bonum, probumque
Hunc hunc Ugonium, novumque nectar
Novas Ambrosias colunt beatæ
Cui mentem Genius dedit beatam;
Qua nihil pulchrius, innocentiusque est
Hic illi charites dedere sese
Passim concomitantur, & decoro

Stipant

Stipant agmine, qualis inter ipsas
Aut Phœbus pater, aut Jovis minister
Facundus videatur Argicida
Hic blando Dea Suada in ore sedit
Tot sales latio lepore tinctos
Jam natura, suas vicesque, seque
Miratur placidis vigere chartis
Huc vos, huc juvenes licentiores
Hic mixtas Casiæ rosas rubentes
Hic flores legite, & valete curæ.

ALOYSIUS CARAFA in sæculo Scipio vocatus, Fabritii Carafa Andriæ Ducis, & Mariæ itidem Carafa Stiliani Principis filius, Neapoli in lucem prodiit anno 1589. die 15. Julii, ac primo quidem Hierosolymitanæ Equitum Melitensium, deindè Monasticæ militiæ apud S. Severinum ejusdem Urbis anno 1605. die 16. Octobris adscriptus, perfecti Cœnobitæ virtutibus cunctis effulsit, quibus sanctimoniæ famam, Sanctique appellationem, & dum in vivis ageret, adeptus est, & nunc etiam post sexaginta, & amplius à funere annos, constanter retinet, ut unanimes populorum voces, actaque * ritè formata, de eo in Divorum numerum referendo, liquidò ostendunt. Creatus quidem fuit Prior, moxque Abbas, quod munus aliquot annos sanctè gessit, sed qui pro Deo mundi gloriam, & pompam omnem reliquerat, Monasticas etiam dignitates, ut ei arctius adhæreret, ac unicè vacaret, sponte dimisit, exactoque inter assiduas preces, durasque corporis afflictationes vitæ curriculo, in Cœlum tandem migravit anno 1664. die 28. Novembris ætatis suæ 76., ejusque corpus, peculiari sarcophago tunc reconditum, Summi Pontificis jussu, in alium nuper translatum fuit, apposita sequenti inscriptione

* I Processi per la sua Beatificazione.

„ Corpus Servi Dei Aloysii Carafa Abbatis Casinensis, qui obiit in hoc Cœno-
„ bio die 28. mensis Novembris anno 1664. olim in secunda Capella, ante illam
„ Smi Crucifixi hujusmet Ecclesiæ reconditum, deinde jubente Smo Domino Nostro
„ Innocentio Papa XII. ac præsente Emo, & Rmo D. Jacobo Cardinali Cantelmo
„ Archiepiscopo Neapolitano, aliisque suis Ministris, & Officialibuus super processu
„ cultus eidem non præstiti deputatis, justis de causis in hunc locum trauslatum fuit
„ die 17. Septembris 1692.

Ut autem vitæ merito excelluit, ita doctrinæ laude non caruit, scripsit enim latino sermone, nec invenusto.

Vitam Ven. Servi Dei Jacobi de Graffiis, viri non solum morali scientiâ toto Orbe notissimi, sed vitæ etiam innocentiâ, ac sanctitate clari, quæ in Tabulario S. Severini asservatur M. S. eamque exscripsit, & in suum Breve Chronicon S. Severini transtulit Benedictus * Laudati pag. 270. & 599.

* De eo infra lit. B.

At ipsius Aloysi Vitam Italica lingua fusè descripsit Angelus * Perfectus ejus discipulus, tipysque Neapolitanis vulgavit anno 1667. apud Castaldum sub hoc titulo: *Il Contemplativo Casinense ideato nella vita, e nell' eroiche virtù del Rmo P. D. Luigi Carafa Abate dell' Ordine del Gran Patriarca San Benedetto*; ex qua pauca hæc notatu digniora Lectoribus delibanda proponere non importunum existimo. Decio Cardinali Carafa Archiepiscopo Neapolitano patruo suo, qui eum Romam ad honores capessendos invitabat, respondit, Monachum sese factum, non ut honores, digntatesque aucuparetur, sed ut intra Cellæ limites pœnitentiam ageret. Continuis annis XIV. tertio quoque die leguminibus tantum, ac oleribus vescebatur, reliquis hebdomadę diebus nullo propemodum cibo usus. Surrenti dum moraretur cecæ mulieri visum reddidit; energumenum liberavit; furiosum

* De eo mox

sanavit; secreta cordium vidit; futura prædixit, suæque mortis diem, horamque septem antea diebus prænunciavit. Solitudinis, ac Cellæ amantissimus, hominum consortia, & inutilia colloquia studiosè vitabat. Ferventissima erga Deum, & Proximum, ejus charitas fuit, fides, ac spes summa, profunda adeo humilitas, ut Culinæ vascula propriis manibus abstergeret, aliaque viliora munia frequens obiret, Abbatisque regimine, quo aliquandiu laudabiliter est perfunctus, sese ultro abdicaret, ut impensius piis precationibus, rerumque cœlestium meditationibus ad obitum usque vacare posset; jamque mortuus, dum ejus cadaver de more lavaretur, suis ipse manibus pudenda contexit, quod illibatæ totâ vi â castitatis evidens fuit indicium, sicuti de divo Philippo Nerio pariter defuncto ejus vitæ Scriptores narrant. Hæc ex Perfecti libro, eius etiam elogium scripsit Felix Egger Monachus Pethrusianus in Idea Ord. Hierarch. Bened. Campoduni impressa anno 1717. par. 3. differt. 3. pag. 414. & sequen. eumque sæpe memorat summa cum laude præallegatus Gabriel Bucelinus in Bened. Rediv. præsertim pag. 246. ad annum 1654.

ALPHONSUS MARICONDA patriâ Neapolitanus natus die 5. oct. anno 1672. in S. Severini Cænobio ejusdem Urbis Neapolis Regulam nostram professus est anno 1687. die 19. Octob. Vir excellentis ingenii, & non vulgaris doctrinæ, tam in Scholasticis, & Dogmaticis, quam in amænioribus literis, itemque in profanâ, & Ecclesiasticâ eruditione, Græcâque linguâ; Neapoli in eodem S. Severino primum Scholasticis studiis vacavit, deinde Romæ in nostro Divi Anselmi Collegio solidiori Theologiæ, sacrisque Canonibus operam dedit, eo sanè profectu, ut trienno expleto, earumdem facultatum Magister, seu (ut dicimus) Lector, evaserit, easque Neapoli in laudato S. Severini Monasterio tradiderit. Mox Florentiam accersitus, majori adhuc plausu in eisdem scientiis discipulos apud S. Mariæ Ascelerium instituit, inter quos duos præ cæteris insigniores rarâ doctrinâ, ac editis lucubrationibus Orbi literario notissimos, Angelum videlicet Mariam Quirinum, nunc Cardinalem amplissimum, & Virginium Valsechium, qui in hac Bibliotheca conspicuum locum obtinent, sortitus est. Ibi cum degeret Alphonsus doctis non solum quibusque, sed etiam optimatibus ejusdem Civitatis Florentiæ acceptissimus fuit. In Patriam reversus, primariam Sacræ Theologiæ Cathedram in publicâ Universitate consequutus, plures annos ibidem docuit. Demum à Clemente XI. Pontifice Maximo ad Regium Episcopatum Triventinũ in Samnio fuit assumptus anno 1717. die 12. Julii, consecratus autem die 18. ejusdem mensis Romæ à Cardinali Paulutio ejusdem Sanctissimi à Secretis Status. Scripsit Alphonsus libellum, cui titulus

1 *Dieci Meditazioni familiari sopra la Vita, e Miracoli del Glorioso Patriarca S. Benedettto per uso privato delle Signore Monache Benedettine, composte da una Religiosa del suo Sant' Ordine da doversi distribuire per li dieci Martedì nuovamente introdotti in onore dell' istesso Santo Fondatore da un altra divota Claustrale del medesimo Istituto. In Napoli per Felice Mosca* 1706. *&c.* pag. 52.

Opellam hanc M. S. piis Monialium S. Marcellini Neapolis precibus concessit Alphonsus, quo tempore apud easdem spirituales conciones habebat, nihil de ejus evulgatione cogitans. Sed cum prædictas Meditationes ad pietatem fovendam perutiles ex earum lectione comperissent Monialium Confessarii, earumque Generalis Vicarius, hujus jussu typis mandatæ fuerunt, Alphonso vix obtinente, ut suo suppresso nomine, sub eo titulo, quem retulimus, vulgarentur. Item edidit

2 *Primam Diœcesanam Synodum S. Triventinæ Ecclesiæ ab Illustrissimo, & Reverendissimo in Christo Patre, & Domino D. Alphonso Mariconda ejusdem Sanctæ Ecclesiæ Episcopo celebratam die* XXVI. *Julii Anno Domini M. DCC. XXI.*

Bene-

Beneventi M. DCC. XXIII. ex Typographia Archiepiscopali. Superiorum facultate, ejus etiam legitur.

3. *In Aurei Velleris honore Magno Comestabili Columnensi de mandato, à Piscariæ, & Vasti Marchione Cæsareæ, & Catholicæ Majestatis Delegato, in amplissimâ, ac ornatissimâ Vastensis Palatii Aulâ Anno* 1723. IX. *Kal. Nov. Oratio ab Alphonso Mariconda Cæsareæ, atque Cathol. optionis Episcopo Triventino, habita, Neapoli Typis Felicis Mosca* 1623. *Superiorum facultate.*

4. Multas præterea Sacras Conciones, multasque Panegiricas Orationes Neapoli, tum ad Moniales, tum ad Populum variis in Ecclesiis habuit Mariconda: plures itidem in Divinam Scripturam prælectiones adornavit, quæ omnia etsi Viri docti prælo dignissima judicaverint, ea tamen MSS. penès se ipsum servare Auctori placuit. Inter cætera insignis est

5. *Oratio Isagogica, seu pro introductione ad majora Comitia Perusiæ celebrata anno* 1702.

ALPHONSUS VILLAGUT eamdem patriam Neapolim, idemque Monasterium S. Severini sortitus est, in quo divi Benedicti Institutis nomen dedit anno 1566. die 9. Julii. Præstanti, quo pollebat ingenio nobiliores scientias fœliciter non solum didicit, verum etiam, & alios summa diligentia perdocuit. Legum in primis peritia excelluit, atque U. J. Doctor insignis est habitus, librique ab eo editi magnæ authoritatis, & ponderis. Præter Latinam, Græcam quoque, & Hebraicam linguam, quas publicè profitebatur, egregiè calluit. His animi dotibus spectata morum pietas, zelus animarum, regularis observantiæ robur, decus addebant. Scripta ejus Legentes erudiunt simul, & ædificant, dum Clericorum commodis non minus consulunt, quam honestati. Creatus Abbas, mox Visitator, demumque totius Congregationis Præses Anno 1608. prudentiam ne magis, an doctrinam in his obeundis ministeriis ostenderit, dubium reliquit. Sed veterum studiorum amore irretitus, ut pacatiori animo sacrarum musarum consortio frueretur, dignitatibus omnibus nuncium remisit. Verum dum S. Severini Cœnobium magnis olim ædificiis à se adauctum, insigni Bibliothecâ, codicibus etiam suo usui addictis, ei attributis, locupletare pergit, ab immatura morte viridi adhuc ætate vitæ usurâ spoliatur anno 1623. ab ejus nativitate 57. Multa, ac varia reliquit opera tum edita, tum MSS. quorum catalogum accipe:

1. *Practica Canonica Criminalis secundum Juris communis, ac Doctorum antiquorum, & recentiorum decreta, necnon & secundum praxim nostrâ tempestate ferè in omnibus Ecclesiasticis Curiis observatam, complectens omnes titulos, ac materias, quæ ventilari, & agitari assolent in Curiis Ecclesiasticis, nunquam hucusque ab aliquo hoc stylo, ac procedendi modo compilata, ad commodum, tam Judicum Ecclesiasticorum, quam Confessariorum eorumdem. Bergomi Typis Comini Venturæ, & Sociorum anno* 1585., *sumptibus spectabilis Viri D. Francisci Franciscii Senen.* & iterum ibidem anno 1586. & Francofurti anno 1588. in quarto, eratque tunc Alphonsus Prior S Severini Neapolis.

2. *De usuris circa contractum Mutui, Pignorationis, Fidejussionis, & de obligatione, ac modo restitutionis eorumdem ritè faciendæ, tam ab usurario, ejusque hæredibus, quam à quocumque restitutioni cujuscumque rei ob quamcumque causam obnoxio, Tractatus divisus in quæstiones* 35. *Venetiis anno* 1589. in fol.

3. *Consultationes decisivæ, quas ad varios casus, tam in Pontificio, quam in Cæsareo Jure in praxi tractatos miro ordine ex Sac. Canon. Juris consultorum responsis, Cæsarum rescriptis, Interpretumque lucubrationibus exegit. Venetiis apud Damianum Zenarium anno* 1601 in folio. Cum esset Abbas Sancti Benigni Genuæ scripsit hoc Opus.

 4. *Spe-*

4. *Speculum Visitatorum, & Commissariorum, seu methodus procedendi, Processusque formandi in causis criminalibus contra Clericos per Saeculares, & Regulares Venetiis* 1601. *in quarto*, quod Opus Villagutti ego vidi in Bibliotheca Ambrosiana Mediolani anno 1687.

5. *De extensione Legum tam in genere, quam in specie, Tractatus amplissimus, in quo multis praeludiis ad faciliorem cognitionem praepositis, omniumque Legum humanarum, tam correctoriarum, quam poenalium materia uberrimè discutitur. Venetiis apud eumdem Zenarium anno* 1602. *in quarto*, quod Opus, ut Possevinus observavit, perutile est Thaoricis, & Practicis in utroque Foro..

6. *Allegationes in Jure, seu Tractatus perutilis de rebus Ecclesiae malè alienatis restituendis, una cum fructibus perceptis. Neapoli apud Constantinum Vitalem anno* 1603. *in quarto*, iterumque Bononiae anno 1606., & tertiò Coloniae Agrippinae 1609.

7. *Guida, e Tesoro de' Tribulati, Parte prima, nella quale si adducono molti utili quesiti intorno alle cause, e varj effetti delle tribulazioni temporali, cavati dalla Sacra Scrittura, e da Santi Scrittori, In Venezia appresso Gio: Battista Somasco* 1587. in 12. pagg. integrar. 333.

Parte seconda, nella quale si adducono molte Istorie, sì del Testamento Vecchio, e nuovo, come de' Gentili. Ibidem apud eumdem eodem anno in 12. pagg. integr. 196.

Parte terza, nella quale si adduce un ragionamento fatto tra l'Uomo tribulato, & il Signore Giesù Cristo. Ibidem apud eumdem eodem anno pagg. integr. 148. *Opera utile, sì agl' istessi tribulati Secolari, e Religiosi, come à Confessori, e Predicatori: avvegnache da questo trattato si possono cavare mirabili conforti, & efficacissimi rimedii spirituali contro ogni specie di tribulazione, dalla quale può l'Uomo esser tribulato per qualsivoglia cagione*. Quod Opus impressum iterum fuit, pariter Venetiis anno 1589., teste Antonio Possevino in Apparatu Sacro; Opus piissimum aequè, ac eruditissimum sacrâ, prophanâque doctrinâ undique repletum, linguae Italicae puritate, ac venustate ornatum, inter praecipua Opera ascetica merito numerandum. Manu exarata.

1. *Propugnaculum inexpugnabile Ecclesiarum pro sibi reintegrandis bonis earum stabilibus à quibuscumque illegitimè alienatis, non obstante quacumque pacifica possessione*.

2. *Propugnaculum impenetrabile totius libertatis, & Immunitatis Ecclesiae Sanctae*, in quo afferuntur peroptimo stylo in quinque ejus partibus, quaecumque in dies forent producenda à quocumque Catholico zelante honorem Dei, & tabescente latratus, atque venenatos morsus Haereticorum contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam insurgentium. In prima parte demonstratur, libertatem, & immunitatem Ecclesiae esse consonam Juri Divino, Naturali, Gentium, Canonico, & Civili. In secunda parte agitur de quatuor Statutis editis à quibusdam Principibus, comprobatis militare contra libertatem, & immunitatem Ecclesiarum. In tertia parte agitur de sententia excommunicationis, quam procul dubio violatores libertatis, & immunitatis Ecclesiae incurrunt. In quarta de Potestate, & Jurisdictione Papae directa, & indirecta super Principes Laicos, & responsio ad omnes objectiones. In quinta demum parte agitur de poenis temporalibus, & aeternis, quas incurrunt violatores libertatis, & immunitatis Ecclesiasticae, & de collatis praemiis à Deo illam observantibus, & pro illius tuitione, mala patientibus.

3. *Propugnaculum exemptionis Monachorum Casinensium adversus Judices Ecclesiasticos; tomi duo*, qui extant Venetiis in Bibliotheca S. Georgii Majoris inter M. SS. num. 326. visi à me ibidem anno 1718.

4. *The-*

A

4. *Thesaurus Tractatuum Criminalium divisus in duas partes*, sive duo magna volumina, in quibus traditur, modo elegantissimo, Theoralis, & Practica norma procedendi in utroque Foro, Opus Episcopis, cęterisque Pręlatis Regularibus, & Sęcularibus, & quibuscumque Judicibus, Advocatis, Procuratoribus, Actoribus, & Reis litem contestantibus, in quibuscumque negotiis, summopere oportunum, & necessarium, una cum locupletissimo totius Operis Indice, Opus amplissimum.

5. *Propugnacolo della Cattolica Fede contro gli Ebrei, nel quale profondamente si spiegano diversi luoghi della Sacra Scrittura, de' quali i Rabbini si servono contro i Cristiani*, Magnum volumen, in quo Auctor mira subtilitate, & eruditione expendit varia loca Veteris Testamenti ex Hebraico fonte, & respondet Rabbinorum objectionibus &c,

6. *Concetti Scritturali predicabili devotissimi, fondati su la Sacra Scrittura, detti de' Profeti, de' Rabbini, Figure, e Profezie sopra la Passione, Resurrezzione, & Ascensione del Signore Nostro Giesù Cristo, e sua missione dello Spirito Santo, e della giusta punizione de' temerarii, e perfidi Giudei fatta da Dio, fondata nella Sacra Scrittura*. Opus dividitur in duas partes, seu duo magna volumina, in quibus, sicut, & in precedentibus, Auctor ostendit profundam peritiam, tam Hebraici Idiomatis, quam reconditę Bibliorum Rabbinicorum doctrinę; Quare si prefata Opera publica luce gauderent, magnam profectò orbi literario utilitatem afferrent. Extant hęc omnia M. SS. in Bibliotheca S. Severini Neapolis.

De Alphonso Villagutto cum laude mentionem faciunt Arnoldus Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 62, pag. 41. ubi dicit Priorem eum fuisse anno 1595. in nostra Congregatione. Antonius Possevinus in Apparat. Sac. tom. 1. pag. 47. editionis Colon. anno 1608. Placidus Pucinellus in Nomenclatura Abbatum par. 2. Constantinus de Notariis in *Duello Ignorantiæ, & Scientiæ*, par. 2. l. 4. cap. 7. pag. 533. Antoninus Diana in Resolutionibus moralibus sępè Alphonsum Villagut allegàt, & inter eos Doctores enumerat, qui ad construendam selectam Casuum Conscientię Bibliothecam sunt peropportuni. Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolitana pag. 10. sed nimis jejunè. Georgius Matthias Conigius Bibl. Vet., & Nov. pag. 845., ubi tamen unum tantum ejus opus recenset, *de rebus scilicet Ecclesiæ non ritè alienatis recuperandis*, impress. Colon. anno 1609. Benedictus Laudati in Brevi Chronico S. Severini (ex quo nos exactiorem notitiam Manuscriptorum Villagutti hausimus) mirificè eum extollit, & inter cętera hęc profert „ Quamvis
„ maximę utilitatis sint Opera, quę typis mandavit, mirabiliora tamen sunt opera,
„ quę inedita reliquit, cum ob penè incredibilem copiam, tum etiam ob profundam
„ de omni re doctrinam, quę in ipsis conspicitur: In nostris Regestis pag. 111. in margine dicitur *Abbas Titularis ex regimine Doctor Legum, multa doctissimè scripsit*. Bernardus Pez Monachus Mellicensis in Catalogo Scriptorum Ordinis nostri ab anno 1600. Epistola X. apologetica pag. 249., quem tamen Alphonsum Villantium pro Villagut, vel Villagutium, appellat. Denique Felix Egger Pethrusianus Idea Ordinis Hier. Benedictini l. 2. Campoduni 1717. par. 3. diss. 8. pag. 564. inter Canonistas.

Petri Pauli de Gatta in Alphonsi Villagut Opera
impressa Epigramma.

Hic docet, & quonam valeas examine Sontes
Noscere ab Innocuis digna, ut utrique ferant;
Monstrat, & illicitum, ut nequeant dare mutua censum,
Et quæ sint Dominis restituenda suis.

Ostendit

Ostendit legem ad varios extendere sensus,
Et gravibus lites vincere consiliis.
Ædibus, & Sacris, quæ sint indulta recenset
Impius hæc jure, ne temerasse putet.

ANONYMI

In laudem Libri, *Guida, e Tesoro de Tribulati.*

Non hic furta Jovis, Vatum aut mendacia quæras,
Excelso impositam, aut nemorosum Pelion Ossæ
Velquæcumque leves mentes lusere Priorum.
At vigilis luctam, & nigrantem trudere ad orcum
Dæmonis insidias, animasque abducere recto
Criminibus, modo pollicitis, modo lusibus ægras
Tentantis, cæcas, quas quis vitaverit artes
Attamen æratos clypeos, & fortia contra
Quis fœdi frangas hostis pugnacibus arma,
Reperit Alphonsus Divum inflammatus amore
Hæc tibi habe, his victor stygiam prostraveris Hydram.

Legitur in principio secundæ partis ejusdem Operis.

AMBROSIUS FERRARIUS in Urbe Mediolano vitalem lucem aspexit, sed quo in loco professionem emiserit nondum inveni; Id unum dumtaxat compertum habeo fuisse Ambrosium Abbatem Monasterii Sancti Benigni Urbis Genuę. Hoc autem extra dubium est, floruisse illum Gręcę, & Latinę linguę peritia, nam eo tempore claruit, quo nostra Congregatio Viris doctis, si quando aliàs, linguis pręsertim Gręcâ, & Hebraicâ abundabat, quorum consuetudine, in primisque Hilarionis Corbettę (de quo infra) ac ingenio suo eò processit Ambrosius, ut Orbis litterarii insigni commodo, sicut affirmat Philippus Picinellus Canonicus, & Abbas Regularis Lateranensis,

Origenis Comentaria in Joannem ex Gręco in Latinum sermonem transtulerit quam quidem translationem confecit anno 1550. estque Opus sexcentis, & amplius paginis constans, tribusque voluminibus compręhensum, ut ex libro Epistolarum laudati Hilarionis pag. 347. & pag. 701., cui idem Ambrosius translationem suam corrigendam tradiderat. Impressâ primò fuit hęc Ambrosii interpretatio *Venetiis anno* 1552. *Operâ Andreæ Spinelli*. Iterumque *Rothomagi anno* 1668. *in secunda parte Operum Origenis, quæ Græco-latina edenda curavit Clarissimus Petrus Daniel Huetius*, qui in prima parte Origenianorum l. 3. pag. 453. sic habet:

„ Ambrosius Ferrarius Monachus Casinas *interpretatus est Origenem in Joannem*
„ secundum exemplar Venetum Bibliothecæ S. Marci, quod in tomos 32., aliquot
„ tamen lacunis abruptos divisum erat, sed hæc divisio confecta erat, ut ex Sixto
„ Senensi, a quodam Græculo, ut librum majori pretio venderet tali adinvento,
„ nam constat ex 32. illis tomis ab Origene in Joannem exaratis, plures periisse, &
„ tantum novem disjunctos, & disruptos extare, ut palam fit ex codice Bibliothecæ
„ Regiæ Parisiensis; Itaque triginta illi, & duo tomi, vel libri a Ferrario translati
„ non sunt aliquid amplius, quam illi novem ab impostore in 32. immensis lacunis
„ vacuos, & divisos; quam tamen fraudem ipse etiam Ambrosius, utpotè Vir eru-
„ ditus, odoratus fuit „ Hæc Huetius.

Cæterum Ambrosii Ferrarii meminerunt cum laude preter nuper allegatum Philippum Picinellum in Athæneo Literatorum Mediolanensium pag. 23. etiam Antonius Possevinus in App. Sac. tom. 1. pag. 73. juxta editionem Venetiis anno

anno 1606., juxta verò editionem Colon. anno 1608. pag. 64. Georgius Matthias Conigius Bibliot. vet. & nov. Alstorfii editâ anno 1678. pag. 300. col. 2., ubi Græcè doctum eum vocat, floruisse asserens anno 1552., quo nimirum anno translationem suam edidit. Conradus Gesnerus in Appendice Bibliothecæ suæ &c.

AMBROSIUS cognomine DE RUSCONIBUS de Cumis Patriâ item Mediolanensis nobili Familiâ Novocomo tamen oriundâ, Parmæ apud S. Joannis Evangelistæ celeberrimum Ordinis nostri Archisterium regularem vitam inchoavit anno 1591. die 2. mensis Martii. Claruit utriusque literaturæ, sacrę videlicet, & humanæ, haud exigua notitia, quam longo studio, nec parvo labore aquisitam, heterodoxis confutandis laudabili sanè consilio, omnem impendit, edito libro erudito æquè, ac utili, quem hoc titulo insignivit:

1. *Triumphus Catholicæ veritatis adversus omnes hæreses, ac eorum Auctores à Simone Mago usque ad Marcum Antonium de Dominis fœliciter summâ curâ deportatus, omnibus Scholasticis, Sacręque Scripturæ studiosis, ac historiographis Opus nedum utile, sed & necessarium. Venetiis anno 1619. apud Andream Baba, in quarto*; Paulo Scotto Casinensi Abbati dicatum, in quo libro collegit vitas omnium Hæreticorum, & summam hæresum eorumdem, quas omnes singillatim auctoritatibus Sacræ Scripturæ, Conciliorumque nervosè confutat. Item scripsit:

2. *Compendium in universam saluturem praxim Fori pœnitentialis Valerii Reginaldi Societatis Jesu tom. 3., magno labore, ac fideli diligentia ad Confessariorum utilitatem confectum. Additionibus utilissimis ampliatum, & duplici Indice ornatum. Venetiis anno 1621. apud eumdem Baba. in 8.*

Eum Philippus Picinellus in Atheneo Literatorum Mediolanensium pag. 24. eximiè commendat, utpote magnum Theologum, in divinis literis, sacrisque Conciliis, necnon omnigenis historiis apprimè versatum, Græcę insuper linguæ haud mediocriter peritum, & nihilominus eâ modestiâ prędìtum, ut de se nonnisi demissè admodum sentiret, & loqueretur, ut dubium omninò reliquerit, doctrinane, an voluntaria animi demissio in eo primatum obtinuerit.

Meminit ejus novissime Bernardus Pez Monachus Mellicensis in Epistolis Apologeticis Epist. 8. pag. 166. eumque inter egregios hæresum expugnatores, ex Ordine S. P. Benedicti, recenset.

ANASTASIUS UBERTUS Cęsenæ ortus in Monasterio S. Mariæ de Monte propè eamdem Urbem, Divi Benedicti Regulam professus anno 1533. die 9. Martii, floruit pietate, doctrinâ, cæterisque virtutibus religioso homine dignis, ob quas à Julio III. Pontifice Maximo creatus fuit Episcopus Imolensis in Æmiliâ anno 1552. die 21. Maji. Scripsit

Nonnullas lucubrationes, ut ait Arnoldus Wion Lign. Vit. lib. 2. pag. 323., qui tamen ejus nihil aliud hactenus se vidisse afferit præter

Epistolam unam, sive præfationem præfixam explicationi D. Jo: Baptistæ Folengii super Psalmos. Obiit anno 1558. ex Ughello tom. 2. pag. 693. at secundum Bucelinum in Benedicto Redivivo longè post, nempè anno 1592. sed planè fallitur Bucelinus, ut ex subsequenti testimonio clariùs adhuc patebit. Antonius enim Maria Manzonus Cathedralis Imolensis Canonicus Hist. Episcop. Imolen. editâ Faventiæ 1719. pag. 328. & sequen. num. 67. ad annum Christi 1552. de Anastasio Uberto hæc habet

„ Anastasius Ubertus Dandinus Cæsenas Monachus Casinensis literarum scientiâ
„ præclarus, Hieronymi Cardinalis Nepos, ex hujus resignatione Successor ei datus
„ est anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, quinto Idus Maji. Is
„ patrui egregias dotes ęmulatus, admirandus Ecclesiasticę, ac Religiosę disciplinę
„ cultor extitit. Ornatum Cathedralis ab Antecessore Cardinali cęptum perfecit, ac

„ musico organo eam nobilitavit, quam sexennio summâ probitate, ac prudentiâ
„ rexit. Decessit ipse Anastasius Ubertus vigesima quinta die Martii anno millesimo
„ quingentesimo quinquagesimo octavo, relictis aliquot doctis sui ingenii monu-
„ mentis, tumulatus in communi Sepulchro Episcoporum, quo altiùs effosso anno
„ septingentesimo quarto supra millesimum, ut novum Sacellum Sancti Cassiani
„ venustiùs strueretur, inter ejusdem Præsulis ossa inventa est lamina plumbea cum
„ hac epigraphe:

Anastasius Ubertus de Dandinis Cæsenas, Episcopus Imolen.
per annos sex, vixit annis XLI.
Obiit verò XXV. *Martii hora prima noctis,*
& dimidia MDLVIII.
T. B. F.

ANDREAS ARCIONUS Parmæ prodiit Nobili Familia, ibique apud Sanctum Joannem Evangelistam Monasticis votis se obstrinxit anno 1609, 3. Octobris. Floruit, tàm scientiarum notitiâ, quam singulari in rebus agendis prudentiâ, qua dirigente, præcipua Congregationis Cœnobia Abbatis officio, totamque Congregationem Præsidis authoritate fœliciter gubernavit; Eum Raynutius II. Parmæ Dux, cui erat in paucis charus, ad Innocentium X. Pontificem Maximum pro gravibus quibusdam, ac magni momenti causis Oratorem misit anno 1649., quod itidem munus totius nostræ Congregationis nomine apud Victorium Amadeum Sabaudiæ Ducem strenuè antea, nempè anno 1633. obiverat; Crevitque ejus Consilii fama, re utrobique ex voto confecta. Anno vero 1646., quo generalem Congregationis præfecturam gerebat, electus fuit etiam Abbas Monasterii Casinensis, quo in regimine infracti, generosique animi robur, si quando aliàs, maximè ostendit; nam cum Pro-Rex Neapolitanus inauditâ parte, atque sine Regis placito Jurisdictionem, de causis civilibus, ac mixtis, cognoscendi in Civitate S. Germani, Magno Regni Comestabili Columnæ prætio vendidisset, Andreas eamdem sibi, ac Sacro Monasterio postliminio fæliciter vindicavit, Columnamque in possessionem empti Juris (sed injuriâ) immittere se volentem, fortiter repressit, novoque Pro-Regis revocatorio decreto omnino compescuit, ac deinde misso in Hispaniam solerti, proboque Monacho Mauro Cæsarino, qui postmodum Casinensis, & ipse Abbas fuit, à piissimo Rege Philippo IV. restitutionem, & confirmationem omnium Jurium, ac privilegiorum irrevocabili Sententiâ impetravit; Nec tanto benefactori ingratum se, aut immemorem Andreas exhibuit; nam cum anno 1648. famosa illa in Neapolitano Regno excitata esset rebellio popularis, resque Hispanæ in magno discrimine versarentur, quamvis Casinense Monasterium ex vi privilegiorum immune esset ab onere militares suppetias ferendi, ut reliqui ejusdem Regni Dynastæ, sicut ipsemet eo temporis Pro-Rex declaravit, nihilo tamen minus Andreas Monachis omnibus ultrò, assentientibus, præter orationum, jejuniorum, ac eleemosynarum apud Deum auxilia, armato etiam milite, aurique copia pro Viribus Regiæ causæ spontè, ac liberaliter adfuit, multumque adiumenti Casinensia auxilia Regiis partibus attulisse ipsi Regis Ministri militares, ipseque Joannes Princeps Austriacus perspicuis gratiarum actionem exprimentibus literis testati sunt. Quantum verò apud Catholicum Regem invictæ fidei meritum adeptus sit Andreas, inde conjici facilè potest, quod Perduelles venerabile ipsius caput octo aureorum millibus sunt licitati. Verum Andreas aliorum Monasteriorum bono à Numine servatus, cum brevi licet tempore plura in Casini gloriam, utilitatemque complevisset, ad Farfensem Abbatiam moderandam translatus est anno 1648. demumque Regii in Divi Petri Cœnobio, ubi postremò fuit Abbas, honorum æquè, ac curarum sarcinam deposuit, morta-

mortalitati debitum ſolvens, relictis amæniorum literarum, tum metro, tum ſoluta oratione, aliquot monumentis videlicet

1 *Orazioni Funebri del Sereniſſimo Ranuccio Duca di Parma, & Odoardo Cardinal Farneſe.*

2 *Ode della Guerra di Mantova.*

3 *Racconto del Capitolo Generale celebrato in Parma l'anno* 1634.

De Andrea Arciono perhonorificè, multiſque agit Placidus Pucinellus in Chronico Glaſſiatenſi cap. 145. & in Chronologia Præſidum pag. 15. Joannes Cinellus Bibliotheca volante pluteo 5. pag. 5. Raynutius Picus in Appendice Virorum Illuſtrium Parmen. par. 3. fol. 97. Andreas Raynerius in Hiſtoria panegyrica S. Anſelmi in præfatione ad Lectorem. Caſimirus Fraſchot in *Memoriis hiſtoricis Domus Arcionæ* impreſſis Parmæ 1693. ubi inter alia affirmat Andream poetica, & oratoria arte æquè excelluiſſe, ac Philoſophicâ, & Theologicâ facultate. Denique Abbas, Julius Ambroſius Lucenti Ciſtercien. (verius D. Eraſmus Gattola) in ſua Italia Sacra reſtricta aucta &c. pag. 2048. & ſequen. In ejus demortui laudem Angelus Maria Arcionus Frater ſcripſit elegantem Oden impreſſam in Libro Odarum ejuſdem Angeli pag. 131. & ſeqq. In noſtris Regeſtis pag. 197. in margine de eo dicitur. *Obiit Abbas Regii anno* 1654. *fuit ter Præſes, Vir doctus.*

ANDREAS LEUCCUS Siculus Meſſanenſis Sacræ Theologiæ Doctor, noſtræ Congregationis Monachus, & Decanus ſcripſit

Hiſtoriam Translationis Sancti Joannis Abbatis Parmenſis, aliorumque Sanctorum, quæ anno 1588. in Comitiis Generalibus à PP. Caſinenſibus ſub Paulo Orio Veneto Præſide celebrata eſt, quo tempore Andreas Parmę in Monaſterio noſtro S.Joannis Evangeliſtæ, ubi prędicta translatio contigit, Lectoris munere fungebatur; Quod ex relatione Arnoldi Wionis narrat Joannes Mabillonius in Act. SS. Ordinis S. Benedicti Secul. V. pag. 716. num. 4. In noſtrorum Monachorum Regeſtis inter S. Placidi Meſſanę alumnos invenitur Andreas à Meſſana anno 1568. 1. Maji, diciturque in margine *Abbas Farfæ*, qui hujuſce Opuſculi Auctor ratione temporis potuit eſſe.

ANDREAS MAZZEI Neapolitanus in Monaſterio S. Laurentii de Averſa Regulam noſtram profeſſus eſt anno 1669. die 26. Maji, deindè ad Prioris dignitatem evectus, eo munere in Cœnobiis S. Severini, Sanctique Benedicti Plagę (vulgo Chiaja) apud Urbem Neapolim perfunctus eſt; Demùm anno 1717. in Comitiis Generalibus Peruſię celebratis Abbas Caſtrovillarum creatus, non ita multò poſt Monaſterii ſui S. Laurentii Averſani, adminiſtrationem obtinuit, moxque Andrię Cœnobium gubernandum ſuſcepit. Quod verò ad literas pertinet, plures annos Philoſophiam, ac Theologiam docuit, Tractatumque de *Quantitate* compoſuit, quem in publicam lucem emiſit cum hoc titulo:

Nodus Quantitatis ſolutus: Neapoli apud Dominicum Antonium Parrino anno 1712, in 8. paginarum 288.

ANDREAS RAYNERIUS Parmenſis in S. Joannis Evangeliſtę inſigni in Patria Cœnobio monaſticam vitam auſpicatus anno 1650. die 10. Julii, commendatur, tum à morum candore,& vitę integritate, tum à ſtudio nunquam intermiſſo Sacrarum non minus, quam humanarum literarum, & à ſcholaſticis facultatibus, quas Placentię, alibique non ſine magno auditorum plauſu, & emolumento perdocuit. Prior deindè Cœnobii ſui, aliorumque Monaſteriorum, ac demùm anno 1695. in Comitiis minoribus, ſeu ut nos dicimus, in *Dieta*, Mediolani apud Sanctum Simplicianum celebratâ, Abbas creatus, plura Monaſteria Pręſul optimus adminiſtravit, inter quæ Sanctæ Marię Cęſenatis, ubi regularis diſciplinę obſervantiam tectam, ſartamque ſervavit, ſed adverſa ibidem contractâ valetudine.

Parmam rediit, ibique ad æternitatem jamdiù aspirans, Præsulatui, omnibusque Mundi curis nuncium remisit, ut privatus, Deo, ac sibi unicè vacaret. Illum ego anno 1709., mense Aprili Ticino Romam redux, læto, cupidoque animo non semel conveni, comperique in extremâ senectute, octogesimum annum supergressum, toto ferè corpore ex diutinâ, gravique paralysi miserè vexatum, quamquam vividâ adhuc, integrâque prorsus mente, quam divinis meditationibus assiduè exercebat. Obiit ibidem anno 1714. die 17. Augusti ætatis suæ 84., Opera, quæ concinnavit, hæc sunt:

1 *Triplex Philosophia; Rationalis, Naturalis, ac Prima. Placentiæ in Camerali Typographia Joannis Bazachi anno* 1660. in 8.

2 *Istoria Panegirica di S. Anselmo Arcivescovo di Cantuaria, e Dottore della Chiesa, tomi* 4. variâ eruditione præsertim Ecclesiasticâ, ac Sacrâ abundè referti. Tomus primus impressus Mutinæ anno 1693. apud hæredes Cassiani; Tomus secundus Parmæ apud Paulum Montium anno 1700.; Tomus Tertius ibidem apud eundem anno 1705., denique Tomus quartus ibidem apud eundem anno 1706. omnes in quarto. Item ex Gallico in Italicum sermonem vertit

3 *Meditazioni sopra la Regola del Padre San Benedetto estratte dal Commentario sopra la medesima Regola fatto da Monsieur Giovanni Boutillier Abbate della Trappa, terza edizione riveduta, corretta, & accresciuta di molte elevazioni a Dio, e di una condotta interiore, per disporsi ad una buona morte. In Brusselles appresso Francesco Foppens* 1704. *tradotte dal Francese per uso delle Monache di S. Tomaso di Regio del medesimo Ordine. In Parma l' anno* 1708. *per Paolo Monti all' Insegna della Fede.*

4 *Considerazioni sopra la replica del Dottor Carlo Vasalli alla scrittura de' Monaci di S. Benedetto di Mantova stampata in Bologna l'anno* 1691. *in proposito della loro immunità, colla quale occasione si esaminano molti punti attinenti all' immunità, & esenzione Ecclesiastica, agli Statuti laicali, alla negoziazione, alla natura, e lavoro delle Gallette* *; *alle Sagre Censure, & altre materie necessarie, scritte prima brevemente in Rimini l'anno* 1691., *& ancora ivi stampate, e poi ampliate, e distese diffusamente l'anno* 1694. *in Bobio*. Volumen sanè ingens Ms. in fol. apud ipsum Auctorem à me visum.

* Bocci, ò Bozzoli di seta.

Joannes Mabillonus Itin. Ital. tom. 1. pag. 208. de eo mentionem facit „ Loci „ (Parmæ) Prior Andreas Raynerius Vir doctus, libros de Philosophia à se com„ positos nobis dono dedit. Benedictus Bacchinus in Diario Italico Literatorum anni 1692. pag. 68. „ Stà per mettersi sotto al Torchio l'Istoria panegirica di „ S. Anselmo Arcivescovo di Cantuaria dell' ottimo, e dottissimo Padre D. Andrea „ Rainieri Priore di San Giuliano di Rimini, distinta in due Tomi, opera piena di „ frequentissime,& ottime notizie,e nella quale non è minore la bontà della bellezza. In diario vero anni sequentis 1693. pag. 79. & seqq. refertur fusè tomus 1. ejusdem Historiæ Panegiricæ S. Anselmi, & admodum laudatur ejus Author, vocaturque *Scriptor Polystor*, celebraturque, quòd singulis ferè paginis copiosa Auctorum testimonia subiiciat; Ejus scribendi modus, majestate, & gravitate conspicuus, dignus censetur, qui pro exemplari hujus generis scriptionum proponatur: Denique ex hoc opere optimè intelligi, Andream egregium Oratorem, & Philosophum æquè, ac doctissimum Theologum, Sacrorumque Canonum, ac Juris Cæsarei peritissimum fuisse asseritur.

Io: Franchinus est relator.

ANDREAS A' SUESSA Campaniæ Oppido, Neapoli studiis literarum operam dedit; Inde Casinum se contulit sub Divi Benedicti vexillis Deo militaturus, ibique ab Isidoro Placentino Casinensi Abbate cucullo indutus anno 1557. die 1. Martii, præter reliquas virtutes, eximiâ quoque prudentiâ, ac in rebus œconomicis

nomicis mirâ solertiâ enituit, quare plures annos Sacri illius Monasterii Cellerarium, uti vocant, deinde Præpositum Claustralem magnâ cum laude egit. Nec ita multò post, ejus exigentibus meritis, Abbatis infulis ornatus, Sacrum Casinense Archisterium anno 1590. administravit, quo tempore à Sixto V. Pontifice Maximo amplissima diplomata pro Seminario erigendo, mensiumque alternativam (ut dicunt) pro Ecclesiasticis Beneficiis more Episcoporum conferendis, impetravit; Cum autem ad Comitia Generalia iter haberet, obortâ valetudine, Mutinæ diem clausit extremum eodem anno 1590. Dum Citrarium Calabriæ Oppidum Ditionis Casinensis, Rectoris titulo gubernaret, composuit haud exiguo labore valdè utilia

Regesta duo omnium Jurium, & Bonorum, quæ per id tempus in eodem Oppido Citrario à Casinensi Monasterio possidebantur, & quædam alia, quorum notitiâ hucusque destituor.

Ejus meminit Placidus Romanus in supplemento de Viris Illustribus Monasterii Casinensis cap. 30. Marcus Antonius Scipio in Elog. Abbat. Casin. pag. 243. editionis, qua utor, ubi eum Virum peracris, ac vividi ingenii, rerumque usû, ac peritiâ præditum vocat, omniumque Casinensium privilegiorum ad spiritualem totius Casinensis Diœceseos Jurisdictionem pertinentium confirmationem à Sixto V. obtinuisse autumat; quod tamen Erasmus Gattola de Ægidio Sarnicülo, ejus proximè Antecessore asserit, ut supra in eodem Ægidio diximus, fortè Scipio inter Sixti diploma, quo omnia Cœnobii Casinensis Privilegia confirmantur, & illud, quo Jus Seminarii erigendi. & Alternativæ Beneficiorum exercendæ conceditur, non satis distinxit, Julius Ambrosius Lucenti, ab eodem Gattola, ut supra indicavimus, rerum Casinensium amplissimis notitiis instructus, in Italia Sacra restricta, aucta &c. pag. 1014. „ Andreas à Suessa Ægidio successit. Hic Beatissimi „ Patris Benedicti Spiritu vivens, magis quam suo, ea æstuabat charitate, cum pro „ Deo loqueretur, ut sanguineas in lachrymas se effunderent oculi, sanguinem ora, „ & nares emitterent. Miraculum hoc Divini Amoris erat. Cum autem beneficen- „ tissimum se omnibus præbere cuperet, & re ipsa præstaret, auctor fuit concordiæ „ initæ inter Sacrum Casinense Monasterium, & Cives Oppidi Citrarii circa ea ser- „ vitia, quæ ejus Incolæ exhibere Monasterio tenentur, quæque servanda essent „ circa plurima alia, quæ in dies possent accidere, qua ratione litium semina ablata „ sunt. Anno 1590. obtinuit à Sixto V. Summo Pontifice diploma amplissimum „ pro erigendo Seminario in Civitate S. Germani, vel ubicumque ei libuisset, cum „ omnibus facultatibus ad id concedi solitis Archiepiscopis, ac Episcopis sub datum „ Romæ Anno 1590. die 20. Martii, quod Seminarium postea erexit Andreæ „ Successor Hieronymus Perusinus, (de quo nos infra) A quo eodem Pontifice „ accepit etiam Andreas Alternativam (uti vocant) mensium pro Beneficiis Eccle- „ siasticis vacantibus conferendis, ut ab eodem Pontifice concessum fuit Archie- „ piscopis, & Episcopis, necnon Abbatibus Jurisdictionem omnimodam Episcopa- „ lem habentibus; At Andreas dum ad Capitulum Generale pergeret, Mutinæ „ senio, ac imbecilli valetudine, qua continuò affictabatur, oppressus, piissimè „ vivere hic desiit, in Cœlis sine fine victurus.

ANGELICA BAITELLI nobili, sed modo extinctâ familiâ Brixiæ nata in celebri S. Juliæ Parthenone nostræ Congregationis regimini subjecto, Cœlesti Sponso sub Divi Benedicti disciplinâ se consecravit. Ibi reliquum omne ab oratione, & Divinis Officiis tempus, non colo, & pensis, sed calamo, ac sacris libris evolvendis impendit, ostenditque etiam suo exemplo, sicut complures aliæ illustres mulieres, sexui fœmineo non quidem ingenium, ac facultatem ad studia, sed usum, & exercitationem tantùm deesse. Ipsa namque pietate in proprium

Cœnobium permota, zeloque æstuans, ne ejusdem præclara monumenta oblivioni penitus traderentur, magno labore, solertique cura collegit quidquid antiquum decus, splendoremque eidem Cœnobio restituere, ac deinceps poterat conservare, ingentique volumine comprehendit, ac typis commisit hoc titulo:

Annali historici dell' edificazione, erezzione, e dotazione del Serenissimo Monastero di S. Salvatore, e S. Giulia di Brescia, alla Sede Apostolica, & alla Regia potestà immediatamente sottoposto. Contengono il Catalogo delle Santissime Reliquie, che nella sua Santa Chiesa riposano, e tutti i privilegj concessegli da' Sommi Pontefici, Imperatori, Re, Prencipi, e Duchi, dall' anno della sua fondazione 760. fino al presente secolo 1657. In Brescia per Antonio Rizzardi 1657. in foglio.

De eâ honorifice loquitur Leonardus Cozzandus in sua Bibliotheca Brixiana par. 1. pag. 41. secundæ editionis 1694., ubi eam vocat nobilem fœminam, animi præstantiâ, virtutibusque verè Christianis, ac religiosissimis præditam, ornatamque, utpotè, quæ ex ipsis veluti oblivionis faucibus illustres Cœnobii sui memorias strenuâ operâ, diligentique studio eripuerit.

ANGELUS MARIA ARCIONUS supra recensiti Andreæ Arcioni germanus Frater, in eodem, quo ille Cœnobio S. Jo: Evangelistæ Parmensis Urbis Monasticæ Religioni nomen dedit anno 1625. die 8. Octobris, cujus Cœnobii tum sinceris virtutibus, tum egregiâ doctrinâ optimum sese filium, ac deinde in majori dignitate amantissimum Patrem exhibuit, ejus siquidem mores integerrimi à juventa ad senium usque eodem semper innocentiæ tenore servati, multa sacrarum, humanarumque literarum peritia, insignis prudentia, mira oris comitas, sermonisque affabilitas, justitiæ, ac pietatis assiduus cultus, studia denique literarum, ac studiosos sedulà promovendi cura, omnes in sui amorem, & existimationem attraxerunt. Hinc per omnes honorum gradus Cancellarii, scilicet Procuratoris Generalis, Visitatoris in Romana Curiâ, ac deinde Abbatis, & Diffinitoris ad summum Præsidis Magistratum, non quidem semel, sed tribus omninò vicibus fuit assumptus. Abbatis autem dignitate supra annos triginta pluribus in Monasteriis, decē videlicèt, perfunctus, Præsulum idea ab omnibus audire meruit. Eo namque Antistite optimis literis honor habitus, pax floruit, zelus Domus Dei, disciplinæ regularis profectus, ubique emicuit, ergà Monachos paterna charitas, discretio, ac suavitas velut in propria Sede clarius fulgere sunt visæ. A Parmensibus Principibus, quibus erat acceptissimus, præcipuos favores non tam sibi, quam eorū ditionis Cœnobiis, Monachisque omnibus facillimè impetravit. Ipse rarâ animi moderatione, ac modestiâ, oblatas pluries Episcopales Infulas constantissimè recusavit. In Parmensi Monasterio, quod ter laudabiliter rexit, amplas ædes hospitibus excipiendis extruxit, duasque ibidem, tertiam in Ferrariensi Cœnobio excitavit scalas, venustate, ac majestate spectabiles, edito à se prototypo; erat enim Architectonices non ignarus; sed poetica prçsertim arte delectatus, scripsit Italicè Odas multiplici eruditione, & sententiarum gravitate commendatas, prçcipuè quòd argumenta omnia, vel moralia, vel heroica solidè pertractentur, sine emphatico illo, & turgido ineptarum methaphorarum abusu, nimiaque copiâ, quç apud Poetas non minus quam Oratores prçterito sçculo XVII. excreverat ad fastidium usque, quam tamen recentiores Auctores ad antiquorum imitationem reversi, jure, ac sapienter amputaverunt, parcius, ac prudentius illis utentes; In hac vero Poetica facultate Angelum Gryllum ipsemet Arcionus Prçceptorem se habuisse meritò gloriatur, à quo tamen intervallo aliquo mihi quidèm videtur distare, tum fecunditate carminum, tum dulcedine, quamvis Jo: Cinellus Volantis Bibliothecç Auctor, parem ei cum Gryllo laudem attribuere non dubitaverit. Cçterum Angelo Arciono haud parum me debere profiteor, quòd

quòd cum Parmæ esset Abbas, aliquot, & quidem præcipuorum Auctorum indiculum pro hac ipsa Bibliotheca struendâ, quam Juvenis ego moliebar, non utique in hanc molem evasuram credens, perhumanus Pater mihi transmiserit, quod sanè multum contulit ad uberiores notitias eorumdem, atque etiam aliorum Scriptorum investigandas, & assequendas. At verò Angelus Monasterii Divi Sixti in Urbe Placentina iteratò Præsulem agens anno 1688. in senectute bonâ (octogesimum enim, & secundum annum supergrediebatur) feliciter obdormivit die 5. Augusti; docta oratione, & honorifico funere, magnaque Populi frequentia elatus post 64. annos in Religione nostra summa cum laude expletos. Statura fuit valdè procerâ, vivacibus oculis, candida facie, rubentibus labiis, totius vultus, corporisque majestate insignis, ac venerabilis. Lucubrationes, quas typis consignavit, his titulis prænotantur.

1 *Pompe festive per la solenne Traslazione de' sei Corpi Santi, ed altre insigni Reliquie, seguita nel Capitolo Generale de' Padri Casinensi nella loro Chiesa di San Giovanni Evangelista di Parma l'anno 1661. agli 15. Maggio. Parma per Mario Vigna* 1661. in quarto pagg. 128.

2 *Ode eroiche, e morali divise in due parti*, quarum prima impressa fuit Parmæ anno 1666. in 8., & iterum Venetiis anno 1678. apud Jo. Franciscum Valvasensem, & postremò, addita secunda parte, Ticini Regii apud Carolum Franciscum Magrium Impressorem Urbanum anno 1682.

Ejus cum laude meminerunt Andreas Raynerius (de quo supra) in historia panegyrica D. Anselmi tom 1. in præfatione ad Lectorem, ubi electum eum dicit ab ipsa Urbe Parmensi ad perorandum publicè in exequiis Serenissimi Raynutii Primi Parmę, & Placentię Ducis, & Odoardi Cardinalis Farnesii. Vide supra in Andrea Arciono ejus fratre.

Joannes Mabillon. Itin. Ital. tom. 8. pag. 208. „ Rmus Abbas Angelus Maria „ Arcionus ex prænobili Arcionorum apud Parmenses genere, nobis obviam misit „ aliquot ex suis, nosque singulari benevolentiâ, & humanitate est amplexus, quos „ ad suum Monasterium (Parmense) invisendum literis sæpius invitaverat. De „ tanto Viro, qui usque tertium Congregationis Casinensis Præfectus fuit Genera„ lis, & magna charitate, & prudentiâ suos regit, deque ejus in literas amore „ dicere supersedemus, ne ipsi pro beneficiis impensis, assentari, nobisque pro „ acceptis honoribus, nimium blandiri videamur. Is libros suos Italicis versibus „ egregiè scriptos nobis dono dedit. Idem Mabillonius supradictis Epistolis ejusdem Angeli Mariæ Arcioni subsequenti epistola digna sanè, quæ hic, Lectoribus exhibeatur, respondit.

„ Reverendissime Domine.

„ Mirum in modum me delectarunt literæ illæ, amoris, & benevolentiæ succo „ refertæ, quas ad me recens, idest quinto nonas hujus mensis trasmittere non es „ gravatus. His enim certiorem facis me tantillum hominem in aliquo loco apud te „ esse, atque adeò non ingratum hospitem ad tuum Monasterium posse accedere. „ Faciemus id quidem perlibenter in reditu nostro, ut possimus gratias agere huma„ nissimo Patrono, qui nos tam jucunda invitatione beavit. Expectatissima nobis „ erit, & jucundissima illa dies, qua nobis licebit intueri tantum virum, cui literę, „ & Religio Benedictina tantum debent, ut certa relatione comperimus, & porrò „ in posterum etiam amplius, Deo dante, debebunt. Sed timeo, ne congressus ille „ aliquid detrahat de prępconcepta illâ, quam de me habes, opinione, Vir amplissime, „ nisi charitas illa, quæ te ad nos invitandum impulit, etiam ad dissimulandos defe„ ctus nostros adducat. Non enim is sum, qualem me æxistimas, sed si quid in me „ laudabile reperiri potest, unus erit fortassè de Republica Christiana, & præsertim Bene-

„ Benedictina merendi conatus, & affectus. Hoc me abundè remuneratum existimo, quod in tuam notitiam, & benevolentiam venerim, quam meis officiis quantum in me erit in posterum demereri satagam. Venit etiam in partē beneficii tui Socius noster Domnus Michael Germanus, qui sua mecum obsequia tibi demisso, & prompto animo offert. Ego verò tibi, tuisque fausta omnia apprecor. Romæ 4. Kal. Augusti 1685. Reverendissime Domine-Tuus humillimus, & obsequentissimus Cliens. D. Joannes Mabillon M. B.

Franciscus Eschinardi Societatis Jesu in libro prænotato *L'agro Romano* cap. 5. pag. 316., ubi quædam narrat, quibus ejus familiæ antiquitas, atque Nobilitas commendatur „ Castel' Arcione de' Signori Maffei, & altro Castel' Arcione del Signor Principe Borghese; Era Castel' Arcione Podere di S. Sinforosa, & ivi fù sepolta dopo il martirio, fu poi introdotto il nome per una tal Famiglia così detta, la quale è perseverata anche a' tempi nostri nell'Abbate D. Angelo Maria Arcione Cassinense, il quale ha dedicato una sua Poesia al Serenissimo Ranucccio II. Duca di Parma nel *1666*.

Joannes Cinellus Bibliothecæ volant: pluteo 4. & 5. quem eidem nuncupavit: pluribusque aliis in locis ejusdem Bibliothecæ magnopere eum prædicat. In nostris regestis pag. *196*. à tergo in margine dicitur *Abbas*, *& bis Præses*, *Vir doctus*;

Benedictus Bacchinus in sua ipsius vita, quam de se tanquam de alio admodum candidè, ac sinceré scripsit, impressâ post ejus obitum Venetiis in Ephemeridibus Venetis Literatorum Italiæ tom. 34. anno 1723. art. XI. num. 5. pag. 300. „ Florebat tunc temporis Angelus Maria ex nobili Arcionorum familia, Parmensis, S. Joannis Cœnobii Alumnus, ac S. Benedicti Ferrariæ Abbas; senex illâ ætate grandævus, omnibusque, & animi, & eruditionis dotibus conspicuus, velut Casinensis Congregationis Parens suspiciebatur. Extant Architecturæ, qua excellebat, egregia opera Parmæ, Ferrariæ, & alibi, & leguntur ejusdem Italicę Poeses Parmæ, Venetiis, & Ticini recusę. „ Is itaque Bacchinum &c., & pag. 304. num. 8. in fine „ Hic illud minimè omittendum est, quod quamvis octo circiter annorum spatio, quo Arcionio à Secretis fuit, ægrè studiis, literisque vacare potuerit, ex familiari tamen venerandi illius, ac optimi Senis consuetudine id nactus sit, quod jacturam illam non modò compensavit, sed apprimè Monacho est expetendum, morum videlicet ad Christianæ Philosophiæ systema componendorum præcepta, & exempla „

Iterumque pag. 309. num. 13. „ Dum hæc fierent Placentiæ, omnibus bonis mœrentibus, Abbas Arcionus sanctissimè decessit anno 1689. ætatis suæ 85.

Ejus funebrem orationem scripsit, & Typis impressam vulgavit Casimirus Freschot, de quo infra, tunc quidem nostris adscriptus, quam tamen minimè recitavit, quia hæc provincia alii fuerat demandata. Laudat pariter eum Freschot in *Memoriis historicis Familiæ Arcionæ* editis Parmæ anno 1693., ubi inter cætera asserit, eum à Principibus Viris, & S. R. E. Cardinalibus magni semper factum, dignumque omnibus Ecclesiasticis dignitatibus judicatum, quas tamen ille singulari modestiâ semper vitavit. Verum denique Virtutis Męcenatem fuisse.

ANGELUS MARIA CHERUBINI Romæ natus, Nursiâ tamen oriundus, Laertii filius, Flaviique S. Mariæ in Via Lata Canonici frater (qui omnes literis, & virtute conspicui extiterunt) Monasticæ Regulæ nomen dare voluit, ac inter S. Pauli de Urbe Professos adscribi anno 1625. die 14. Septemb. Fuit Vir valdè rectus, ac diligens, & non minùs rebus agendis idoneus, quam studiis literarum, atque bonarum artium deditus, ex quibus non contemnendam eruditionem hausit; sed à melioribus musis vi abstractus, varia subire Congregationis, ac Monasterii sui munia coactus fuit, Decani scilicet, Cellerarii, & Vicarii utriusque Jurisdictionis spiri-

ſpiritualis, ac temporalis in tota ditione Eccleſiæ, & Monaſterii S. Pauli. Inſignis nihilominus labor ejus enituit in Romano Bullario perficiendo, quod ab ejus Patre Laërtio inchoatum, à ſe autem, additis pluribus Summorum aliquot Pontificum Conſtitutionibus, abſolutum, publicam in lucem emiſit, ingenti omnium utilitate, cum in eo ſingula cujuſque Pontificis diplomata juxta temporum ſeriem, præfixis etiam titulis, & argumentis, diſtinctè exhibeantur; Flavius autem ejus frater Juriſconſultus in Urbe celeberrimus, paterni Bullarii compendium adornavit; Hunc multis laudat Ludovicus Jacobillus Bibl. Umbriæ pag. 11. uti, & eorum Patrem Laërtium Floravantes Martinellus *Roma ex Ethnica Sacra* pag. editionis, qua utor 245. Porrò Angelus Maria noſter in vivis agebat anno 1650. ſed poſteà renunciatus Prior, & in Siciliam miſſus, ibidem fatis conceſſit anno 1652. Ejus Opus, hunc præfert titulum:

Bullarium Romanum à Laertio Cherubino inceptum, perfectum autem ab Angelo Maria Cherubino filio, multis additis PP. Maxx. præſertim Gregorii XV. & Urbani VIII Conſtitutionibus, impreſſum Romæ; tom. 4. in fol. ex Typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ anno 1632. ad Urbanum VIII., & iterum Lugduni an. 1653. & tertiò ibidem, ſumptibus Laurentii Arnaud, & Petri Bordò an. 1673. addito V. tomo per RR. Patres Angelum à Lantuſca, & Jo. Paulum de Roma Ord. Min.

Meminit ejus Eques Proſper Mandoſius in ſua Bibliotheca Romana volum. 1. cent. 3. pag. 192. num. marg. 77., vocatque eum Virum excellenti ingenio, variâq; eruditione præditum. Leo Allatius in Apibus Urbanis, ſeù de Viris Illuſtribus &c. pag. 37. Ludovicus Jacobilli modò laudatus in Bibliotheca Umbriæ pag. 47., & Dominicus Gallus noſter, de quo infra, in Libello de Sacris Ritibus, & noviſſimè Bernardus Pez in Epiſtolis Apolog. Epiſt. 10. pag. 220.

ANGELUS DE FAGGIIS à Caſtro Sanguine * in Samnio, ubi ortum habuit, Sangrinus dictus, inter Divi Benedicti Alumnos recenſeri percupiens, Caſinenſe Cœnobium felici conſilio delegit, ubi anno 1519. die 16. Aprilis vota ſua Domino nuncupavit, ſtatimque, ut erat ad omnem pietatem, ac virtutem compoſitus, ingenioque perſpicaci, & ad liberales artes mirè propenſo, tali ordine, ac loco digniſſimum ſe oſtendit, namque non ſolum graviores facultates, quibus affatim imbutus fuit, Hebraicæque linguæ peritiam, humanioribus literis, & ſelectiori eruditioni pulchro nexu conjunxit, ſed etiam monaſticæ diſciplinæ ſeveriori cuſtodiâ, moribuſque integerrimis priſcam Cœnobitarum Sanctitatem ſtrenuè imitabatur, ac redolebat. Abbas conſtitutus, primæque notæ Cœnobiis Præpoſitus, Neapolitano nempe, Caſinenſi, ac Patavino, necnon Padolyronenſi, & Cavenſi, toti denique Congregationi, bis renunciatus Præſes, ubique regularis inſtituti inviolabilem obſervantiam invicto zelo, quodque efficaciùs eſt, aſſiduo ſui ipſius exemplo, ſollicitè exegit ſemper à Subditis, ac indeſinenter promovit, ſummam idcircò ab omnibus exiſtimationem, ſimulque venerationem promeritus. Caſinenſi Archicœnobio, quod trinâ adminiſtratione annis undecim gubernavit, innumera penè commoda, utilitateſque attulit maximas, nam ampliſſimam ejuſdem Juriſdictionem, Eccleſiæque immunitatem infracto animo propugnavit, & Cœnobium ipſum, Templumque tam multis, eiſque elegantibus ſtructuris, ac ædificiis amplificavit, ornavitque, addito Xyſto, ac Bibliotheca, ut Caſini Reſtaurator, imò Reædificator meritò audierit. Sed hanc ejus in rebus agendis ſolertiam longè maximè vincebat ſingularis, ac ferventiſſima erga pauperes, & infirmos charitas, quâ propriis quandoque veſtibus, ad eoſdem contegendos, ſeipſum exuit, ob id, aliàque inſuetæ virtutis ſpecimina, antiquæ Sanctimoniæ exemplar paſſim nuncupatus, quâ famâ permotus S. Pius V. Pontifex Maximus anno 1567. arduum quoddam S. Inquiſitionis negocium pertractandum eidem Com-

* Vulgo. Caſtel di Sangro

commisit, quod cum naviter, & ex Pontificis sententiâ confecisset, plenissimam ab eodem Christi Vicario approbationem, & commendationem obtinuit. Mirum autem videri possit, homini tot honorum gradibus longâ serie, eo ut diximus, prudentiæ, ac industriæ tenore persuncto, otii nihilominus tantum superfuisse, ut Sacrarum Scripturarum, Sanctorumque Patrum frequentissimæ Lectioni, rerumque cœlestium diutissimę contemplationi, simulque tot pulcherrimis, quà metro, quà soluta oratione conscribendis operibus vacare potuerit; Adeò sedulò, & accuratè spatia, ac momenta temporis partiebatur, ut statim atque sui muneris occupationibus fecisset satis, ad orationem, indèque ad sacra carmina concinnanda sese conferret; in qua quidem facultate adeò excelluit, ut quid quid libuisset mira facilitate, uberique copia penè ex tempore promeret. Plurima, quæ vulgavit opuscula, ingenti ab eruditis plausu ubique excepta, auream illam, ac prædivitem pangendi carminis venam, æstrumque verè poeticum à natura illi inditum satis declarant; procul tamen ab ejus scriptis poeticæ nugæ, impuræque fabularum illecebræ: Sangrini musæ omninò Sacræ sunt, omnia solidam eruditionem, eximiam pietatem, divinumque, quo extuabat, ignem spirant; quapropter dubitationem legenti ingerunt, utra in eis magis emineat Religio, an Doctrina. Cæterum anno 1575. in Cavensis Cœnobii regimen dum incumberet, provectâ jam ad lustra propemodum quindecim ætate, studiis literarum, ac Præsulatus curis defatigatus, Deo tantùm, sibique vivere exoptans, majorique diligentia ad æternitatem incundam se comparare, omni depositâ dignitate, Casinum se recepit, ubi reliquum vitæ suæ, octodecim nempè, postquam in Ordinem se redegerat, integros annos, bonis operibus, ac virtutum omnium ferventiori exercitationi jugitèr intentus, transegit, ibique anno 1593. die 17. Martii hora 16. in senectute bona, nonagesimo scilicet, ac tertio ætatis anno, inchoato Religionis septuagesimo quarto, migravit ad Superos, quorum vitam in terris conversatione planè cœlesti æmulatus fuerat. Ejus corpus anno à funere octavo incorruptum, atque illęsum repertum, castimonię, vitęque integerrimę non leve indicium exhibuit; at verò honorificam, colendamque ejus memoriam, tum pręclara gesta, tum eruditi ingenii fœtus multiplicitèr posteritati commendant, illumque haud postremis Congregationis nostrę ornamentis jure, & merito adscribunt. En autem lucubrationum ejus, quę Typis consignatę sunt, indicem.

1 *In Psalterium Davidis Regis, & Prophetæ clarissimi Paraphrasis vario metri genere exculta*, itaut neque sanctæ fidem linguæ, neque Interpretum sententiam, neque Poetæ diligentiam desiderare quisquam possit. Davidis Encomium præfationis loco ab auctore præfixum. *Venetiis anno* 1540., *& Basileæ per Nicolaum Episcopium Juniorem anno* 1561. *in quarto*, adjectis, & aliis ejusdem Auctoris poematibus piis sanè, ac Religiosis; & iterum Venetiis anno 1575. apud Franciscum Franciscium.

2 *Poesis Christiana libris quatuor distincta, in quorum primo hæc sunt*

De ineffabili Jesu nomine carmine heroico, Pastorum salutatio, & Magorum ad Puerum Jesum.

Quod in Cruce Jesu sit gloriandum, & non in Mundi fastu, aut carnis luxu.

Meditationes septem in septem novissima Christi verba.

Quod non tam Deo displicet peccatum, quam desperatio.

Speculum Peccatorum, & lavacrum pravæ conscientiæ, & de Jesu benignitate in Peccatorem.

Ad Jesum super illud Matthæi Pulsate, & aperietur vobis.

In cap. 33. *Isaiæ* Domine miserere nostri &c. *& in cap.* 36. *Ecclesiastici* Miserere plebi tuę &c.

Paræ-

Parenæses sex in Hebdomada Sancta de nominibus Jesu.

In Nativitate Domini carmen sapphicum, & in omnes alias ejusdem Festivitates.

De contemptu divitiarum, & vanitate humanæ vitæ.

De Jesu Pietate in Peccatorem. Elegiæ duodecim.

Triumphus divini amoris: Epicedium in Morte Domini, multaque de Jesu Pietate, ac longanimitate in Peccatorem; hæc liber primus.

Secundus autem liber continet diverso carminum genere tàm annua Deiparæ Virginis Mariæ Sacra, quàm ineffabiles illius laudes.

Scripsit quidem Sangrinus aliam Beatæ Mariæ Virginis Vitam elegiaco tantùm carmine, quæ longo post tempore, anno scilicet 1649. impressa fuit Veronæ Typis Rubeanis in fol. tertio tomo variorum opusculorum Aloysii Novarini Clerici Regularis (ipsius nempè operâ) diversam tamen ab illa, quę secundum hujus Christianę Poeseos librum conficit, varioque carminum genere constat; hęc verò alia, quę viginti, & duabus paginis continetur, sic incipit.

Si Tellus regitur cæli moderamine, cælo Gaudet &c.

Agit in ea Sangrinus satis prolixis elegiis de Nativitate, Præsentatione, Desponsatione, Salutatione Angelicâ, cujus elegię subditur explicatio paraphrastica Cantici *Magnificat* tot brevibus elegiis, quot sunt ejusdem versiculi. Item de Purificatione, ubi additur eodem modo explicatio Cantici *Nunc dimittis*; denique de Assumptione.

De hoc opere sic idem Novarinus, loco paulo ante citato pag. 83. in Epistola ad Claudium de Benedictis Præsidem Generalem nostrę Congregationis „ Hic „ in Mariam cultus me ursit, ut publici juris carmina quędam facerem, quibus „ Virginis exprimitur vita, quę eò gratiora Lectori erunt, quò cultioris Poetę sunt, „ & probatioris notę, Sangrini tui sunt, qui antè annos ferè centum in tuo Ordine „ vivebat; editioni ea cum aliis paraverat, sed hùc usque in tenebris delituere. Ad „ manus meas cum pervenissent, statim de illis edendis cogitavi &c. Hæc si tibi, si „ aliis grata fuerint, alia aliis locis dabo, ut omnia, quæ digna luce Sangrinus tuus „ edidit, lucem videant.

Tertius Poeseos Christianæ liber celeberrima nonnullorum Sanctorum Sacra vario distributa metro, eorumque gesta hymnis celebrata continet.

Quartus denique aureas, divinasque Sententias ex nonnullis Davidis Regis, & Prophetæ eximii Psalmis, carmine elegiaco. Hæc omnia refert Poesis Christiana, quæ impressa extat Patavii anno 1565. apud Gratiosum Perchacinum in quarto.

3 *Speculum, & exemplar Christicolarum. Vita Beatissimi Patris Benedicti Monachorum Patriarchæ Sanctissimi, carmine heroico, libris 4. constans, cum moralibus documentis soluta oratione dispositis; Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellium anno* 1586. *& Romæ anno* 1587. in quarto; additis etiam æneis figuris pulcherrimis, quæ vitam eamdem mirè exprimunt.

4 *Opusculum de nobilissima oratione quadraginta horarum soluta oratione; Florentiæ apud eumdem Sermartellium anno* 1583.

5 *Officium quadraginta horarum vario metri genere; ibidem apud eumdem eodem anno.*

6 *Psalterium Gloriosæ Virginis Mariæ in tria Rosaria, Gaudiosum nempe, Dolorosum, & Gloriosum divisum, carmine sapphico, distichis, prosaque digestum: ad calcem adest*

7 *Devota, ac pia peccatoris deploratio antè Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, carmine heroico; ibidem apud eumdem eodem anno.*

8 *Sylva ad eruditum Patrem D. Prosperum Martinengum Brixianum, impressa, ac præfixa libris Poematum ejusdem Martinenghi, de quo suo loco.*

D 9 *Dialo-*

9 *Dialogus unus de Nominibus Dei, quæ sparsim in Scripturâ leguntur*: hujus mentionem facit Ricordatus Hist. Mon. dieta 4. pag. 461. ubi verò mpressus sit, non indicat.

Marcus Antonius Scipio noster, & ex eo Jo: Baptista Marus locis mox citandis affirmant Sangrini opuscula, quæ passim eruditorum manibus terebantur, fuisse impressa Coloniæ Agrippinæ; sed à quo, quove anno, minimè exprimunt.

Jacobus vero Cavaccius Hist. S, Just. l.6. asserit Sangrini Opera Typis consignata extitisse Patavii, Romæ, & Neapoli &c.

Manu exarata.

1 *De vita, & obitu Sanctarum VV. & MM. Floræ, & Lucillæ, incipit:*
Florida Virgo Flora, & lucida Virgo Lucilla.

Et in solemnitate earumdem hymnus.
Flora Lucillæ Soror, & Lucilla
Juncta Germanæ, duo clara Romæ
Signa &c. item alius:
Grandis est virtus tua Christe Jesu &c. alius:
Flora non es tu Rosa, nec Ligustrum &c.

2 *Dialogus de nonnullis Cœnobii Montis Regalis rebus componendis, Interlocutoribus Sanctissimâ Dei Genitrice Maria, & Serenissimo Rege Wilhelmo.* Virgo incipit.
Sicelidum Rex clare soli, Rex inclite, Regum
Et decus, & specimen, maternâ dulcis ab alvo
Fili, quo percussa metu, quo tacta pavore &c.

3 *De Caroli V. Cæsaris laudibus*, incipit:
Dum Titan, decus ætheris, quadrigis
Invectus niveis &c.

Vidi supradictum Dialogum, sicut etiam de laudibus Caroli V. optimo charactere manu exaratum Romæ anno 1697. apud bon. mem. R. P. D. Claudium Stephanotium Gallum Monachorum S. Mauri Generalem Procuratorem, cum aliis innumeris variorum opusculis Mss. hinc indè collectis, mittendum in Gallias.

4 *Ad Christianissimum Gallorum Regem Henricum II. de dirimendo cum Turca fœdere*, incipit Phaleucium:
Eheu quam grandis ad astra clamor, heu quam
Ingens luctus ubique strides, unde
Tot suspiria fulgurant per æthra &c.

5 *Ad Rev. Patrem D. Benedictum Canophilum, Endecasyllabum*, incipit:
Parnassi juga dum perambularem
Excerpens violas, legens ligustra &c.

Item

6 *Vita S. Patris Benedicti; quatuor canticis decantata.*
7 *Vita B. Gregorii Nazianzeni; tribus canticis.*
8 *Vita B. Januarii Episcopi, & Martyris; tribus canticis.*
9 *Vita B. Donati Episcopi, & Martyris; tribus canticis.*
10 *Vita D. Margaritæ Virginis, & Martyris; tribus canticis.*
11 *Vita D. Agnetis Virginis, & Martyris; tribus canticis,*
12 *Vita D. Claræ de Assisio V., Vita, & Passio Divæ Christinæ V., & Martyris; S. Barbaræ V. & M., Divæ Ursulæ V. & M. tribus canticis.*
13 *Vita D. Benigni; quatuor canticis.*
14 *Vita S. Brunonis Signiensis Episcopi; tribus canticis.*
15 *Vita D. Marthæ; tribus canticis.*
16 *Vita S. Mariæ Magdalenæ; tribus canticis.*

17 *Vita*

17 *Vita D. Mauri Abbatis; tribus canticis.*
18 *Passio S. Stephani Protomartyris; quatuor canticis.*
19 *Vita S. Luciæ V. & M., & Passio Sanctorum Innocentium; duobus canticis.*
20 *Vita B. Wilhelmi Politiani Anachoritę, & B. Petri Abb. Sanctissimæ Trinitatis; quatuor canticis.*
21 *Passio D. Justinæ Patavinæ V. & M. Passio S. Euphemiæ V. & M., S. Juliæ V. & M. D. Appolloniæ V. & M.*
22 *Vita D. Romualdi Eremitæ, & Encomium Montis Camalduli.*
23 *Vita B. Alpherii Abbatis Cavensis; quatuor Canticis, & B. Leonis Abbatis item Cavensis; quatuor Canticis, & B. Constabilis ejusdem loci Abbatis; quatuor Canticis.*
24 *Triumphale carmen de vita, & obitu D. Pauli Papiensis ex Familia Pico viri religiosissimi.* Sylva ad Martinengum excusa postea, ut supra dictum fuit.
25 *Encomium ad Illustrissimum Ugonem Gallum Magnum Rhodi Magistrum.*
26 *Encomium ad R. Patrem Victorinum Atellanum Abbatem Cavensem.*
27 *Ad eximium I. V. D. Dominum Leonardum Petram podagra laborantem.* Hæc omnia Sangrini opuscula Mss. unico, eodemque ingenti comprahensa volumine extant adhuc in Casinensi Bibliotheca sign. num. 158. Venetiis autem in Bibliotheca S. Georgii Majoris asservatur Angeli Sangrini liber Ms. sign. 317. *de Nativitate B. Mariæ Virginis*, à me visus ibidem anno 1718.

Præterea ex variis Auctoribus cognoscitur Sangrinum alia multa composuisse, inter quæ.

1 Vitam aliam S. Benedicti carmine Sapphico, & soluta oratione, moralem expositionem continentem; ex Arnol; & Placido Romano.
2 Vitam item ejusdem Smi Patriarchę Iconibus (& quidem pulcherrimis) in æs incisis, oculis spectandam objecit, addito prologo; ex Hæphteno, quæ Icones passim extant variis in locis, suntque plurimæ, acta, & miracula Bmi Patris exprimentes; singulis autem actis, & miraculis subjicitur Tetrastichon, factum explicans, quas Icones Matthæus Greuter impressit denuò anno 1630. in quarto.
3 Hymnos plures de eodem SS. Patre Benedicto; ex eodem.
4 Poemata de miraculis S. P. Benedicti in Claustris S. Benedicti Mantuani, & D. Justinæ Patavinæ descripta; ex eodem.
5 Item Vitam S. Simeonis Monachi versu heroico, quæ legitur in Claustro Monasterii nostri Mantuani, *Sancti Simeonis* nuncupato; Auctore Arnoldo Lig. Vit. lib. 3. pag. 235.
6 De Martyrio veri Monachi; ex Placido Romano, & Bucellino.
7 Dialogos, Homilias, & Sermones multos soluta oratione; ex eodem.
8 Plura etiam ad sacras meditationes argumenta latino idiomate evulgavit, quæ religiosam ejus mentem, & cœlesti flamma incensum pectus ostendunt; ex Marco Antonio Scipione. Item
9 Vitam S. Potiti Martyris carmine Sapphico l. 1. ex Arnoldo.
10 Vitam B. Joannis Appuli Bituntini Monachi Casinensis carmine Sapphico lib. 1.

Jam verò plures, gravesque Scriptores, qui Sangrinum profusis efferunt laudibus, in medium sunt afferendi, nam in primis,

Antonius Possevinus Appar. Sacr. tom. 1. pag. 87. editionis Venetæ anno 1606. editionis verò Colon. anno 1608. pag. 79. omnia ferè ejus Opera enumerat, paucis tantùm relictis.

Joannes Baptista Marus in Annotationibus ad Placidi supplementum *De viris Illustribus Casinen.* (ubi & de ejus corpore incorrupto affert testimonium) ita eum laudat „ Angeli instar fuit (nomine rebus conveniente) priscæ virtutis, & San„ ctitatis exemplar, poetica facultate excellentissimus; Psalmos David mira para-

 phrasis

„ phrasis arte colligavit, imitatione Hebræorum, quos numeris decurrere Auctor „ est Hieronymus, ut & Jobi pleraque, & Hieremiæ threnos. Ita ille ex Placido ipso, & Scipione.

Sixtus Senensis Bibliot. Sanct. lib. 4. „ Angelus Sangrinus Poeta non ignobilis, „ Abbas Casinen. Paraphrasim composuit in Psalterium vario metri genere excul- „ tam, quæ incipit:

O quam beatum prædico.

Hippolytus Marraccius Bibliotheca Marian. par. 1. pag. 103. vocat Sangrinum Restauratorem Cœnobii Casinensis, omni bonitate, & sanctitate redimitum, Religione, ac vita probatum, & in Divinis Scripturis versatissimum, Poetam insignem, & admirabilem, qui ardenti virtutis studio, exacta disciplinæ custodia, & ingenuo quodam morum candore, priscam majorum suorum sanctitatem, & strenuè æmulatus est, & fælicitèr retulit; additque eum Marianam Bibliothecam perenni gloria illustrasse; ipse quoque ex Placido, & Scipione.

Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolitana, titulis Theologi, & Poetæ celeberrimi eum exornat, & præter ab ipso enumerata Opera alia multa scripsisse narrat variâ, & eximiâ eruditione ditissima.

Fabianus Justinianus in Elencho Auctorum, qui in Sacra Biblia scripserunt; Antonius Teisser Catalago Auctorum, qui in Librorum catalogos condiderunt pagina 9.

Benedictus Hæphtenus Belga, disquisit. Monast. prolegom. 1. in vitam Sancti Benedicti, & Gabriel Bucellinus in Benedicto Redivivo ad annum 1565., ubi multis de eo agit, & hi quidem exteri.

Ex nostris autem Casinensibus Placidus Romanus supplement. de Viris Illustribus Casinen. cap. 8. editionis, qua utor, pagina 116. licet tunc Sangrinus adhùc Superstes esset, ut ipsemet Placidus declarat, non dubitavit tamen, omni virtute, & sanctitate ornatum appellare, in Poesi verò ad miraculum usque eruditum, Sanctarumque Scripturarum callentissimum, scripsisse eum asserens innumera penè Opera, quæ longum esset singillatim enarrare, inter quæ libros duos de celeberrimis nonnullorum Sanctorum, & Sanctarum Sacris: ex quo arguendum librum 3. poesos Cristianæ in duos item libros subdividi.

Arnoldus Wion Lign. vit. par. 1. lib. 1. pag. 31. multis laudibus eum extollit, ex eodem Placido ferè desumptis; Iterumque par. 2. lib. 5. pag. 861. in adiunctis; ubi postquam varia ejus Opera enumeravit: „ hæc omnia, inquit, & alia plura „ hujus Sancti Viri Opera reperiuntur Mss. apud RR. PP. Theatinos Venetiis.

Petrus Ricordatus Hist. Monast. dialog. 4. pag. 461.

Angelus Gryllus in suis Epistolis Venetiis impressis anno 1612. Epist. ad Angelum Petram. Parmam.

Jacobus Cavaccius hist. S. Justinæ lib. 6. ad annum 1564. pag. 286. postremæ editionis Patavinæ anni 1696., brevi quidem, sed præclaro encomio Angelum honestavit „ Subiit (inquit) Ignatii vices D. Angelus Sangrinus Monachus Ca- „ sinensis sanctitate, & eruditione illustris: A scholasticis disputationibus ad lectionem „ veterum Patrum conversus, indè tantùm hausit doctrinæ, ut publicè disserens, „ ex eis catenas, & centones probè conficeret; ad Poesim natus multa subcisivis „ horis conscripsit, quæ pietatem, & eruditionem olent, ea Patavii, Romæ, & „ Neapoli impressa, ubique leguntur (quas tamen editiones ego non vidi); & paulò post, ejus effigiem graphicè exprimens, subdit „ Ipsius eloquentiam studio, ac usu „ coalitam, honestabant etiam plura naturæ dona, venusta facies, canities vene- „ randa, mites oculi, ac mores suavissimi. Ubi etiam refert summatìm Angeli eruditissimam orationem habitam ad Cives Patavinos pro Reliquiis S. Prosdocimi

cimi in vetus Sacellum reportandis, uti ex ejus, Monachorumque Patavinorum ſententia contigit.

Placidus Puccinellus in Nomenclat. Abbat. pag. 3. & in Chronologia Abbatum General. pag. 10., & 60. Julius Ambrosius Lucenti in Italia Sacra restricta, aucta &c. pag. 994., & ſequen., & pag. 999., & ſequen.

Marcus Antonius Maltempi in libello perraro, ubi propriam vitam, aliaſque Historias ſui temporis deſcripſit, impreſſ. Urbeveteri * anno 1585. per Baldum Salviani lib. 2. cap. 2. pag. 110. In noſtris Regeſtis pag. 233. in margine. *Obiit Ab. Tit. ex regim: Fuit bis Præſes, Vir doctiſſimus, & eloquentiſſimus, Poeta inſignis, linguæ Hebraicæ peritiſſimus, multa ſcripſit.*

* Orvieto, ol. Oropitū.

Sed omnium luculentiſſimè, ſtylo ſuo illo venuſtiſſimo, fusè Angelum laudat M. Antonius Scipio in Elogiis Abbatum Caſinenſium editionis, quâ utor pag. 233. ubi præter ingenii excellentiam, ac in agendo ſolertiam, affabilitatem quoque ejus gravitati admixtam mirè concelebrat; ſicut etiam modeſtiam, animique virtutem, qua nihil unquam ſingulare in ſupellectile, veſtibus, ac cibis admiſit, iis, quibus alii communiter utebantur, omninò contentus, prudentiam quoque, ac ſanctitatem ejus valdè extollit, ſed præcipuè charitatem, qua publico non ſolùm bono, ſed privatorum etiam omnium utilitati ſedulò ſemper conſuluit; denique Angelum moribus, ac nomine vocat, qui ex regulæ monitu amari magis, quàm timeri ſatagens, omnium venerationem ſimul, ac benevolentiam obtinuit. Fælix Egger in Idea Ord. Hierar. Bened. lib. 2. par. 3. diſſert. 8. pag. 523. & ſequ.

Cæterum fama eſt Sanctum Carolum Borromæum ad altiora currentem, Montemque Caſinum profectum, exceptum fuiſſe ab Angelo Sangrino ejus Sac. Cœnobii tunc Abbate, ab eoque complures dies piiſſimos ſermones de juſtificationibus Domini, & ſemitis juſtitiæ libentiſſimè audiviſſe: Quod idem antea contigerat, anno ſcilicet 1537. D. Ignatio Loyola duorum ferè menſium ſpatio apud Albanetam commoranti, ubi & ipſius Sangrini nondum Abbatis, & Benedicti Canophili, atque Gregorii Viterbienſis, eximiâ virtute Monachorum, ſacra conſuetudine admodùm gaviſus eſt, & profecit; qua de re vide infra, in Joanne Baptiſta Beccio, Epiſtolam Joannis Pauli Oliva Societatis Jeſu per id temporis Vicarii Generalis ad eumdem Beccium. Dat. Romæ die 22. Decembris anno 1663., quæ impreſſa item legitur in opere anagrammatico ejuſdem Beccii edito Patavii anno 1668., ubi inter cætera, Oliva ſic ſcribit „ I Figliuoli del Gran Benedetto diedero al noſtro „ S. Padre la prima idea della Santità in Monſerrato, è parimente i Figliuoli del „ Gran Benedetto vi aggiunſero il colorito di ogni perfezione nel Santuario di Monte „ Caſino; onde mirandolo come coſa loro propria &c. „ Vide etiam laudatum Marcum Antonium Scipionem in Elogiis Abbatum Caſinenſium impreſſis Neapoli anno 1643. pag. 77. in appendice *De Sancto Ignatio Loyola complures dies apud Albanetam pietatis ſtudiis animum excolente.*

Cæterum Romæ apud S. Caliſtum in Tabulario Procuratoris Generalis noſtræ Congregationis extat Epiſtola M.S. ſignata num. III. A. 2. ſcripta anno 1561. die 8. Decemb. Tridento in Concilio Generali R. D. Peregrino Abb. S. Juſtinæ, & totius Congregationis Præſidenti à tribus noſtris Theologis D. Stephano Cataneo, D. Auguſtino Loſco, & D. Eutichio Cordes (de quibus omnibus ſuis locis in hac ipſa Bibliotheca agimus) ex qua apparet, quantâ Angelus Sangrinus, Abbas per id temporis Cœnobii Caſinenſis, cùm apud noſtros, tùm apud omnes ejuſdem Concilii Patres virtutum famâ, & exiſtimatione gauderet; ita enim poſt quædam ibi dicitur „ Molti di queſti Signori più grandi ſanno, che Sua Santità ha richieſto, „ che venghi al Concilio il R. di Monte Caſino, e ſpeſſo ci dimandano quando noi „ lo aſpettiamo, & è molto deſiderato da loro; & certo ſarà grandiſſima riputa-

zione

„ zione della Religione a farlo venire quanto più presto, che espedendosi il Concilio, come si spera, Sua P. R. potrà anco poi venire a Capitolo, & così con 3. mesi, che si parta più presto da Monte Casino a venir quà, si troverà quì appunto nel bello, & in pochi giorni acquistarà molto credito alla Congregazione, la qual, Dio grazia, è in assai buona stima, nè quasi altro le manca quì, che uno, o due persone di età grave, & matura, & Abbati di qualche Monastero grande, & nominato ... Noi rispondiamo, che aspettiamo l'Abbate di Monte Casino, il cui nome solo è quì in tanta riputazione, che chiude la bocca a tutti. Et quando lo vedranno, siamo certi, che restaranno ancor più sodisfatti, & della Congregazione, & di esso Padre, quale per tutte le sue qualità avrà qui pochi pari, & in pochi giorni farà molti servizii ... Il Mondo guarda non solo alle lettere, ma più alli gradi, ricchezze, titoli, antiquità, potentia, autorità, & altri simili, quali essendo tutti nel R. di Monte Casino, stimiamo grande errore a tardar più a mandarlo. Però V.P.R. accetti questo nostro avviso, come da amorevoli figliuoli non altrimente. Che noi stimiamo sempre più il giudicio di V.P.R. che tutto il nostro sapere. Se ben per esser quì in fatto avvertiamo qualche cosa, che in assenzia non si può sapere. Non altro. Alle orazioni di V. P. R. & di tutti i Padri, e Fratelli ci raccomandiamo. Di Trento a' 8. Decembre 1561.

Di V. P. R. Figli D. Stefano
D. Agostino
D. Eutichio.

Et in alia Epistola scripta anno, & die prædictis ab eodem Stephano Cataneo Romam D. Placido nostræ Congregationis Procuratori P. S. sic dicitur „ Il R. di Monte Casino è molto desiderato quì da molti di questi Signori, & da noi, & però sarebbe un grandissimo bene a venirvi per onore, e riputazione della Congregazione, & V.P. farà opera santissima a procurar, che venghi presto.

ANGELUS GRISELLI Patriâ Florentinus Cœnobii S. Mariæ in eadem Patria Alumnus anno 1554. die 17. Junii, Vir fuit Græcis, Hebraicis, Latinisque literis, ac poetica arte excultus. In Monasterio Farfensi Tyronum Magistrum cum ageret, magnam in Deum pietatem, & in Monasticam Religionem Zelum ostendit. Excessit è vivis anno 1581. Transtulit è Latino in Etruscum sermonem

Odem valdè prolixam (nam 307. versibus constat) à Gregorio Cardinali Cortesio in laudem S. Honorati, ac Monasterii Lerinensis compositam, impressam Venetiis apud Vincentium Accolti anno 1575. ad calcem Historiæ Monasticæ Petri Ricordati, incipit.

Ond' avvien, che flaman sì chiara luce
Luce renda sì bella?

De eo magna cum laude loquitur idem Petrus Ricordatus in Hist. Monast. dial. secundo pag. 245. tamquam de Viro elegantis, ac vivacis ingenii, & Placidus Pucinellus in apparat. hist. de Illustribus Abbatiæ Florent. Viris cap. 9. pag. 91. ubi quidquid peculiare de eo retulimus, distinctè narrat: Iterumque in Chron. Abbatię Florent. pag. 14.

ANGELUS GRYLLUS Patritiâ Familiâ, Genuæ natus, stirpis nobilitatem, doctrinę præstantiâ, probitate, ac dulcedine morum, insignique prudentiâ plurimùm decoravit, ob quas egregias dotes sapientum omnium, qui ejus ævo maximè in Italia floruere, amorem, & societatem obtinuit. Juvenis divino afflatus numine sæculo abrenunciavit, & in Monasterio Divę Catharinę sacro apud Patriam, Monachus effectus anno 1572 ferventissimo studio, pietati, ac literis operam dedit, eo quidem successu, ut nominis ejus fama longè, latèque brevi pervaserit; Eminebat in eo Philosophiæ, Theologiæ, & Mathesis recondita cogni-

cognitio; in Sanctorum Patrum voluminibus, librisque omnibus selectiorem eruditionem continentibus, erat versatissimus; sed in primis oratoriâ, ac poetica facultate adeò excelluit, ut celeberrimum quemque sui ævi, vel vicerit, vel æquaverit, *Piorum affectuum* libri Angelici Poetæ nomen illi pepererunt; Libri verò Epistolarum, styli suavitate, & elegantiâ, sententiarum gravitate, Italici sermonis puritate, ac nitore præditi, politicisque documentis referti, nemini sui temporis in hoc scribendi genere primas concessisse, satis ostendunt. Denique omnia, quæ scripsit, sacra equidem, & divina, vel probè moralia, & ad morum honestatem, & sanctitatem aptissima, dubio procul edocent, quanto fælicius Christianus Poeta Davidis potiùs cœlestia carmina, quam Homeri, vel Pindari prosanas fabulas, æmulari possit: Hinc jucundissima illi familiaritas, ex scientiæ nimirum affinitate, cum eruditissimis quibusque, ac Poetarum summis, Urbano scilicet Octavo, Torquato Tassô, Jo. Baptista Marino, & Guarino, à quibus mirificis laudibus commendatur; Imò (teste Laurentio Crassô) nemini contigit à tot viris doctrina, dignitate, & natalibus illustribus, amplioribus encomiis honestari, quam Gryllo. Sanè Academiæ omnes per Italiam florentissimę, eruditionis ejus famâ compulsæ, ut refert Janus * Nicius Erithrçus, gloriosum sibi fore putabant, si Gryllum sibi possent adjungere; Romana præsertim Humoristarum (quam ipse Gryllus dum esset Abbas S. Pauli una cum Paulo Mancino, aliisque doctissimis viris instituerat) tantum homini tribuit, ut eum Principem sibi delegerit, ac deinde mortuum celeberrimo funere, ac lugubri pompa prosequuta sit, ejusque imaginem manu egregii Pictoris, Equitis nempè Josephi Arpinatis, in tabula expressam, aureoque serto redimitam, inter Illustrium Academicorum Icones in magna Aula collocaverit. Quamvis autē nihil illi magis cordi esset, quā studia, ac solitudo, obedientia tamen urgente, invitus licet, Abbatis dignitatem, & regimen coactus subire, plura, eaque præcipua Monasteria, quin etiam Congregationem universam Præsidis auctoritate quartùm administravit, quibus in muneribus eximiam in omnes humanitatem, ac beneficentiam, præcipuè verò laudabilem hospitalitatem, juxta regulæ nostræ præscriptum, & inveteratam consuetudinem, jugiter exhibuit. Urbanus VIII. Pontifex Maximus, cui erat valdè familiaris, & in paucis charus, ejus adeò consuetudine delectabatur, ut integras sępe horas in penetralibus cum illo colloquens, jucundissimè traduceret, ferturque Pontifex de Angelo ad eminentiora promovendo seriò cogitasse: illud sanè constat, Angelum Episcopatum Aleriensem in Insula Corsica, & Albingaunensem in Liguria, Cardinalis Pinellii conterranei sui operâ sibi oblatos, invictâ constantiâ recusasse, tùm quia monasticę Religionis, quam amplexus semel fuerat, amantissimus, eam dignitatibus omnibus anteferebat, tùm quia sui ipsius contemptor, tanti muneris oneri pares sibi vires adesse minimè reputabat. Sed duo alia Angeli facinora haud exiguâ laude digna, silentio minimè involvam. Primum quod supralaudato Italorum Poetarum Principi Torquato Tassô, Angelum se verè Tutelarem peropportunè præstiterit, cum illum maxima cura, & diligentissimis officiis, ex Ferrariensi carcere, in quem, mentis alienatione incusatâ, detrusus fuerat, & annis omninò decem detentus, fæliciter eduxit, raro utique constantis amicitiæ exemplo cum antiquis haud dubiè conferendo. Qua de re Laurentius Crassus in Elogiis „ nella qual custodia, ancorche vi fosse dimorato buono spazio
„ di tempo, indarno forse avrebbe la pristina libertà ottenuta, se dal pietoso zelo,
„ e dalla sviscerata amicizia dell'Abbate D. Angelo Grillo Benedettino, Poeta anche
„ egli di nobil grado, non si fossero procurate appresso il Duca Alfonso l'intercessioni di molti Prencipi, e particolarmente del Duca di Mantova, per la di lui libera-
„ zione. Uscito dal Carcere Torquato &c. „ Quod idem narrat etiam Donatus

* Io. Victorius de Rubeis.

Calvi

Calvi *Scena Liter. de Srittori Bergam.* parte 1. pag. 482. Alterum, quod apud Campesium agri Mantuani Oppidum, inscriptiones, & ornamenta, quę sepulchrum Theophili Folengii, qui & Merlinus Coccai (de quo infrà) olim decorabant, injuria temporum ferè deleta, non restituerit modo, sed novis insuper additis, clarissimi Vatis memoriam splendoris, cultusque accessione ad perennitatem illustraverit. His, aliisque virtutibus inclytus, literatissimus Pater, Literatorum Mecænas munificus, valdè jam senex, & immortalitati maturus, dùm orationibus, ac meditationibus impensiùs vacaret, Parmæ mortalitatem deposuit mense Septembri anno 1629. Testibus Maraccio, & Casferro, qui de eo in Synth. Vetust. pag. 424. apud verò alios anno 1620. sed falsò; in cujus funere solemniter ab Humoristis, ut supra diximus, celebrato, cuique ferè omnes Emi Cardinales interfuere, parentalem orationem Antonius Brunus celebris Poeta habuit, sed jam ejus ingenii præclara monumenta recenseamus.

1 *Pietosi affetti, parte prima, e seconda*; in quibus Christi Incunabula, Circumcisionem, Passionem, & Mortem, mira poeticæ artis dulcedine describit, & verè pios affectus excitat, inquè lacrymas cor contritum resolvit; Opus impressum primò Venetiis anno 1591., deinde Genuæ anno 1597. apud hæredes Hieronymi Bartholi in 8. cum argumentis Excellmi D. Petri Colelli Sinvessani; postmodum Vicentiæ anno 1598. in 8. apud hæredes Perini Librarii; & iterum Venetiis anno 1608. & etiam anno 1613. cum argumentis Petri Petracii, apud Bernardum Juntam, & Socios: Postremò item Venetiis 1629. cum additionibus Carminum Miscellaneorum, apud Evangelistam Deuchinum, & tunc Urbano VIII. dicatum.

2 *Rime parte* 1. Bergomi apud Cominum Venturam anno 1589., & Genuæ anno 1591 in 4., & iterum Bergomi apud eumdem Venturam anno 1599. in 4., & Venetiis apud Ciottum, & Socios anno 1606., & alia vice Bergomi apud eumdem Cominum Venturam anno 1636. post Angeli nempè obitum.

3 *Lagrime del Penitente ad imitazione de' sette Salmi Penitenziali di Davide. In Venezia presso Gio. Battista Ciotti* 1606. & iterum ibidem an. 1608. apud Juntas.

4 *Cristo flagellato, e l' esequie di Cristo fattegli dalla Madre Maria* P. 1. Venetiis apud Bernardum Juntam, Jo. Baptistam Ciottum, & Socios anno 1580., & secunda pars ibidem apud eosdem anno 1610.

5 *Carmina in laudem Jo. Jacobi Imperialis Reipublicæ Genuensis Ducis. Venetiis apud Antonium Pinellum* 1618. *in* 4.

6 *Pompe di morte, e versi morali in rima*; Venetiis anno 1599. apud Jo. Baptistam Ciottum, & antea Bergomi.

7 *Varj componimenti in lode della Madonna, e risposte, nella Ghirlanda dell' Aurora di diversi Autori, inseriti da Fra Maurizio di Gregorio, & accennati dal Maracci nella Biblioteca Mariana*. Ejus etiam carmina leguntur impressa in variis collectaneis illustrium Poetarum, præcipuè Genuæ anno 1591., quo Gryllus maximè florebat.

8 *Sonetti cinque, e due Madrigali in lode del Poema heroico dello stato rustico di Gio. Vincenzo Imperiali; stampati con altri consimili in Venezia anno* 1613. Item ejus leguntur

9 *Poesie in lode della Croce*, extant impressæ *nelle Glorie della Croce di Paolino Fiamma; in Venezia anno* 1611. *pagina* 1. Item

10 *Capitolo al Crocifisso nel Venerdì Santo*; extat *nelle lagrime di S. Pietro di Luigi Tansillo; in Venezia* 1611. *pagina* 186.

11 *Sonetti*; extant *nella scelta del Gobbi*; Bononiæ 1709. tom. 2. pag. 281. Itemque in Comment. Crescimbenii; Romæ 1711. vol. 2. pag. 275. Hæc Poetica, soluta verò oratione hæc leguntur.

12 *Delle*

12 *Delle lettere raccolte da Ottavio Mennino volumi* 2. impressa Venetiis an. 1602. apud Joannem Baptistam Ciottum in 4., & iterùm ibidem eædem Epistolæ prodierunt auctæ anno 1603. apud Societatem Minimam per temporum seriem dispositę libris quatuor compræhensæ.

Ejusdem etiam Epistolas collegit Petrus Petraccius, & argumentis ornatas in lucem emisit cum hoc titulo.

13 *Delle lettere del Rev. Padre D. Angelo Grillo Abbate di S. Benedetto di Mantova, raccolte dal Signor Pietro Petracci sotto capi, e di vaghi argomenti ornate, volume* 1., *nelle quali si dona il modo artificioso di ben comporre lettere, secondo l' uso de' più pregiati Autori Latini, e Toscani; In Venezia anno* 1608. *presso Bernardo Giunti, Gio. Battista Ciotti, e Compagni, in* 4. & iterùm ibidem per Evangelistam Deucchinum anno 1612., & pariter Venetiis eodem anno 1612. apud Bernardum Juntam, Joannem Baptistam Ciottum, & Socios in 4. opera ejusdem Petraccii, & denuò ibidem apud eumdem Ciottum anno 1616. in 4.

14 *Delle lettere raccolte dal Petracci &c. volume secondo*; Venetiis apud eumdem Deucchinum anno 1612.

Quas Grylli Epistolas iterùm collegit idem Petraccius, omnesque, quas invenire potuit, auctas plurimùm, denuò recudendas curavit.

Manuscripta.

Reliquit præterea Gryllus subsequentia Opera.

1 *Carminum Rythmicorum volumina tria.*

2 *Regulas pro exercitio Ecclesiasticarum dignitatum.*

3 *Orationum volumen.*

4 *Ideam Religiosi Viri*. Ex his Mss. quædam asservantur in Archivo Sublacensi; Dum esset Abbas Sancti Pauli de Argon Diœcesis Bergomensis(fuit autem ab anno 1617 usque ad annum 1620) Ecclesiam Ruralem B. M. V. ad idem Monasterium pertinentem picturis udo tectorio inductis, aliisque ornamentis, undique decoravit, additis sub picturis in parietibus lateralibus exspressis, tribus videlicet ex utraque parte, latinis distichis in laudem Bmæ Virginis Mariæ, ejus opem adversùs omnia infortunia implorantibus, quæ ibi adhuc leguntur. In Monasterio quoque Sanctę Mariæ de Pratalea trans Patavium, ubi pariter fuit Abbas, plura ejusdem Grylli Sacra Carmina leguntur.

Mirum autem est à quot, quantisque ubique Viris profusis extollatur laudibus noster Gryllus: nàm in primis Torquatus ipse Tassus in metris plùriès Angelum eximiè commendat, eique aliquot ingenii sui fœtus consecrat: deinde in libro suarum Epistolarum impresso Bononiæ apud Bartholomæum Cochi anno 1616. Epistolis num. 70. ad eum scriptis, amorem suum, venerationem, & grati animi sensus in Gryllum pro acceptis beneficiis luculentèr testatur, & quâ Angelum existimatione, & quo Congregationem nostram obsequio prosequeretur, ostendit, ejus se filium, & Alumnum vocans.

Petrus Petraccius in præfatione tomi secundi Epistolarum Grylli (ubi de earumdem trina impressione) affert communem Literatorum consensum approbantem earum candorem, & pulchritudinem, & Auctoris præstantiam, qui prętер aliarum virtutum copiam, nobilissimis etiam optimarū literarum studiis emicabat: quamobrem eruditorum Summi, nedum intra Italiam, sed extranei quoque, mutuam cum Angelo amicitiam excolebant. Hæc Petrus Petraccius, qui etiam in præfatione tertii voluminis earumdem Epistolarum quędam notatu digna in ejus doctrinæ, & ingenii commendationem dicit, nempè: „ Voglio ben' ora dirvi, che „ dovendo io ordinare il secondo, e il terzo volume sotto capi, stetti sospeso, se più „ tosto erano da porsi in confuso, dubitando, che tante letere d' un medesimo Sug-

„ getto non urtassero spesso negl' istessi concetti ; ma quando le rilessi con diligente „ osservazione, subito risolsi di seguitare l' ordine principiato, avendo trovata „ sempre nuova varietà in tutti i generi, che mi pare veramente cosa meravigliosa „ in sì gran numero di lettere, e così giudicarà chi attentamente vorrà osservare i „ capi, ne' quali essendone raccolte moltissime della stessa materia, questo divino „ ingegno mai non replica gl' istessi concetti, nè gl' istessi periodi &c. „ & infra „ Lo „ che mi giova aver detto non solamente nell' arte di compor lettere, ma anche „ nell' osservanza di spiegare puramente, e regolatamente i suoi pensieri, avendo „ questo chiaro Scrittore nel versificare, e prosare seguitato gli ammaestramenti de' „ più valevoli Maestri della lingua, come si vede dalle opere, che ha publicate, e „ come confessarà ogni nobil Literato, e qualunque altro non sia abbaccinato dall' „ ardore dell' invidia.

Stephanus Guazzi in *Ghirlanda* impressa Genuæ anno 1595. pag. 251., & sequ. vocat eum vivum omnium doctrinarum fontem, angelicè loquentem, ubi affert ejus carmen Italicum (Madrigale) in Amaranthum.

Constantinus de Notariis vir acerrimi ingenii in suo *Duello Ignorantię, & scientię*, ubi in omnes insigniores Auctores criticum agit, ita de Grylli Operibus fert judicium „ così non ci si possa contendere l' affermare del Grillo, che ei sia tutto „ grazia, tutto soavità, nato ad esprimere gli affetti, profondo ne' pensieri, morale „ nella scienza, e leggiadrissimo nell' elocuzione.

Janus Nicius Erythræus (idest Jo. Victorius Rossi) Pinacotheca 1. imagin. 131. pag. 237. dicit Gryllum ad Philosophiæ, & Sacrarum Literarum scientiam, Humanitatis etiam, & Hetruscæ imprimis linguæ, cujus erat cupidissimus, studium adjunxisse, eo profectu, ut celeriter in numerum nobilium Poetarum * venerit, nullusque in Italia extiterit his literis paulò deditus, qui cum illo amicitiâ non fuerit, aut usu literarum conjunctus, aliaque multa subjungit de eodem maxima cum laude.

* Eius sunt verba.

Hieronymus Chilinus in Theatro Virorum literis illustrium, volumine primo pag. 12. sic, post aliqua de Gryllo „ Dirò solamente, che questo fù il Ritratto della „ bontà, il Padre della facondia, il Fonte chiarissimo della Poesia, da cui sono scaturiti in ogni occasione limpidissimi ruscelli di Poemi, Canzoni, Sonetti, e di „ qualsivoglia altro genere di lirici componimenti, ne' quali si vede, che lo spirito „ della sua bèn ordinata poesia pareggia quella de' più famosi, & eccellenti del tempo „ suo. Aliaque multa in Grylli encomium valdè diffusa.

Jacobus Gaddius in Elogiographo par. 2. pag. 123. Insigne Angelo Gryllo texit elogium, ubi eum inter nobiles Genuenses Scriptores, maximè celebrem nuncupat; multiplicis eruditionis opibus florentem plurima carmina lucubrasse dicit, quorum volumen triplicatum Bergomi anno 1589. luce donatum, eruditorum encomiis dignissimum judicari; commendat deinde ejus elocutionem perspicuam, & splendidam, variis tùm verborum, tùm sententiarum luminibus illustrem, cui præcipua poeseos pars adsit, scilicet *Inventio*; præsertim rithmis moralibus, quibus apposuit argumenta Julius Guastavinus. Sincerum verò cordis candorem, ac pietatem Angelo dignam in sacris versibus, & in *lacrymis Pœnitentis* conspici clarissimè affirmat. Quo in opere nonnullos Regii Vatis Psalmos luculenta Paraphrasi amplificatos, Hetruscis versibus expressisse; optimo sanè consilio „ Quid „ enim (pergit ille) sunt Psalmi, nisi Hebraicæ Cantiones, Pindaricis, Horatianisque Odis longè nobiliores, in quibus eloquii verè Poetici Majestas, incompa„ rabilis vis ætherei spiritus, ac sententiarum Divinitas præfulget? „ Vocat insuper Grylli Epistolas elegantes, eruditas, acuminibus sententiarum nobiles, quarum tria volumina typis impressa extare asserit; Sacra verò ejus carmina à Claudio

Claudio Monte Viride Musices Antistite clarissimo, harmonicis numeris devincta affirmat.

Hippolytus Maraccius Bibl. Marian. par. 1. pag. 99. asserit Gryllum Marianæ pietatis, quâ tamquam cœlesti igne intus urebatur, classicos testes reliquisse posteritati *Rythmos spirituales in laudem Mariæ Virginis Beatissimæ*.

Jo: Marius Crescimbenius Comment. in Hist. suam Italicæ, seù vulgaris Poeseos vol. 2. par. 2. pag. 27. inter splendidiora Congregationis nostræ lumina Gryllum recenset, ejusque carmina dulcedine, ac lepore perfusa deprædicat, quamvis ea nonnihil ad Marinianam, nimis videlicet floridam normam deflectere quandoque asserat, parcè tamen, nec sine ratione, ac modo. Specimen affert hujusmodi Com. vol. 2. pag. 375.

O caro Amante, nel tuo Amor converso
E del tuo feritor ferita imago,
Che di mirar se stesso in te sol vago
S' espresse in te di vivo sangue asperso.
Piaghe bramasti, e'n mar di zelo immerso
Piaghe baciavi, onde il tuo dolce vago
T' impiagò con le piaghe, onde fu pago
Il Padre Eterno, e il nostro error sommerso.
Quasi in fonte d'Amor con sì bel' arte
Nella pur alma tua si vide espresso,
Che nel tuo casto corpo al fin s' è pinto.
Tal Pittor, ch' ami di ritrar se stesso,
Si mira in specchio pria, poi spiega in carte
Le sembianze riflesse, e il lume finto.

Et vol. 5. pag. 47. „ Fra le lezioni Academiche di Frà Aurelio Corbellini ve-
„ ne sono due sopra due Sonetti del Grillo, l'una intitolata, *della miseria del Mon-*
„ *do*, sopra il Sonetto: *Caduche moli, alte ruine sparse*, la quale fu da lui recitata
„ nell'Academia *degl' Intenti* a' 15. Gennajo 1598., e l'altra *della Fortuna* sopra
„ il Sonetto: *Benche l'invida Dea col duro strale*. Recitata nell' istesso luogo a dì
„ 19. Gennajo 1601.

Trajanus Boccalinus vir præstantissimi ingenii, acerrimique judicii, *Raguagli di Parnaso* Centuria 2. narrazione 14. pag. 40., & seq. edit. Venetæ anni 1650. apud Guerilios, fingit Apollinem, totumque ejus Sapientissimum Senatum, immortalitatem nominis, Gryllo adhùc viventi, ejusque scriptis omnibus decrevisse:

Ipsum prætérea impensè laudant Alexander Tassonus *Secchia rapita* Can. 8. & in explicationibus Salviani pag. 236. editionis, qua utor. Hieronymus Genovinus, *Metamorphoses nominum* lib. 3. pag. 125. Maffæjus Cardinalis Barberinus, qui postea Urbanus VIII. in *Carminibus* pag. 233. Fabius Chisius, qui postea Alexander VII. in *Philomati Musis* impressis Parisiis anno 1656. pag. 60. Joannes Baptista Laurus in *Viris doctrinâ præstantibus sui ævi*. Raphael Justinianus in Scriptoribus Liguriæ par. 1. pag. 73. & in Epistolis par. 2. pag. 113. Theodorus Palleonius Episcopus Montis Pelusii in lib. Epistolarum edito Romæ apud Andream Fei anno 1626. Laurentius Crassus in Elog. par. 2. pag. 74. Author Anonymus libri, *Le glorie degl' Incogniti* impress. Venetiis pag. 43. ubi ejus effigiei subditur hoc distichon:

Pallada vel docuit, vel ab ipsa est Pallade doctus
Dulcisoni vocem Gryllus oloris habet.

Jo: Baptista Manso, & Guido Casonus in Vitâ Torquati Tassi ab ipsis edita sæpius, Franciscus Ferrari in Vita Joan: Baptistæ Marini pag. 167. Eques Prosper

Mandosius in Elogiis Mss. Illustrium Academicorum Humoristarum, quæ nunc extant apud ejus filium Julium Mandosium; Pamphilus Persicus in opere, cui titulus, *Il Segretario* pag. 178. Titus Prosper Martinengus in libro *Variorum Poematum* pag. 346. Græco Epigrammate; Angelus Maria Arcioni Odar. Italicarum pag. 51. & seqq.; Augustinus Oldoinus in Athæneo Ligustico pag. 32., ubi eum vocat Poetam primi nominis, Romanæ Academiæ Humoristarum Principem. Bernardus Clavellus in Historia Arpinate. Jacobus Philippus Thomasinus in Elogiis. Joannes Baptista Lucinus in Epistola nuncupatoria, qua ei librum Epistolarum Tassi dicavit. Joannes Baptista Marinus variis in Rythmis, & in *Poesie Sacre, e Morali scelte dall' Opere Liriche del Cavalier Marino, in Roma* 1670. pag. 202. Joannes Cinellus Bibliothecæ Volantis pluteo 5. pag. 65. & 69. Georgius Draudius in Bibliothea exotica pag. 173. Georgius Matthias Conigius Bibliot. vet. & nov. pag. 364. qui asserit eum obiisse anno 1619. sed perperàm. Ludovicus Moreri in magno Diction. Histor. tom. 3. pag. 87. Cœlestinus in Historia Bergomensi par. 1. lib. 10. pag. 2. totque alii, ut D. Paulus Piscia Bergomas Monachus Casinensis ex variis lucubrationibus à pluribus Auctoribus in laudem Grylli conscriptis, & à se collectis, volumen haud exiguum confecerit, typisque ediderit Patavii apud Pasquatum in 4. Quinimò in Catalogo Ms. Bibliothecæ Collegii Gregoriani de Urbe à Constantino Cajetano incępti, extante apud Cœnobium Sancti Calisti in Archivo Procuratoris Generalis nostræ Congregationis, in serie Auctorum Literariorum, sic legitur: *Carmina in laudem D. Angeli Grylli* sign. R. S. 47. In nostris Regestis pag. 279. à tergo in margine: sic de eo: *Fuit Abbas Parmæ, quater Præses, Vir insignis, multa scripsit.* Mediolani in Musæo Bibliothecæ Ambrosianæ cernitur effigies Angeli Grylli inter alias doctissimorum Virorum à me ibidem visa anno 1687.

Urbani VIII. Pontificis Maximi olìm Maffei Card. Barberini
In pios affectus Angeli Grylli Abbatis.

Demulcent animos sacro, quæ carmina plectro
Concinis Angelicos visa referre modos.
Angele, seu Christi Cunas, vel funus acerbum,
Seu lacrymas memoras, quas pia corda cient.
Mirus ubique potes duras inflectere mentes,
Qui fluit hinc ægris fit medicina, dolor.
Mox oritur divinus amor, curasque profanas
Pellit, & humanum nectare pectus alit.
Hinc tibi cœlesti præcinget tempora lauro,
Qui manet Aligerum te super astra chorus.

Alexandri VII. Pontificis Max. sub nomine Philomathi
In eosdem pios affectus.

Prisca Fides Ligurem sileat, quem funus acerbum
Plorantem ad superas fert abiisse plagas.
Sumpserit albentes plumas, propioraque letho
Tempora festivis vocibus ille canat;
Magne Senex nivei reddis miracula Cygni
Nobis, & cantu nobiliore gemis;
Par senium vultu, Ligurum par gloria gentis
Dispar laus querulo, sed tamen ore sonat.
Impuros vagus ille, pios tu quæris amores
Hic propè, quam terras, tam procul ipse volas.

Exe-

Exequiale sonans illi est vox nuntia mortis,
Ipsa tibi æternùm Musa superstes erit.

ANGELUS DE NUCE Patriam habuit Massam Lubrensem, quæ est Civitas Episcopalis propè Surrentum, olim apud Ptolomæum, Plinium, & Strabonem, *Promontorium Minervæ* ob templum eidem falsò Numini illic erectum, ejus tamen nobilis Familia Neapoli originem ducit, quæ fortassè causa fuit, cur ipsemet Angelus Neapolitanum se diceret, scriberetque; Natus est anno 1600., anno verò 1622. die 2. Julii Monachus factus religiosæ militiæ Casini rudimenta posuit, brevìque, ut erat acerrimi ingenii, & ad omnia literarum genera propensi, in virum apprimè eruditum evadens, eidem Archicœnobio optimam rependit vicem, scholasticis, sacrisque studiis ibidem quà auctis, quà restitutis; Memoriâ ad prodigium tenaci, quotquot, vel humanæ, vel divinæ Sapientiæ libros pervolutaret, altè adeò animo imprimebat suo, ut eos postea tamquam rivulos è proprio fonte in alios derivaret. Intellectus illi subtilis æquè, ac profundus, quo graviores scientias, ut ipsemet de se testatur, sine Magistro discere potuit, quas cum diù alios docuisset, plures egregios discipulos earumdem facultatum Præceptores reliquit; Oratoriâ præterea, ac poeticâ arte, & Ecclesiasticæ, profanæque historiæ peritiâ claruit. Abbas creatus, Casinense Asceterium, præter alia Cœnobia, bina administratione annis ferè duodecim rexit, quo tempore plura, eaque præstantissima beneficia, ac utilitates illi peperit; nàm totâ Diæcesi lustratâ, Synodum habuit, in qua saluberrima decreta sancivit; Ecclesiam, & Sacrarium varii generis ornamentis, pretiosàque supellectili ditavit. Corpora * Sanctorum P. Benedicti, & Scholasticæ Virginis ejus Sororis magnificentiori Sarcophago, ex alabastro, sub Ara maxima recondidit; Sanctorum verò Bertharii Abbatis, & Martyris, Appollinaris Abbatis, & Victoris Papæ III., urnis alabastrinis inclusa, in novo Sacello reposuit. Peristylium deinde, quod ante Ecclesiam protenditur, simulacris aliquot Pontificum, Cæsarum, Regum, aliorumque Principum de Sac. Cœnobio benemerentium, opere plastico effictis, additis elegantibus inscriptionibus exornavit, quas nuper Statuas Abbas, & Monachi Casinates indè amovendas, aliasque easdem effigies referentes, ex Carrariensi marmore à celeberrimis Sculptoribus Romæ efformatas, illucque ingenti sumptu advectas, ibidem collocandas curarunt, idem Atrium, totumque adeò Cœnobium pretiosiùs, ac perenniùs decoraturas. Nec minori emolumento, & commodo, criminalem Jurisdictionem in Civitate S. Germani olim à Carolo Primo utriusque Siciliæ Rege Monachis per vim ademptam, Angelus summa ope, multisque opibus, triginta nempe Ducatorum millibus Regiæ Cameræ persolutis, postliminio restituit. Quod verò ad scientiam pertinet, Viri cum primis docti, cui Respublica Literaria haud parum debeat, opinionem illi conciliavit, præter cætera, nova Chronici Casinensis editio, notis eruditissimis, imò potiùs Commentariis illustrata; Eam Clementi IX. Pont. Max. dicavit, qui Angelum à Francisco Cardinali Barberino Romam jam accersitum, suumque Theologum delectum, Episcoporum Examinatorem extrà numerum, & Sacri Indicis Consultorem illicò renunciavit, moxque Calliensem Episcopatum eidem obtulit, quem cum ille renuisset, paulò post à Clemente X. ejus Successore, Archiepiscopus Rossanensis in citeriori Calabria creatus fuit, quin imò, ut Crescimbenius narrat, in ejus Vita, cogitaverat Clemens IX. de Angelo ad majores Ecclesiæ Dignitates elevando, nisi ejusdem Pontificis mors paulò post insequuta, destinatos honores Angelo invidisset. At ipse cum annis quatuor Ecclesiæ Rossanensi laudabiliter præfuisset, supramemorati Cardinalis Barberini suasu, qui ægrè absentem Angelum ferebat, illam spontè dimisit, atque Romam iterum remeavit, ubi dici satis non potest, quâ in veneratione, & amore, ob doctri-

1675, & seqq.

* Vide Socios Bollandianos Godefridũ Henschenium, & Danielẽ Papebrochium tom. 2. mensis Martii fol. 299. n. 3. in Cõmentario prævio ad Vitam S. Benedicti, & ipsũ Angelum de Nuce in responsione ad Hugonẽ Menardum, *de existentia Corporis S. Benedicti Casini § Propositum nobis nõ est &c.* & Julium Ambrosium Lucenti Italiæ Sacræ restrictæ, auctæ &c. col. 1059.

doctrinæ præstantiam, ab omnibus sit habitus, quove ambitu à doctissimis, & dignitate præcipuis, ejus amicitia sit expetita semper, & culta præsertim à Cardinalibus de Lugo, Sfortia Pallavicino, & Aguirre, Prælatisque Ciampino, Severoli, & Albano (qui postea Clemens XI.) Summi quoque Pontifices gravioribus, & difficillimis Ecclesiæ causis eum admovebant, ejus sapientiæ opinione ducti, eò libentiùs, quò spei de illo conceptæ egregiè semper respondit. At Christina Alexandra Sveciæ olim Regina, inter fundatores Academiæ Regiæ, quam ex literatissimis totius Urbis instituit, Angelum, quem *literariæ gloriæ decus* vocabat, adscivit, in qua scilicet Academia plures elegantissimas orationes habuit. Fuit etiam in limine ipsiusmet fundationis celebris Academiæ Arcadum, anno scilicet 1691., omnium votis inter ipsos cooptatus, attributo nomine *Hismenii Langiani*, eique paulò post defuncto solemniter parentarunt, erecto scilicet, publico decreto, in ejus honorem lapide à Cl. Prçlato Marcello Severoli, & in nemore Palatino (quò convenire ad literarias exercitationes tunc solebant) pulcherrimâ eclogâ à Leonardo Gerardo in ejus laudem recitatâ, in qua plurimum commendatur, non solum à doctrina, & eruditione, sed etiam à pietate in Deum, cultu Religionis, exactâ custodiâ Monastici Instituti, amore evangelicæ paupertatis, charitate erga egenos, aliisque virtutibus regulari Præsule, & Episcopo dignis. Sanè laudatus Crescimbenius effusissimam Angeli in pauperes liberalitatem literis consignavit in ejus vita, adeò quidem ferventem, ut necessaria etiam penè sibi subtraheret ad eorum inopiam sublevandam, quod hæroicç, & verè Christianç charitatis indicium est. Vidi ego tunc Juvenis Romæ Angelum senio confectum, ab eoque plures dissertationes de rebus, ut plurimum Ecclesiasticis compositas, didici, quas tamen minimè vidi, nam paulò post nempè an. 1687. ego Româ discessi, Angelus autem planè nonagenarius ibidem obiit anno 1691. die 8. Julii in Ecclesia S. Laurentii in Damaso inter Canonicos sepulchrum adeptus. Sed jam opera, & lucubrationes ipsius, quarum notitiam assequi potuimus, in medium proferamus.

1 *Chronica Sacri Monasterii Casinensis Auctore Leone Cardinali Episcopo Ostiensi, Continuatore Petro Diacono ejusdem Cœnobii Monachis, ex Mss. Codicibus summâ curâ, & fide, quarta hac editione Notis illustrata; Præmittitur in Vitam Sanmi Patriarchæ nostri Magni Benedicti, Spicilegium, unâ cum descriptione pulcherrima tùm antiqui, tùm recentioris status Monasterii Casinensis. Lutetiæ Parisiorum ex officina Ludovici Billaine in Palatio Regio* 1668., & iterum Mediolani an. 1724. ex Typographia Societatis Palatinæ in Regia Curia; Opus omnigena undique eruditione scatens. Cap. autem 28. lib. 3. addidit dissertationem utilissimam de sacris exuviis Sanctissimi Patris Benedicti Casini etiam nunc quiescentis, quæ cùm in Lutetiana editione desideraretur, Romanis typis *Fabii de Falco* anno 1670. impressa, adjecta est ad calcem Chronici cum Mantissa, quç licet Honorii Santilli à Cajeta Casinatis nomen prçferat, ipsius tamen Angeli est, sicut etiam ipsius magna ex parte sunt

2 *Variæ lectiones, & notæ eruditissimæ in Regulam Smi Patris Benedicti* jamdiu impressæ Neapoli sub nomine Pauli Augustini de Ferrariis, ut iterum suo loco monebimus, Deo dante.

3 Ejus etiam legitur pulcherrimum *Elogium* P. D. Severino Fusco Abbatiæ Casinensis, ejusque Diœcesis Regimen tunc primùm suscipienti dictum, incipit. *Patrios tandem lares* &c. est impressum in fine elogiorum Abbatum Casinensium à M. Antonio Scipione conscriptorum pag. 280. & seqq.

Manu exarata.

1 Integer *Cursus Philosophicus*, secundum placita Peripathetica.

2 Absolutissimus *Cursus Theologicus ad mentem D. Thomæ*. Opera profectò subtilissima

lissima, nitidè, ac solidè pluribus tomis digesta, quæ Casini, alibique extant, & discipulis olim explicabantur.

3. *Bibliotheca Casinensis*, quæ manuscriptorum, & aliorum Codicum Casinensium notitiam exhibet, quam typis destinaverat, antiquæ eruditionis plenissima.

4. *Dissertatio de Monachatu, & Professione S. Thomæ Aquinatis*, priùs quàm Prædicatorum Castra ingrederetur, in Sacro Archicœnobio Casinensi; De qua dissertatione Anonymus, *de Monachatu Benedictino D. Thomæ Aquinatis apud Casinenses*, qui est Hyacinthus Serry Ordinis Prædicatorum in Patav. Universitate publicus Theologiæ Professor, impress. Lugduni in 12. anno 1725. pag. 59. „ sed „ & D. Angelus de Nuce, cujus sunt notæ eruditissimæ ad Chronicon Casinense, „ Archiepiscopus Rossanen., Thomam Aquinatem, religiosâ Professione Mona- „ chum, è Benedictinis Casinensibus ad Dominicanos transiisse, in Academica col- „ latione Romæ defendit in Aula Augustissimæ Christinæ Svecorum Reginæ, quò „ eruditorum omnium natio convenire consueverat: Quod cum monstri penè instar „ ab adstantibus exceptum esset, eorumque supercilia, mentesque admiratione „ suspendisset, is ad redimendam dictorum fidem, dissertationem scripto consigna- „ vit, cui titulum dedit *D. Thomam Monachum fuisse Benedictinum ostenditur*; & sæpè in operis decursu, *Virum summum appellat*.

5 *Dissertatio de Caroli Magni effigie depicta in fronte Codicis Sacrorum Bibliorum*, qui extat in Sacrario Basilicæ S. Pauli de Urbe, de qua mentionem facit Joannes Mabillonius in Musæo Italico pagina 7. est Ms. lingua Italica apud me; continet paginas integras 16. in fol.

6 *Censura super quatuor propositiones Cleri Gallicani*, quæ emanarunt anno 1682. in Comitiis Generalibus ejusdem Cleri Parisiis habitis, quæ Censura inter alias jussu Innocentii XI. Pontificis Max. à doctissimis Theologis Urbis in easdem propositiones conscriptas, plurimum fuit probata; Quædam ex his diligenter, & singulari æstimatione asservata extitisse apud Sanctissimum olim D.N. Clementem XI. in sua privata Bibliotheca, Auctor est Crescimbenius in Angeli vita à se conscripta, quædam verò in Bibliotheca Othoboniana, quædam denique apud N. Baronium Soranum, qui pariter ejusdem Angeli asservabat subsequens opus, nempè:

7 *Volumen Carminum Italicorum* visum ab eodem Crescimbenio, qui in suis Commentariis vulg. Poes. vol. 3. pag. 306. asserit, floruisse Angelum etiam Poetica facultate, variasque Italica linguâ Odas, & Cantica ad Fulvii Testi, & Virginii Cæsarini methodum conscripsisse, doctrinę quidem, ac sententiarum splendoribus referta, sed tamen ad illius Sæculi morem à recentiorum ingenio planè diversum, efformata, specimenque eorum affert hujusmodi.

D' oro, e di gemme il sen gravido renda
Febo in virtù de' suoi splendori al suolo,
Non osi fiammeggiar astro nel Polo,
Che dal lume di lui luce non prenda &c.

bi legenda, sunt enim 12. strophæ quaternis versibus constantes

Orationes habitæ in Academia Serenissimæ Reginæ Svecorum, quæ extant Mss. n Bibliotheca Othoboniana, quæ ipsius Reginæ fuerat, & apud supradictum Baronium Soranum.

Volumen Epistolarum Familiarium, quod erat penès Ducem Turris Philomarinum, qui easdem publici juris facere jam parabat, nisi Auctor tunc vivens seriò l prohibuisset.

Dissertatio an S. Ignatius verè fuerit primus Auctor Libelli Exercitiorum, dùm ud Manresam degeret, qui Libellus Garsiæ de Cisneros Abbati, qui S. Ignatio itiquior fuit, tribuitur; Ejus Libelli vetus exemplar, nomen Cisnerii deferens,

Barchi-

Barchinone ante S. Ignatium impressum, mihi ipsi ostendit, cujus tamen cum Libello Exercitiorum S. Ignatii collationem tunc minimè feci. Daniel autem Bartholus in Vita S. Ignatii Italicè scripta, plurimum discriminis inter librum utrumque interesse contendit. Hanc dissertationem ipse Angelus misit Patri Pallavicino Jesuitæ, qui librum suum *Defensionis Ecclesiæ &c.* Angelo emendandum dederat.

11 *Dissertatio*, qua Paschasio Quesnellio demonstratur jure optimo à Romanis Censoribus interdictum fuisse librum suum *S. Leonis Magni*; quam dissertationem plurimùm mihi olim laudavit scientissimus, ac omnium librorum, & doctrinarum tunc vivum Emporium, Antonius Magliabecchius Serenissimi Magni Ducis Hetruriæ Cosmi III. olim Bibliothecarius; Alia etiam multa partim Casini asservantur Mss., partim alibi, quorum tamen distinctam notitiam nondùm obtinui.

Non abs re autem fuerit eas hic inscriptiones adferre, quæ ab Angelo olim scriptæ variis in locis Casini affixæ sunt, non solùm, ut ex ungue (ut ajunt) Leo dignoscatur, sed etiam ne ex parietibus ævo tandem deletæ, omninò pereant.

In Vinea Sancti Rachisii.

Rachisii Longobardorum Regis, & Monachi Vineam
Regia manu olim consitam, & excultam,
Ut Regium Christianæ abjectionis exemplum
In posterum memoria revivisceret.
Post nongentos annos in eodem solo
Ædiculâ etiam constructâ,
Repastinandam curavit Abbas Casini Angelus
Anno MDCLX.

Ad Januam Cœnobii.

Fornicem saxis asperum, ac depressum
Tantæ moli aditum angustum
Ne mireris Hospes
Augustum fecit Patriarchæ Sanctitas
Venerare potiùs, & sospes
Ingredere.

Supra Portam Propylæi.

Heroibus
Benemerentibus
Casinates
Propriæ pietatis argumentum
Monimentum alienæ.

In Sepulchro Sanctorum Patris Benedicti, & Sororis Scholasticæ.

Benedictum, & Scholasticam
Uno in terris partu editos,
Una in Deum pietate Cœlo redditos,
Unus hic excipit tumulus
Mortalis Depositi pro æternitate
Castos.

Angeli vitam (ut jam innuimus) scripsit Italicè Jo. Marius Crescimbenius Maceratensis Academiæ Arcadum Generalis Custos, inter vitas Illustrium Arcadiæ Academicorum, impressas Romæ anno 1708. in 4., ubi doctissimum eum appellat, & de re literaria optimè meritum, quamvis (ut frequentèr evenit, cum res non quidem propriis oculis, sed ex aliorum narratione, auribus accipiuntur) non sine aliquot circa ejus fortunam erroribus, quos tamen in secunda suorum Commentariorum editione vol. 2. par. 2. pag. 321. ingenuè fatetur, & corrigit.

Ejus

Ejus etiam vitæ compendium, ex Crescimbenio, confecit Italicè, *& inter notitias historicas Arcadum defunctorum*, quæ Romæ impressæ sunt apud Antonium de Rubeis anno 1720. evulgavit tom. 2. pag. 285., & seqq. Edisius Acteus P. A. Coloniæ Sebetiæ, idest Thomas Perronus Aletinus.

Angelum præterea eximiè laudant Octavius Ferrarius in Patavina Universitate Eloquentiæ Professor, in Epistola ad eum scripta. Cardinalis Leander Colloredus recolendæ memoriæ, Epistolâ ad eum datâ, vocavit Angelum *Ecclesiasticæ eruditionis ornamentum*. Nicolaus Antonius Bibliothecę Veteris Hispanę Romę editę lib. 5. cap. 2. num. 57. ubi eum Virum in paucis doctum, ac prudentem, ejusque notas, ad Casinensem Historiam. eruditissimas vocat. Joannes Mabillonius Itin. Ital. pagina 55. ubi indicem veterum Codicum Bibliothecæ Casinensis, atque Anonymi libellum *de expeditione Sacra* sub Urbano II. ab eo se accepisse testatur. Iterumque ejusdem Itineris pag. 70., & Bibliothecę Ecclesiasticę cap. 22. alibique. Theodoricus Ruinart Monachus Congregationis S. Mauri in Compendio vitę ejusdem Mabillonii impress. Parisiis in 16. an. 1709. pag. 1265. Gabriel Bucelinus in Benedicto redivivo ad annum 1664., ubi de eo agit, insigni Angelum prosequitur elogio, quod idem facit Virginius Aluiset in libro *de Murenulis aureis Sac. Vestis Sponsę Regis æterni*. Julius Ambrosius Lucenti Ital. Sac. rest. auct. paginâ 1057. Nicolaus Toppius Bibliothecæ Neapol. pag. 18. col. 2. & pag. 348. in additionibus. Philippus Rondininus in lib. *de Monasterio Casemarii* impresso Romæ an. 1707. pag. 54. & seq. Bernardus Pez Monachus, & Bibliothecarius Mellicensis Epistolâ decimâ apologeticâ pag. 200. impressâ Campiduni anno 1715. Felix Egger Monachus Pethrusianus Idea Ordinis Hierarchico-Benedictini impress. an. 1717. to. 2. par. 3. pag. 246. Auctor * Anonymus responsionis *de Fabula Monachatus Benedictini* D. Tomæ Aquinatis impress. Venetiis in 12. 1724 pag. 6. ubi *Virum magni nominis, & eruditionis famâ clarissimum* eum vocat. Justus Fontaninus in libro, cui titulum fecit, *l' Aminta di Torquato Tasso difeso, & illustrato*, impresso Romæ an. 1700. novem scilicet ab obitu Angeli nostri annis, cap. 11. pag. 263., *Prælatum selectissimæ, ac reconditæ eruditionis, eum appellat*, ejusque sententiam de origine Italicæ linguæ, quam paginâ 168. num. 698. Chronici Casinensis tradit, non aspernendam putat, in Gallia nempè Cisalpina, Longobardis ibidem rerum potientibus, natam, & in Hetruria postea expolitam, comptam, & nitidiorem effectam. Novissimè Scipio Maphejus in Hist. Diplomatica lib. 2. num. 15. pag. 97.
„ è celebre tra gli altri il regesto di Pietro Diacono Cassinense citato più volte nelle
„ note à Leone Marsicano dal Padre Don *Angelo della Noce*, che d' alcuni punti
„ Diplomatici trattò quivi prima d' ogni altro.

* Is est Fra Bernardus de Rubeis Ord. Prædicatorū.

Sed omnium nobilissimum elogium sunt pauca illa verba à Crescimbenio allata, quæ Sanctissimus olim D. N. Clemens XI. effatus est, ut primùm vitam ipsius Angeli imprimendam audivit; sic enim, inquit Prælatus quidam Nomine ipsius Pontificis; *Gode Nostro Signore, che si publichi la vita di Monsignor Arcivescovo di Rossano, avendolo sempre considerato, come uno de' primi lumi della Corte di Roma.*

Nec omiserim tamen Ludovicum Antonium Muratorium in Prętatione ad *Chronicon Leonis Ostiensis* impressum nuper Mediolani ex Typographia Societ. Palatinę an. 1723. tom. 4. *Rerum Italicarum* pag. 153. laudare utique postremam Chronici Casin. editionem ab Angelo de Nuce Commentario, sive Annotationibus adornatam, tamquam reliquis præcedentibus præstantiorem, *in qua eruditus Homo complura quidem utilia adnotavit, & loca non pauca illustravit*; sed statim criterium nimis acrè subjungit, veluti *inutilia etiam multa ex intemperanti scribendi prurigine commentatus sit*; quodque adhuc aculeatius est, non fuisse asserit Angelo de Nuce *eam reconditæ, minimèque vulgaris eruditionis copiam, quam Leonis Marsicani*

egregius liber exposcebat &c. At si ipsius etiam Censoris, alioquin doctissimi, opera eadem trutinâ expendantur, nonnè inutilia multa, & præter rem ex scribendi prurigine exarata alicubi in eis inveniantur? Quis enim liber præter divinos codices omni propemodû nævo carens? Angeli verò de Nuce ad Casinense Chronicon notæ à celeberrimis, & clarissimis Viris, quos supra laudavimus, maximo semper in pretio hactenùs sunt habitæ. Certè ipse Angelus de Nuce in Epistola ad Lectorem, quam Chronico Casinensi præmisit, hæc de iisdem suis notis protestatus est.
„ Quod attinet ad notulas meas, hæsi diù anceps, an multas præstaret missas fieri,
„ expungique velut è manipulo, etiam centuriatas exauctorari, sed Casinates mei,
„ quibus præcipuè hanc operam navo, auctores mihi fuerunt, aleam ut jacerem, eam
„ afferentes causam, quod cum non omnes Musis litaverint, & Minervæ, ea
„ ratio consultissima est, quæ prodesse possit universis. Quæ verba si Muratorius perpendere voluisset, ab ea in Angelum adeo illiberali censurâ animum forsitan, & calamum temperasset; ut æquioris critices Canones persanctè exposcunt,* à Lamindo Pritanio traditi.

* Buòn Gusto cap. 2. & 3. &c.

ANGELUS cognomine PERFECTUS, Patriâ Neapolitanus, professionem Monasticam emisit Neapoli in Cœnobio Sancti Severini anno 1622. ubi postea fuit Prior, demùmque Abbas Titularis (Abbates autem Titulares apud nos illi sunt, qui vel ex Abbatibus, ut vocant, regiminis, se in ordinem redegerunt, vel qui Prioratu abdicato, viam sibi ad ulteriores dignitates præcluserunt, utrisque enìm Abbatis titulus confertur, sine ullius officii onere, & sine etiam voce activa, vel passiva ad Prælaturas, quod semel monuisse sufficiat). Floruit Angelus non solùm humanis, sacrisque literis, tùm versu, cùm prosá, sed multò magis religiosis moribus, ac virtutibus; Discipulus namque Aloysii Carafa * Viri Sanctitate percelebris, cujus vitam literis consignavit, optima documenta, quæ à tanto Magistro, & verbo, & exemplo perceperat, impigrè exequutus, ad perfectionem magno conatu tetendit, donèc ad metam in Cœlis, ut fas est credere, per temporalem mortem perveniret, quæ ei fœlicitèr contigit anno 1672. relictâ perfecti Monachi famâ, ac plerisque ingenii sui monumentis, quorum isti sunt tituli.

* de eo supra.

1 *Lapsi, puniti, ac reparati Orbis Catastrophe Poema Sacrum*, ubi multa alia sacra epigrammata, & elogia leguntur; omnia unico inclusa libro, impresso Neapoli an. 1666. apud Castaldum, Joanni Caramueli Campanensium, & Satrianensium tunc Episcopo dicato.

Dividitur hoc Poema in tres partes, in prima Adam lapsus, in secunda Adam punitus, in tertia Adam reparatus describitur; Incipit

Multiplices cantu mens est attingere fraudes
Dæmonis, & quantâ primævos arte Parentes
Fallere quæsierit Veterator; Quæ mala lapsis
Obtigerint, quæ pœna reis; Quæ denique tanto
Pharmaca composuit morbo factura salutem
Omnipotens Paeon &c.

Adnectitur Poesis varia, in qua plura, eaque omnia sacra argumenta eruditè æquè, ac devotè pertractantur, nempè

Cœnotaphium Humanæ Naturæ.

Rogo Purgatorio flagrantes Beati Manes.

Plura de Beatissima Virgine, ejusque festivitatibus, præcipuè *Epigrammata novem in ejusdem salutationem Angelicam in novem itidem partes distributam.*

Plurima de D. N. Jesu Christo, præsertim *de salutifera ejus Passione.*

Quædam etiam de Sanctis nempè *Lucia, Gertruda, Scholastica, & Benedicto.* Hæc continet varia Poesis. Scripsit præterea Angelus Italicâ linguâ

2 Il

2 *Il Contemplativo Casinense ideato nella vita, e nell' heroiche virtù del Rev.mo Padre D. Luigi Carafa Abbate dell' Ordine del Gran Patriarca S. Benedetto.* Neapoli apud eumdem 1667. in 4. Vita hæc describitur pagg. 92., ejus virtutes heroicæ pagg. 30. Gratias verò, & beneficia ejus precibus obtenta pagg. 16. adduntur quædam Italica epigrammata, & latina elogia in laudem ejusdem Ven. Servi Dei.

Manu exarata.

De arte amandi, seù de vero amore parando, atque tuendo, labore, & studio P. D. Angeli Perfecti concinnatus liber anno 1665.

Asservatur Neapoli in Monasterio S. Severini. In Bibliotheca verò S. Georgii Majoris Venetiarum extat Angeli Perfecti *Direttorio Monastico per la risoluzione de' dubbi di coscienza nell' osservanza della Regola Benedettina*, à me visum anno 1718. ibidem Ms. sig. num. 328.

De eo agunt Benedictus Laudati in brevi Chronico Sancti Severini Ms. par. 2. pag. 358. „ Fuit Vir juxtà suum nomen verè Angelicus, & Perfectus, Discipulus „ enim Aloysii Carafa magni illius Servi Dei, à tanto Magistro omnes Religiosi Viri „ veras, solidasque virtutes didicit, & ad obitum usque semper exercuit, illibatum „ scilicèt vitæ candorem, silentium, paupertatem, literarum optimarum studium, „ zelum honoris Dei; otii autem juratus hostis, succissivis horis pingebat parvas „ imagines in pergamenis membranis aqueis coloribus tenuissimis, quod nos Itali „ *miniare* dicimus, idest, ex minio acutissimè velut acu pingere; obiit anno 1672. „ cum optimi Religiosi famâ.

Nicolaus Toppius Bibliot. Neapol. pag. 19., sed satis jejunè, cum solum afferat Opus *Contemplativi* &c. & alia Opera omittat.

Bernardus Pez in Epistolis Apologeticis pagina 25.

ANGELUS PETRA, vulgo * PRIA, Moneliæ, quod est Oppidum Liguriæ in lucem editus fuit; Genuæ autem apud S. Benignum Monachi cucullum induit an. 1569. die 20. Novembris. Laudem verò indè retulit, quod Arithmeticæ scientiam, quâ valdè præstabat, ad commune commodum direxit, exhibitâ facili methodo utendi codicibus, quos Arithmetici *Duplices* vocant, aliisque regulis pro ineundis ritè, ac reddendis rationibus, ex quibus plurima omnibus utilitas; At insignis hic Computator, Casini dies vitę numerare desiit, anno 1590. mense Julio, ibidem in D. Annę Cœmeterio sepultus. Ejus opus hoc titulo gaudet:

* Lingua Ligura.

Indrizzo degli Economi, ò sia ordinatissima Istruzzione da regolatamente formare qualunque Scrittura in un libro doppio, aggiuntovi l' Esemplare di un Libro nobile col suo giornale, ad uso della Congregazione Casinense. Opera nuova non meno, che necessaria a' Religiosi, che vivono delle proprie rendite, & ad ogni Padre di Famiglia. In Mantova per Francesco Osanna l' anno 1586. in fol.

De eo agunt Arnoldus Wion Lign. vit. lib. 2. pag. 402. Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligustico pag. 36. Michael Justinianus in Scriptoribus Liguriæ Pag. 79. Antonius Possevinus in Apparatu Sacro tom. 1. ubi dicit, scripsisse eum Italicè ad eruditionem Computistarum, & Cellerariorum, quæ quadantenus pertinent ad Ecclesiasticos præcipuè Regulares, *de modo* &c. Ludovicus Flori Soc. Jesu in *Trattato del modo di tenere il Libro doppio domestico*, impresso Panormi, & Romę apud Varesium anno 1677. in proœmio: „ Sapeva, che il M. R. P. Don Angelo Pietra „ Monaco di S. Benedetto nel libro, che intitola *Indrizzo degli Economi*, ne trattava „ così bene, e con tanta distinzione, che a mio giudizio non si può avanzare, onde „ per questa cagione io non mi ci poteva applicare, parendomi, che questa mia „ fatica sarebbe superflua, e che ciò sarebbe un voler far quello, che già era fatto, „ e molto ben fatto; Ma perche poi mi sono accorto, che se bene la detta Opera è „ per se stessa chiarissima, & eccellentissima, nondimeno è da pochi, che io sappia,

• di Sicilia. „ e forsi da niuno in questi Paesi * usata, per esser, come io credo, da pochi intesa, „ ò sia, perche l' Autore tratti con termini del suo Paese, ò pure, perche le persone „ non leggono con applicazione, nè vogliono durare un poco di fatica, per apprenderlo, mi sono risoluto &c. a scriver quello, che io stesso hò osservato circa l' esattezza, e diligenza del detto Autore in questa materia, e far palese a chiunque se „ ne dovrà servire, che il modo da lui dato è il più vero, il più chiaro, il più distinto, „ il più utile, e il più accertato, che in materia di tener Scrittura, ò Libri de' Conti „ de' Religiosi, ò d' altri, che vivono delle proprie entrate, sia stato mai sinora „ ritrovato, & io, che pure per qualche tempo sono andato, con gran desiderio, e „ sollecitudine, cercando di vederne quanti ne ho potuti avere, avendone veduti, „ e considerati molti, affermo ingenuamente, che, secondo il mio poco giudizio, non „ ho veduto, nè trovatone alcuno, che per il fine, che si pretede, sia più a proposito „ di questo &c. In nostris Regestis pag. 173. de eo dicitur; *fuit insignis Computator*; *Scripsit methodum Computatorum*, & in alio Regesto pag. 204. *fuit eximius Ratiocinator, & Computista, & aliquandò vocatus à Principibus*. Inter Epistolas Angeli Grylli impressas Venetiis anno 1612. plures leguntur amoris, ac benevolentiæ plenę ad Angelum Petram, nempè pag. 190. 191. 192. 193. 239.

ANGELUS MARIA QUIRINUS, inter Venetos Patritiâ Familiâ ortus, ab ipsa pueritia præstantis ingenii, & ad meliores literas mirè propensi specimen dedit. Brixiæ in Collegio Patrum Soc. Jesu Humanioribus, & Dialecticis studiis incubuit; quo tempore de Monastica Religione capessenda deliberavit. Patrio propterea solo relicto, Florentiam contendit, ibique in Cœnobio Sanctę Marię, quod per antonomasiam *Badia* dicitur, regularis militiæ tyrocinium posuit anno 1698. die prima Januarii; sed tanta jam erat ejus virtus, tanta doctrina, ut brevi, quamvis admodùm juvenis, omnium præceptor evaserit. Theologiam primò, & Sacros Canones docuit, mox Divinos Codices cum laude est interpretatus, Hebraicæ nimirùm, Grecęque linguę, quam optimè callebat(nàm in ea Cl. Antonium Salvinũ Præceptorem habuit) varięque eruditionis subsidio. Ob egregias mentis, animique dotes satis jam celebris, à Cosino III. Magno Hætrurię Duce, publicus in Pisana Universitate Professor fuit expetitus; quem tamèn honorem ne Quirinus admitteret, causę aliquot rationabiles intercesserunt. More veterum Sapientum exteras subindè Regiones peragravit, Galliam, Germaniam, Belgium, Britanniam, pretiosiores undique scientiarum opes acquirens, & selectissimam Bibliothecam sibi comparans. Parisiis aliquandiù substitit, celeberrimas Bibliothecas diligentèr perlustrans, virosque doctissimos, Maurianę præsertim Congregationis sapientissimos Monachos continuò invisens, ex quorum consuetudine utilitatis haud parùm hausit. Reversus in Italiam in majoribus Comitiis Patavii celebratis, Generalis Congregationis Historiographus electus, singula ferè Cœnobiorum Tabularia sedulò pervolutavit, antiqua, & recentiora monumenta ad Monasticam Italiæ Historiam efformandam undique copiosissimè colligens, in duodecim planè tomos distribuenda. Anno 1715. Romam perrexit, ubi statim ejus virtus summis Aulæ Proceribus, ipsique Maximo Antistiti Clementi XI. innotuit, ab eoque Sacrę Inquisitionis *Qualificator*, Sacrorumque Rituum, & Indicis *Consultor* est renunciatus. Cum verò idem doctissimus æquè, ac Sanctissimus Pontifex novam Congregationem, veterum Codicum Orientalium Ecclesiasticorum emendationi, & correctioni præponendam, institueret (imò verò restitueret, nàm Urbanus VIII. illam olim erexerat, & Lucę Holstenio, Leoni Allatio, Joanni Morino, aliisque Viris eruditissimis, eam Provinciam administrandam tradiderat) Quirinus ad tanti muneris negotium, unà cum Antonio de Simeonibus, Carolo Majella, Petro de Benedictis, cœterisque, ab eodem Clemente delectus fuit, quibus communi studio

à Græ-

à Græcorum Triodio initium sumentibus, Quirinus aliquot ejus partes Latinis literis consignavit; deindè Orthodoxa veteris Græciæ officia transferre aggressus, Officium Quadragesimale in Latinum sermonem convertit, & Diatribis illustravit, ut mox singillatim narrabimus. Nec interim ejus virtuti præmia defuere, nàm Abbas Cœnobii Florentini, ubi Professus fuerat, constitutus, haùd ita multò post ab Innocentio XIII. Archiepiscopus Corcyrensis creatus fuit anno 1723., ubi optimarum literarum studia, & Apostolicum zelum magis, magisque in dies exercuit. Anno verò 1727. à Sanctissimo D.N. Benedicto XIII. ad Brixiensis Ecclesiæ Cathedram fuit translatus, retentâ nihilòminus aliquandiù, ejusdem Pontificis jussu, Corcyrensis Archiepiscopatus administratione, ac insupèr eodem anno inter Sanctæ Universalis Inquisitionis Consultores (munus id est maximi honoris, ac momenti) ab eodem Summo Antistite est cooptatus: demùmque eodem item anno die 26. Novembris à laudato Pontifice Maximo Sanctę Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis fuit electus. Sed nos ejus lucubrationes temporis serie, quâ scriptę sunt, recenseamus, quarum isti sunt tituli:

1 *Oratio de Mosaicæ Historiæ præstantia habita Florentiæ in Abbatia S. Mariæ PP. Casinensium à D. Angelo Maria Quirini Veneto &c. ibidem Sacrarum Literarum Professore. Cæsenæ Typis Petri Pauli Receputi anno* 1705.

2 *Theses de Lingua Sancta*; ibidem ad calcem antedictæ Orationis.

3 *De Monastica Italiæ Historia conscribenda*, dissertatio impressa *Romæ ex Typographia Antonii de Rubeis in Platea Cerensi anno* 1717. in 4. pagg. 104. præter Epistolam nuncupatoriam, & Præfationem. Liber est valdé eruditus, optimo stylo, & eleganti sermone exaratus: Clementi XI. Pontifici Maximo inscriptus. In decursu methodum, rationemque Italico-Monasticæ Historiæ conscribendæ à se ineundam exponit, totamque dissertationem tredecim annotationibus claudit.

4 *Rerum Monasticarum Italiæ* tom. 1. Cœnobium Farsense. Opus in tres partes distributum, in quarum prima undecim dissertationibus, Ecclesiastica, & Civilis Historia ex monumentis potissimùm Farsensibus illustratur. In secunda, Historia Farsensis Cœnobii, series, & Chronologia Abbatum exhibetur. In tertia Chronicon Farsense antè 600. annos à Gregorio Catinense * conscriptum, aliaque ex Farsensi Tabulario anecdota producuntur. Ms.

* di Poggio Catino.

5 *Synaxarium Mortuorum*, quod à Gręcis recitatur Sabatho Hebdomadę *apocrèu*, idest Carnis-privii, quando scilicèt in extremâ antè Quadragesimam hebdomada carnes ultimò comeduntur.

6 *Synodicon Sanctæ, & Œcumenicæ septimæ Synodi à Græcis cantari solitum Dominica prima Tòn nistiòn*, idest Jejuniorum. Hæ duę lucubrationes, quę sunt partes Triodii Græcorum, unâ cum aliis ad idem Triodium spectantibus, impressę sunt Romæ anno 1719. typis Collegii de Propaganda Fide. Anno autem 1721. totum Officium Quadragesimale à se translatum evulgavit sub hoc titulo.

7 *Officium Quadragesimale recognitum, & castigatum ad fidem præstantissimi Codicis Barberini, in latinum sermonem conversum, atque Diatribis illustratum &c. Curâ, & labore D. Angeli Mariæ Quirini Veneti Abbatis S. Mariæ de Florentia Sac. Indic. & Rit. Consult., & S. R., & Univ. Inquis. Qualific. Sanctissimo D. N. Innocentio XIII. dicatum tom.* 1. *Romæ anno* 1721. *typis Galeatii Chracas*.

8 *Diatribæ ad priorem partem veteris Officii Quadragesimalis Græciæ Orthodoxæ; Authore D. Angelo Maria Quirino Veneto Abbate S. Mariæ de Florentia Romæ* 1721. apud eumdem.

Diatribæ autem sunt istæ. 1. *De origine, & antiquitate Sacræ Græcorum Synaxeos*. 2. *De Authoribus Officii proprii Quadragesimalis Græcorum*. 3. *De Dominicis, Hebdomadibus Quadragesimalibus Græcorum*. 4. *De erroribus, quibus edita*

edita Officii proprii Quadragesimalis Græcorum exemplaria conspurcantur, quibusque omninò vacant veteres Codices Mss. 5. *De Triodicis, & Theotociis Quadragesimalibus*. 6. *De veteri Quadragesimali Græcorum Typico*. Item edidit

9 *Vitam Latino-Græcam S. Patris Benedicti*, in qua Textus latinus, Authore Gregorio Magno, cum duobus Codic. Mss. Sublacensibus nunc primùm comparatur, exhibitis etiam variantibus veterum editionum lectionibus. Versio Græca, Authore Zacharia Papa, eàdem ratione cum Codic. Ms. Abbatiæ Florentinæ confertur. Altera pars, Veterum Carmina, Sermones, & Homilias de S. P. Benedicto, complectitur. Postrema, Variorum notas in eamdem vitam contractas, & ad examen revocatas, in medium affert. Venetiis 1723. apud Antonium Bortoli.

10 *Primordia rerum Corcyrensium ex antiquissimis monumentis illustrata Smo D. N. Benedicto XIII. dicata*. Licii apud Mazzeum anno 1725.

De eo cum laude mentionem faciunt Ephem. Liter. Italiæ Ven. edit. an. 1718. tom.30. art.3. à pag.56., usque ad 85. ubi Reipublicę Literariæ commune votum, maximamque expectationem operis adeo conspicui (Monasticæ nempè Italiæ Historiæ) eidem Italię, Patriæ, Ordini supremum decus allaturi, sincerè exponunt, & iterum tom. 34. anno 1723. art. 13. pag. 531. & sequ. ubi de vita Latino-Gręca S. Benedicti ab eo concinnatâ.

Comes Laurentius * Magalotti Florentinus Vir doctissimus tractatum suum de Anima Brutorum, & alia quædam, ad Angelum Mariam Quirinum direxit.

* Obiit anno 1711.

Novissimè Virginius Valsechius in Epistola ad Cl. D. Guidonem Grandi, *De Veteribus Pisanæ Civitatis Constitutis* impressâ Florentiæ anno 1727. Typis Regiæ Celsitudinis pag. 48. hæc de Angelo Maria Quirini profert. „ Insignia Gentilitia „ *Quirinorum de Domo majori (della Casa maggior)* quę describit * Zabarella pag. „ 60. & 61. eadem sunt, quæ modo præferunt DD. Quirini, ex quibus Illustrissi- „ mus, & Reverendissimus D. *Angelus Maria Quirinus*, ex Abbate mei Florentini „ Cœnobii, primùm Archiepiscopus Corcyrensis, & nunc Brixię Patrię meę Episco- „ pus, ut mittam olìm (quà re nihil mihi optabiliùs, aut jucundiùs accidere pote- „ rat) meum in Florentino ipso Cœnobio, cùm Monastici Tyrocinii, tùm studio- „ rum fuisse amantissimum: ac planè gestio, eumdem tot pręclarissimorum Anti- „ stitum, quos Quirina Gens protulit, eximias virtutes ęmulari &c.

* Jacobus Hist. Famil. Quirinæ.

Nec silentio prætereundum puto, inter varia carmina in laudem Joan: Quirini ejus fratris cum D. Marci Procuratoria purpura donaretur, composita, typisque edita, hoc etiam legi pag. 26.

Ad Angelum Mariam Quirini ejus fratrem Epigramma.

Non Batavos, claroque unà cum fratre Britannos
Non quæ Rhenus obit, Sequana, & arva rigat.
Non quæ Belga colit sublimibus oppida muris
Ullus adire pudor, nullus adire timor.
Auctus cum magno se præbet Frater honore
Spectandum, & Veneti Principis ora subit.
Frater abes latitans Tyrreno sub lare? lucis
Hujus lætitias quin cumulare venis?
Te videant Cives, atque alter clarus honore
Contempto, sumpto clarus, & alter erit.

At Quirinus noster hoc hexasticho ibidem edito, respondit.

Dum Veneto aspicio rutilantem murice Patrem
Purpureisque nitet Frater uterque togis,
Dumque triumphalis resonant spectacula pompæ

Et

Et geminat plausus Adria læta suos.
Haud equidem invideo, tumeo minus, Ipsa Casini
Lana oculis magis est ambitiosa meis.

Ad quod alio hoc Epigrammate, quod ibi paritèr legitur, responsum fuit.

Quo Pater Adriaco fulget, quo murice fulsit
Patruus, en humeros frater uterque micat.
Et plausus inter populi, quas aurea vestis
Texit multa, vias conspiciendus obit.
Te prius ornasset majorem purpura, malles
Hanc nisi velleribus posthabuisse sacris.
Hoc licuit: sed quæ tibi purpura sacra paratur
Ponere te invitum vellera sacra volet.

ANONYMUS Monachus Casinensis scripsit.

Breve Chronicon rerum Neapolitanarum, impr. Neapoli anno 1626. in 4.

Ita mihi scripto, & voce asseruit Eques Prosper Mandosius Romanus, Romanæque Bibliothecæ Author.

ANONYMUS Monachus Congregationis Casinensis scripsit Italicè Poema, cui titulum fecit.

S. Benedetto, o Monte Casino, e Subiaco illustrati, Canti tre in ottava rima, extant Mss. in uno volumine in 4. Aretii in Tuscia in Archivo Cœnobii nostri SS. Floræ, & Lucillæ à me viso anno 1709. in reditu Papiâ Romam.

ANONYMUS alter nostræ Congregat. Monachus scripsit Italicè majus adhùc, *Poema in laudem D. P. Benedicti Canticis* 25. *distinctum octavo rythmo*, sed desunt duo priora Cantica: Sunt styli antiqui, & subasperi, at non indocti, extant ibidem Mss. visa à me eodem tempore.

ANONYMUS nostræ Congregationis Monachus composuit

Concordiam duodecim Tribuum Israel, cum totidem Ecclesiis, nempè Hierosolymitana, Antiochena, Alexandrina, Constantinopolitana, Romana, Ephesina, Smirnensi, Pergamensi, Tiatyrensi, Sardicensi, Philadelphiensi, Laodicensi; ubi varia symbola, & figuræ, & emblemata optimè efformata conspiciuntur. Extat ibidem visa à me eodem tempore.

ANONYMUS nostræ Congregationis Monachus scripsit librum verè aureum cui titulus,

Paradisus deliciosus in apparitione Domini impress. Parmæ per Franciscum Ugolettum anno 1505. in 4. habet cap. 70. cujus meminit Arnold. Wion lib. 2. cap. 72. pagin. 440.

De hoc vide infra in Hilarione de Cartharìis.

ANONYMUS nostræ Congregationis Monachus scripsit copiosè

Tractatum de Confessione, quæ Exomolegesis dicitur, dicatum Sacerdotibus, Confratribus, & Monachis Congregationis Casinensis; extat Ms. in Bibliotheca S. Salvatoris Papiæ; in fronte legitur Tractatulus impres. antiquis typis, *Probæ Falconiæ*, excerptus è Virgilii carminibus, alludens ad vetus, novumque Testamentum.

ANONYMUS nostræ Congregationis Monachus edidit honestam, & elegantẽ *Odin de vita solitarea*; Teste Hilarione Corbetta (de quo infra) in libro suarum Epistolarum Mss. pag. 441.

ANONYMUS nostræ Congregationis Monachus scripsit *de Jure, & usu Pontificalium Abbatum, & de potestate Abbatis circa collationem Ordinum minorum suis subditis sæcularibus intra fines propriæ Diœcesis commorantibus*; impressus liber anno 1629. promittit Author se editurum tractatum alium de potestate Abbatis.

ANONYMI nostræ Congregationis Monachi, atque Abbates composuerunt

Librum

Librum magnum in folio Sermonum, & Concionum linguâ Italicâ, quæ in sacris Solemnitatibus haberi solent, in quo tamèn adest sermo valdè prolixus, *de Passione Domini*, qui præfert nomen *D. Placidi ab Asula* Abbatis S. Petri in Glassiate Mediolani, reliqui sunt sine nomine, extat hoc volumen Ms. Bononiæ in Bibliotheca S. Proculi à me visum anno 1709. in reditu Ticino Romam.

ANONYMUS Casinensis Academicus *Inquietus* recognovit, & auxit librum utilissimum, & eruditissimum, cui titulus,

Tesoro delle gioje &c., raccolto dall' Academico Ardente etereo, rivisto, & accresciuto dall' Academico Casinense Inquieto *in Padova per Donato Pasquati* 1630. in 12. Idem Anonymus hoc aliud opusculum edidit

Discorso novo in Materia del Gran Cometa, che si vide dal principio del Novembre di quest' anno 1618., *composto per l' Academico Cassinense, detto* l' Inquieto, *con la dichiarazione della Grandezza, e sue qualità, è delli suoi prodigi in* 4. *Venezia appresso Antonio Turini* 1619. est solummodo pagg. 4. promittit autèm Auctor se scripturum de aliis etiam Cometis visis annis 1512. 1521. & 1525. 1530.

ANONYMUS nostræ Congregationis Monachus scripsit Romæ

Librum de anno Jubilæi 1625., *deque rebus in eo, tùm apud Basilicam S. Pauli de Urbe, quàm in ipsa Urbe, sacris, profanisque factis*, est liber in 4. apud me Ms.

ANONYMUS nostræ Congregationis Monachus edidit nupèr;

Vita, e miracoli di San Mauro Abbate &c. insieme coll' Istoria del Monastero di Glannofolio, fondato dal medesimo Santo, e diverse traslazioni delle sue Reliquie fatte in più luoghi, divisa in due parti, descritta da N.N. Monaco Benedettino della Congregazione Casinense in Lucca 1722. *per Domenico Ciuffetti* in 8. pag. 212 Author est D. Deodatus Bartholini à Florentia, Abbatiæ Florentinę Alumnus, ut constat ex approbationibus, & facultate Rmi P. Præsidis ad calcem libri positis.

ANSELMUS BANDURI nobilis Ragusinus Congregationis Melitensis, vulgò Meleda, in Mari Adriatico, Monachus, inter nostros recenseri meretur, tùm quia ab ipsa Juventute apud Montem Caveosum in Apulia, Aversæ, Romæ, & Florentię nobiscum vixit, studiisque severioribus sub nostris Præceptoribus operam dedit; ad hunc enìm finem in Italiam missus fuerat, tùm quia ardenti desiderio à Melitensi ad Casinensem Congregationem transire optavit, ac instantèr petiit, jamque à nostris ob raras animi, ingeniique dotes, per quam libentèr in Monasterio Sancti Laurentii de Aversa inter Professos cooptatus fuit; sed hucusque à suis Melitensibus, tàm insigni sodali minimè privari patientibus, copiam ad nostros transeundi obtinere non potuit; at cum Authores Ephemeridum Literatorum Italię tom. 10. pag. 506. Bandurium inter Italos Authores collocare non dubitent, ob diuturnum scilicèt in Italia domicilium, scientiisque ibidem peramantèr impensam operam, potiori sanè jure inter Casinenses connumerari poterit, quibus tot titulis se profitetur obstrictum. Hic itaque dùm Florentię in nostra Abbatia post completum Romę in nostro S. Anselmi Collegio Theologię, ac Sac. Canonum, ac Græcę linguę trium annorum studium, in sacram eruditionem ferventiùs incumberet, à doctissimo D. Bernardo Montfaucon Congregationis S. Mauri Sacerdote celeberrimo, qui Juvenis probitatem, ac ingenii optimam indolem deprehenderat, Parisios adductus est, obtentâ à Sereniss. Magno Duce Cosmo III. annuâ pensione, qua in illa Orbis præcipua Universitate honestissimè inter S. Mauri eruditissimos Monachos ad sublime Scientiarum omnium fastigium posset contendere: Ibi ex tot insignium Virorum consuetudine, ex tot doctissimarum Bibliothecarum thesauris, eas selectioris doctrinę divitias sibi comparavit, quales libri pereruditi mox referendi, ab eo in lucem editi, satis superque ostendunt. Denique cum fatis concessisset clarissimus Antonius Magliabechius, in præfectura Bibliothecę Serenissimi

Magni

Magni Ducis, Anselmus Bandurius, ejusdem Principis voluntate, successit anno 1714., sed Operum, quę mente conceperat, scriptione, ac editione Parisiis detentus, hactenùs in Italiam non rediit, ex ea tamen Urbe literariam Rempublicam sequentibus libris ditavit, novísque in dies ditare pergit; Editorum hi sunt tituli.

1 *Series, & argumenta Operum Sancti Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani è Græco in Latinum ab Anselmo conversorum, & notis, & dissertationibus illustratorum, Parisiis anno* 1705.

2 *Imperium Orientale, sive antiquitates Constantinopolitanæ in quatuor partes distributæ, quæ ex variis scriptorum Græcorum operibus, & præsertìm ineditis adornatę, Commentariis, & Geographicis, Topographicis, aliisque quamplurimis monumentorum, ac numismatum tabellis illustrantur, & ad intelligentiam, tùm sacræ, tùm prophanæ historiæ apprimè conducunt &c. Parisiis apud Jo. Baptistam Coiguard.* 1711. in fol. tom. 2.

In primo volumine sunt Opera variorum Scriptorum Græcorum cum versione Bandurii in Latinum sermonem; In secundo volumine sunt amplissima ejus Commentaria in octo libros, seù tractatus in primo volumine contentos.

De hoc opere magna cum laude agunt, sicut, & de ejus Scriptore, Authores Veneti Ephemeridum Literatorum Italiæ tomo 10. pagina 506 & seq.; & latius tom. 11. à pag. 4. usque ad 44. Item è prælo emisit aliud opus insigne videlicèt,

3 *Imperatorum Romanorum à Trajano Decio ad Paleologos Augustos Numismata Latina, Græca, Ægyptiaca, omnis metalli, ac moduli, distincta per classes, & quàm diligentissimè descripta, ac notis brevioribus illustrata, ad quindecim fermè millia, & in iis quamplurima inedita, ex quibus rariora ad tria millia in ære incisa repræsentantur, Christianissimo Francorum Regi Ludovico Magno, optimo Principi exhibita, studio, & operâ D. Anselmi Bandurii &c.* tom. 2. in fol. *Parisiis apud Nicolaum Rualilt, viâ S. Severini è regione Ecclesię.* Promittit etiam quamprimum se editurum Opera Sancti Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani, Theodori Antiocheni, Philonis Carpatii, & aliorum Patrum, sicut etiam alia Opera ad disciplinam, & historiam Ecclesiasticam pertinentia, jamdiù à se composita, illustrata, & ad perfectionem deducta, ut testantur Ephemerides Literatorum Italię Venetiis impressę an. 1714. to. 17. Anno autem 1715. à Rege Christianiss. Ludovico XIIII. adscriptus fuit Regiæ Academiæ *Inscriptionum* unâ cum Cardinali Gualterio, & Gisberto Cupero Daventriensi.

Anselmi Bandurii *Imperium Orientale* memorat Bernardus Pez Epistolâ X. Apologeticâ pag. 220. Supralaudati verò Auctores Ephemeridum Literatorum Italiæ tom 35. anni 1724. art. 15. pag. 395. & seq. de ejus opere nummario sic habent.

Parigi.

„ L' Opera in materia Nummaria già più anni dal Padre Banduri promessa, è a
„ carte 400. del tomo XVII. da noi accennata, finalmente si è fatta vedere col titolo,
„ che segue: *Numismata Imperatorum Romanorum à Trajano Decio ad Paleologos*
„ *Augustos: Accessit Bibliotheca Nummaria, sive Auctorum, qui de re nummaria scri-*
„ *pserunt. Operâ, & studio D. Anselmi Bandurii Monachi Benedictini, R. Magni*
„ *Etruriæ Ducis Bibliothecæ Præfecti, & in Regia Academia Inscriptionum, &*
„ *bonarum Literarum, Academici honorarii. Lutetiæ Parisiorum, sumptibus Mon-*
„ *talant,* 1718. in fol. 2. vol. Il primo volume è pagg. 544. Il secondo 777. L' Opera
„ in oltre è tutta figurata di molte medaglie, e tutte rarissime con una carta Geo-
„ grafica di quelle Provincie, Città, Colonie &c., che da Trajano Decio fino a
„ Claudio hanno battute medaglie, e con alcune piccole giunte di medaglie poste
„ nel fine dell' uno, e l' altro tomo. Nel primo tomo, appresso alla dedicatoria, fa
„ l' Autore una lunga, ma erudita prefazione, a cui va annesso l' indice degl' Impe-

G „ radori

„ radori, Augusti, Cesari, e Tiranni, le cui vite vi si descrivono. Succede la Biblio-
„ teca Nummaria, *sive Auctorum, qui de re Nummaria scripserunt*, che è pagine
„ CXXVI. trattato utilissimo a'chiunque vuole darsi a'studio si proficuo, e che tanto
„ alletta l'anime nobili, ed' erudite di questi nostri tempi. Si chiude il volume con
„ cinque Indici: Il primo delle parole, che leggonsi intorno alle teste degl' Impera-
„ dori, Augusti &c. nelle medaglie, che in quello si comprendono; Il secondo
„ delle iscrizzioni de' Roversci; Il terzo delle Colonie, e Municipj Latini; Il quarto
„ delle Città Greche, ove battute furon le sudette medaglie: e questi quattro Indici
„ appartengono al solo primo tomo: Il quinto ad amendue è comune, e comprende
„ i roversci delle medaglie, che in tutta l' Opera sono esposti. Il tomo secondo è pre-
„ ceduto da altra breve prefazione, e dall' Indice de' Prencipi, delle cui vite, e
„ medaglie è compilato, nel fine si leggon due Indici simili a quei, che nel primo
„ volume tengono il primo, e secondo luogo.

ANSELMUS PAJOLUS Ferrariæ ortus, Alphonsus è Sacro Fonte dictus ab ineunte ętate studiorum amantissimus, strenuam humanioribus literis, Latinæ, & Italicę Poesi operam impendit; nec tamèn graviores facultates omisit, nam Jurisprudentiam fœlicitèr adeò excoluit, ut brevì laureâ donatus, aliquot in locis, licet admodùm Juvenis, Judex sederit; Quo tempore Fori, & Mundi curarum pertæsus, ac regularis vitæ desiderio accensus, in Monasterio S. Benedicti ipsius Urbis Ferrariæ, Judiciali Togâ dimissâ, cucullum induit anno 1663. 1. Novembris, annos natus ferè 27. Ut autem melioribus disciplinis erat instructus, docendi onus non multò post illi subeundum fuit; quarè apud Lirinenses nostros Philosophiam, & Theologiam, necnon Mathematicas Institutiones ingenti cum laude exposuit. Indè sapientum more rariores doctrinas exteris in regionibus acquisiturus, præcipuas Europę regiones, Galliam præsertìm, & Hispanias peragravit, linguarum peritiam exactissimã, pręter reconditas eruditiones, secum referens; in patriam demùm regressus, quæ longo didicerat tempore, variis libris in medium protulit. Sed nec in extrema quidem senectute iter agendi cupidinem deposuit, nam anno 1707. mediâ hyeme Romam Mediolano, ubi tunc degebat, venit, ut indè Sacrum Casinense Archisterium, atque Neapolim viseret. Mediolanum reversus, ibidem aliquandiù vixit, semper studiis intentus; demùm Ferrariæ vivere desiit anno 1711. die 19. Septembris ætatis 81. Lucubrationes, quas sub antiquo nomine Alphonsi Pajoli in lucem emisit, hæ sunt

1 *Il David pentito Dramma*, Ferrariæ apud Gironum anno 1653. in Theatro à Musicis recitatum.

2 *Vita del Cardinal' Mazzarini*, Venetiis apud Valvasensem, & Bononię anno 1680.

3 *Vita del Cromuele Tiranno d' Ingbilterra*. Venetiis per Valvasensem an. 1674. & Bononię anno 1680., iterùmque ibidem anno 1685. apud hæredem Berlierii, additis quibusdam lucubrationibus ad res Anglicanas pertinentibus.

4 *Trattenimento Maritimo*, ubi de fluxu, & refluxu Maris, ex Gallico, ut plurimùm desumptus liber, & in Italicum sermonem traductus, Niceæ in Provincia apud Joannem Romesium annno 1676. in 4.

5 *Vita del Turena*, ibidem anno 1677. & Parisiis anno 1678. & Bononię 1680.

6 *Istoria della rivoluzione di Messina*, stylo adhùc elegantiori, majorique studio concinnata, impress. nescio tamèn ubi.

Habebat insuper infrascripta opuscula edenda

1 *Vita di Guglielmo III. Rè d' Ingbilterra*.

2 *Vita di Giacomo II. Rè d' Ingbilterra*.

3 *Viaggi di Sanolfo Pilacio*, idest, *Alfonso Pajoli*. 4 *Poesie del medesimo*.

Reli-

Reliquæ cujus lucubrationes, quæ sunt sanè quamplurimæ, Ferrariæ in Bibliotheca Monasterii nostri S. Benedicti asservantur in plures tomos distinctę, quorum primus hunc præfert titulum

De arte excerpendi. Del art' de faire des recueils (scribitur enim ibi titulus, & alia multa etiam Gallicè) cui tomo sequentia carmina præfiguntur,

Nectare sic plenos per prata virentia flores
Mella quibus condat, sedula carpit apis.

Legitur etiam ibi sequens Tetrastichon;

Bis septem lustris vixi, & tres insuper annos
Fatidico quare cum Simeone precor,
Nunc in pace tuum, Deus ò, dimitte Ministrum:
Detur, & in Christi Regna redire tui.

Vixit nihilominus annos adhuc octo, nàm annorum 81. diem suum obiit, ut paulò ante diximus.

De eo fusè agunt Abbas Libanorius in *Cicada*, & in *Ferraria aurea* parte 3. pag. 28. col. 2., ubi inter cætera hæc: „ D' ingegno vivace, e pronto allo studio delle belle, e polite letere, dedito alla pietà, e cristiani costumi, attese all' Humanità, e Rettorica, e non poco s' inoltrò nella Poesia, in cui ha una propensiòn naturale, ma principalmente si applicò allo studio delle Leggi, e con tanta diligenza, sotto buoni Maestri, & ottimi Lettori, che à suo tempo s' acquistò la laurea del Dottorato; Ma per servir meglio al Signore, secondo il suo genio, si fece prima sacerdote, nel qual santo Ministero si rese degno di lode, ed' imitazione, e finalmente aspirando alla perfeziòn religiosa, entrò nell'Ordine Casinense, dove per gli ottimi costumi, e chiara erudizione presentemente vièn tenuto in grande stima, & honorato di gradi leterali, cioè di Lettore di Teologia morale, e delle scienze mathematiche; Possiede egli benissimo la lingua Spagnuola, e Francese, e ne parla come naturale „. Hæc Libanorius, qui etiam aliquot ejus opera enumerat.

Angelicus Aprosius in libro, cui titulum fecit *La Visiera alzata* pag. 18. ubi Anselmi sequens Epigramma ad Magliabechium, tamquam Anecdotum affert.

Albo clara dies semper signanda lapillo
Est mihi, quâ, Antoni, cernere te potui.
Inquirant alii Florum pulcherrima in Urbe
Templa, Sacella, Domos, Amphitheatra, Fora.
Me trahit ingenium (trahat ò sua quemque voluptas)
Musarum Cultor Magliabeche tuum.

Hoc tamen hexastichon legitur etiam impressum in libro Poeseon Academicorum Infœcundorum, qui Romæ floruerunt, quibus Anselmus adscriptus fuit, impresso Venetiis an. 1678. pag. 322. Jo: Cinellus Bibliot. Volant. pluteo 7. pag. 6., ubi vocat eum humanissimum, & eruditissimum, sed unum tantùm ejus opusculum recenset, nempè *l' Intrattenimento Maritimo*, & Petrus Andreas Trinchierius variis Carminibus in ejus laudem editis, & alii.

ANTONIUS MARIA COTONUS nobili familiâ Senis ortus, in sęculo humanioribus literis, & Poeticâ facultate celebris fuit, variisque Academiis Senis, Romę, alibique adscriptus; at cum Eques Sancti Stephani esset, inopinatâ vocatione, è terrenâ ad regularem militiam in Castris D. Benedicti, indeque ad sacrarum literarum studia se contulit, in quibus brevì adeò profecit, ut Concionator egregius, & clarissimus evaserit, & insigniores totâ Italiâ suggestus ascenderit, nempè Genuę, Parmę, Bononię, Venetiis, Romę, Melitę, aliisque in locis. Fuerat quidem primò Casinensis Monasterii, in quo Divi Benedicti vestem anno 1647. die 16. Martii

Martii induerat, Alumnus, sed postea ad Professos Monasterii Senensis transire voluit: emenso autē longo sacrarum Concionum curriculo, Senis in Monasterio suo tandem substitit, ob crurium scilicèt debilitatem, ac tumorem ad concionandum pergere ulteriùs minimè valens, donèc ibidem naturę debitum solvit anno 1715. Juvenis ego pluribus ab hinc annis, per totam Quadragesimam eumdem Papiæ maximâ populi cujusque ordinis frequentiâ concionantem audivi, ab eoque tot, tantaque didici, ut exinde efficax propositum concionandi conceperim, quod quidem, Deo benè juvante, mox perfeci, ab anno 1695. usque ad 1722., quo creatus Abbas, ob multiplices muneris, ac hujusce Bibliothecę absolvendę, & imprimendę occupationes, Apostolico huic ministerio, quamvis invitus, nuncium remittere, ac finem imponere coactus fui. At Antonius Maria pręter

1 *Librum Quadragesimalium Concionum*, quas unà cum aliis pluribus Panegyricis, & Orationibus non semel correxit, & ad limam revocavit, composuit etiam

2 *Plurima omnis generis Carmina*, quibus divite admodùm venâ, æstroque verè Poetico præditum eum fuisse satis ostenditur; quorum nonnulla linguâ Italicâ leguntur in Collectaneis Academicorum Infœcundorum almę Urbis, editis Venetiis anno 1678. apud Nicolaum Pezzanam.

Cum verò anno 1685. Perusiæ Sacras Conciones habuisset, in ejus laudem conscriptus Latinâ, Etruscâque lingua, & impressus fuit libellus cum hoc titulo. *Il congresso delle Muse sù le rive Auguste del Tebro, per coronare il merito del Padre D. Antonio Maria de' Signori del Cotone Senese, Monaco Casinense, Predicatore in Perugia*. Perusię apud Constantinum anno 1685.

De eo Joannes Cinellus Biblioth. Volant. plut. 7. pag. 53., & sequen., ubi sic legitur „ In Templo D. Fœlicitatis Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti inclytæ
„ Urbis Florentinę fœlici dicendi arte, fœlicissimi Oratoris implente partes Adm. R.
„ P. D. Antonio Maria *del Cotone* Senensi Benedictino Casinensi, Plausus numero
„ Anagrammaticus; Programma, *Antonius Maria del Cotone Casinensis* 1305. Anagrammata. Senis typis Publici 1683. in 4. Auctor autem horum Anagrammatum (ut ibi rectè dicitur) fuit Joannes Baptista Beccius, de quo infra; Hieronymus Gigli in Diario Senensi pag. 180. & sequenti: „ Nè fuor di questo luogo dovranno
„ lasciarsi alcuni sacri eloquenti Dicitori, come l' Abbate Antòn Maria de' Signori
„ del Cotone Benedittino, *il Fecondo* *, di cui serbansi nell'Archivio nostro molte
„ lodevoli rime .... essendo salito ne' Pergami più rinomati „ : In nostris Regestis pag. 117. in marg. *Concionator eximius*.

* In Academia Senensi, *Intronatorum*.

ANTONIUS FLORETTUS cognomine, quamvis Romanum se ipsemet scriberet, & Romanus ab aliis quoque vocaretur, quia nimirùm ab ingressu Monasticę Religionis inter Divi Pauli Professos admissus fuerat, anno 1658. die 13. Decembris, natus est tamèn in Oppido viginti octo millia passuum ab Urbe Roma distante Transtyberim, vulgò *Filacciano* dicto; Is in Jure Canonico, ac divinis literis versatus, Poeticis item studiis addictus, sacras primum Conciones per annos fermè quatuordecim variis in locis habuit, mox Parochus Basilicę S. Simpliciani, quæ insignis Mediolani habetur, Animarum Curam, eæ sanè plurimę erant, aliquandiù gessit. Inde Romam reversus, audiendis Confessionibus Monialium, primùm Ameriç, ac Tuderti (quę Monasterio, & Abbati S. Pauli subsunt) deindè Sancti Ambrosii de Maxima in Alma Urbe deputatus est; Anno Jubilæi 1700. inter Pœnitentiarios in S. Pauli Patriarchali Basilica admissus, dùm ei muneri incumberet, morte, heù prorsùs repentinâ sublatus est, mense Septembris cum 63. ętatis annum ageret; Ejus legitur

1 *Panegirico per le Reliquie de' Ss. Giusto, & Aurelio Martiri detto in Galiate per la Festa della loro Traslazione*, Mediolani apud Antonium Malatestam an. 1675 in 8.

Manu-

Manuscripta.

2 *Concionum Quadragesimalium, & Panegiricarum Orationum Liber*; in fol.
3 *La parola di un Prencipe, overo l' Innocenza di Florindo, Comedia*, quam Leo Allatius in sua Drammaturgia, indice sexto pag. 581. dicit extitisse Ms, apud Jo. Franciscum Fulgari Cornetanum, eamque memorat Eques Prosper Mandosius in Bibliotheca Romana vol. 2. Cent. 7. num. marginali 39., ubi de Antonio mentionem facit.

ANTONIUS A FRACTIS, quod est oppidum Campaniæ, Professus nostram Regulam in Sacro Monasterio Casinensi anno 1546. die 9. Maii. Claruit Græcæ, & Latinæ linguæ peritiâ, Sacrorumque Canonum doctrinâ; Ut ergo Jura, & Bona prędicti Archicœnobii, cujus erat amantissimus, sarta tecta haberentur, composuit.
1 *Polyanthean, seu Repertorium pro Archivo Casinensi*, in quo omnia Cœnobii Jura, & Bona continentur, alphabeti ordine distinctum.
2 *Confinium Bonorum Casinensis Monasterii*, quod morte sublatus perficere non potuit; Illud autem absolvit D. Placidus Romanus, qui de eo agit in supplemento ad Petrum Diac. de Viris Illustribus Casinensibus cap. 21. pag. 26., ubi vocat eum Virum acris, & magni ingenii in Græcis, & humanis literis versatissimum, & in Jure Pontificio valdè instructum. Julius quoque Ambrosius Lucenti in Italia Sacra restrict. aucta &c. pag. 987.

Obiit anno 1575. in Monasterio Sancti Liberatoris de Majella in Samnio, quod Casinensi unitum est, & subest, ac ibidem sepultus fuit.

ANTONIUS A NEAPOLI fuit Lector scholasticorum facultatum in Monasterio S. Laurentii, quod Aversæ celebre est, anno 1639. ejus extat

Logica secundum Aristotelem Ms. in Bibliotheca Casinensi signata num. 658.

ANTONIUS SARZANA Siculus ex Oppido, *Corlione*, dicto, professus Sancti Martini de Scalis juxta Panormum anno 1563. die 19. Septembris, doctrinâ, & morum probitate resplenduit, magnâque cum laude in celebrioribus Siciliç Monasteriis Prioris munere est perfunctus; sed cum sibi, ac Deo tantum vivere cuperet, curarum omnium expers, ex Sicilia in Italiam venit, ubi contra votum magis patefactis ejus virtutibus, Abbas Sanctæ Mariæ Camporearum propè Florentiam, quod Abbatiæ Florentinæ modò unitum Cœnobium est, creatus fuit, ubi magno Sanctitatis odore obiit anno 1590., scripsit
1 *Arborem Creationis Mundi usque ad Carolum V. Imperatorem.*
2 *De Viris Illustribus, & historia illius ævi*, Mss. extant in S. Martino.

De eo agunt Abbas Pyrrhus de Abbatiis Siciliæ pag. 199., & Antoninus Mongitore Bibliotheca Sicula tom. 1.

APOLLINARIS A BOVILLIS, Pontificiæ ditionis Oppido in Latio *, Monasticum institutum suscepit Casini anno 1552., ibidemque annis fermè triginta omnium Regularium virtutum exemplar extitit; Tyronumque curam diù gerens, eorumdem profectum in divina, atque claustrali lege sedulò promovit, ingenti illius Archisterii utilitate, ubi etiam tandem fœlicitèr ad Superos transivit anno 1581. in pervigilio S. Jo. Baptistæ (cui templum illud à Sm̃o Patriarcha Benedicto, everso Apollinis fano, olìm dicatum fuerat) eodem prorsùs momento, quo in Choro hymnus Angelicus, *Gloria in excelsis Deo*, à Monachis canebatur, cujus animam in Cœlum ferri ab aliquibus tunc visam fuisse, Placidus Romanus literis consignavit in supplemento de Viris Illustribus Casinensibus capit. 19. paginâ 132. Corpus verò in Cœmeterio S. Annæ sepultum. Ut autem erat pietate, & doctrinâ æquè conspicuus, ita egregium sanè librum composuit, cui titulus,

* Bauco olìm in Hernicis.

Aureæ, divinæque sententiæ, tùm ex veteri, ac novo testamento, cùm ex Orthodoxis Patribus decerptæ, miràque arte, & concordiâ dispositæ.

ARCAN-

ARCHANGELUS DE LONATO, quod agri Brixiani celebre Oppidum est, Sanctæ Euphemiæ Monasterium, ubi Deo votis solemnibus se consecraret, elegit anno 1566. die 28. Aprilis. Delectatus est plurimùm musicis concentibus, sed tamen omninò sacris, ideòque divinas laudes non contentus per semetipsum canere, etiam alios sapientèr canere docuit, evulgato libro hujusce tituli

Cantiones Sacræ, tùm in Nativitate Domini, cùm in Hebdomada Sancta decantari solitæ. Venetiis anno 1585. apud Ricciardum Armadinum in 4.

De eo agunt Arnoldus Wion Lign. vit. l. 2. cap. 62. pag. 403., quo teste vivebat anno 1595. Leonardus Cozzandus Bibliothecæ Brix. par. 2. pag. 129. secundæ editionis anni 1694., ubi eum vocat *Strenuum virtutis amatorem, Musicæ studiosissimum, in qua ad Deum Optimum Maximum laudandum composuit &c.* Antonius Possevinus Apparat. Sac. tom. 1. pag. 114. In nostris Regestis paginâ 161., in margine sic de eo habetur, *Musicus multa composuit.*

ARCHANGELUS A NEAPOLI Cavensis Cœnobii Alumnus scripsit

Historiam Cavensis Monasterii, quę tamen imperfecta asservabatur Ms. in eodem Cavensi Monasterio, Teste Arnoldo Wione, qui de eo mentionem facit Lig. Vit. lib. 2. cap. 62. pag. 1. sicut, & Antonius Possevinus Appar. Sac. tom. 1. pag. 114. quamvis *Archangeli* à Neapoli Chronologi nulla extet memoria apud Cavenses Monachos, qui censent Arnoldū, & ex eo Possevinum, Archangelum à Neapoli, pro Alexandro Rodulpho Cavensis Historiæ Authore scripsisse: sed quale est ut Arnoldus de Scriptore sibi Synchrono, nempè Alexandro Rodulpho, adhuc vivente, dicat *scripsisse historiam Cavensem, quæ est in Monasterio Cavensi Ms. sed adhuc tamèn imperfecta*, cum dicere potiùs debuisset, scripsisse eum, imò scribere Monasterii Cavensis historiam, *nec tamèn adhuc absolvisse, imperfectam proindè extare apud ipsum.* Nec enim Arnoldus Alexandrum Rodulphum, ejusque Chronicon ignoravit; nàm de eo loquitur par. p. l. 1. pag. 150. circa finem. „ postremò aliis (ne longior sim)
„ prætermissis, Dominus Alexander Neapolitanus Monachus Cavensis in Chronico
„ suo Ms. à cap. 56. ad 78. hujus Urbani (II) describens Vitam, Monachum Clu-
„ niacensem etiam fuisse confirmat, sed aliquanto tempore in Cavensi Monasterio
„ habitasse cum Petro Abbate, tanti Viri conversatione delectatum.

ARNOLDUS WION natus est Duaci in Comitatu Flandriæ anno 1554. idibus Maji, Patre *Amato* Urbis illius Procuratore Fiscali, ibique educatus, ac literis imbutus, Juvenis adhùc nomen dedit Divo Benedicto Audemburgi, quod est Oppidum propè Brugas; At Hereticorum violentiâ indè extrusus, in Italiam venit, & inter nostros admissus, in Cœnobio S. Benedicti propè Mantuam professionem sub Congregatione Casinensi emisit an. 1577. die primâ Februarii; licèt secundum alios hoc acciderit an. 1584.; & quidem fœlicissimo eventu, nàm eamdem nostram Congregationem, imò universum Monasticum Ordinem doctrinâ, ac virtute pro viribus illustravit, editis præclaris admodùm libris immensò labore, ac singulari diligentiâ compositis, ex quibus plurima claritas, & decus rei monasticę accessit, quamvis non omnia (ut rerum cunctarum principiis evenit) perfectè assequi potuerit. Inter ejus opera celeberrimum est

1 *Lignum vitæ, ornamentum, & decus Ecclesiæ, in duas partes, & quinque libros divisum*, in quibus totius Sanctissimæ Religionis D. Benedicti initia, Viri dignitate, doctrinâ, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur, & fructus, qui per eos S. R. E. accesserunt, fusissimè explicantur. Accessit dilucidatio, quomodò Principes Austriaci originem ducant ex Anicia Romana Familia, quæ erat Divi Benedicti. Ad Philippum II. Hispaniarum Regem; Venetiis apud Georgium Angelerium, anno 1595. in 4.

Ipse Arnoldus suum Lignum vitę in maximo folio, innumeris impressis figuris, pulcher-

pulcherrimè distinctis, graphicè exhibuit, quod passim in nostris Monasteriis extat. Ibi arbor miræ magnitudinis assurgens, ramos, ac folia quaquaversum diffundens, in imo stipite habet Sanctissimum Patriarcham Benedictum sedentem, regulamque dexterâ tenentem manu, sinistrâ gladium, illam Cœnobiticarum Congregationum, hunc militarium Ordinum Institutoribus porrigentem; caput duodecim stellis coronatum fulget; sub pedibus hæc legitur inscriptio: *Ecce Confessor magnus, qui quasi stella matutina &c.* Ecclesi. cap. 50.; In ramis verò, ac foliis hinc indè extensis, illustres ex Benedictino Ordine Heroes visuntur, singuli propria, vel sapientię, vel dignitatis, vel alicujus memorandi facinoris gestantes symbola; Ipse Wion infimo loco supplex genuflectit, cum hac precatione. *Suscipe Servum tuum in bonum.*

Hęc eadem Arbor typis brevioribus denuò impressa est in parvo folio Regiilepidi anno 1629., cujus æreæ formæ ibidem in nostro Monasterio asservantur, nam nostrorum Monachorum operâ expressæ sunt.

Hoc opus Arnoldi corrigi, & augeri valdè posset accessione plurium, tùm sanctitate, tùm scientiâ, ac dignitate celeberrimorum, qui non solùm in veteribus Congregationibus, sed etiam in novitèr reformatis sæculo præcedenti XVII. in Hispania, Germania, Gallia, Lusitania, Polonia, atque Italia floruerunt, hodieque florent. Ad explicationem autèm supradictę Arboris Monasticę scripsit Italicè

2 *Breve dichiarazione dell' Arbore Monastico Benedettino intitolato* Legno della Vita *cavata da i cinque libri dichiarativi di detto Arbore, composti per il R. P. D. Arnoldo Wion Fiamingo di Duaco Monaco di S. Benedetto di Mantova &c. In Venezia* 1594. *appresso Giorgio Angelerio* in 8. pag. 152.

3 *S. Gerardi Sagredo Patritii Veneti ex Monacho, & Abbate S. Georgii Majoris Venetiarum Episcopi Conadien. primi, ac Hungarorum Protomartyris Apostoli, vita ex antiquissimis authenticis Mss. tùm etiam excusis codicibus, optimâ fide collecta, & annotationibus illustrata &c.; Accessere præterea quamplurimi, qui tàm Latinè, quàm Italicè de eodem S. Martyre memoriam scriptis posteritati reliquere, Venetiis apud Jo. Baptistam, & Joannem Bordonum Sessas fratres anno* 1597.

Manuscripta.

1 *De Temporum, Familiarum, & aliorum in historiis dubiorum emendatione;* magnum, & immensum Opus, *quod propè diem Deo favente* (ipsius Arnoldi sunt verba) *in lucem emittendum erat*; quod sanè utrum factum postea sit, adhùc ignoro.
„ Habebat etiam præ manibus, ut Possevinus loco mox citando testatur
2 „ *Chronologiam septuaginta Interpretum*, quæ cum magnoperè videatur discor-
„ dare à Chronographia vulgatę editionis latinę Bibliorum, visus est sibi, quod mihi
„ (*Possevino scilicèt*) scripsit, cœlesti potiùs, quàm humano lumine, consecutus, ut
„ possit appositè utraque conciliari, ex duplici mentione, quæ fit in eis, nativitatis
„ hominum, quos Scriptura Divina commemorat; alterius nempè, quæ carnalis,
„ de qua agitur in vulgata editione, alterius autèm, quę spiritualis, quę texitur apud
„ septuaginta Interpretes, sicque putatis temporibus, utramque convenire testatur,
„ sed & eidem Chronologiæ adjunxit
3 „ *Chronicon ab Orbe condito usque ad hæc tempora; sed hæc erunt recensenda à Ro-*
„ *manis Censoribus* „; inquit Possevinus. Collegit etiam, & recognovit omnia Opera Platinæ, quæ jam typis parata erant. Venetiis in Bibliotheca S. Georgii Majoris extat Arnoldi Wionis.

4 *Sylva pro SS. Benedictinorum Martyrologio* * à se condendo Ms. sign. 326. * à me visa an. 1718.

In Catalogo Ms. Bibliothecę Collegii Gregoriani de Urbe, qui apud S. Calistum in Archivo Procuratoris Generalis asservatur, in serie Librorum ad res Ecclesiasticas pertinentium, sic legitur.

Officium

Officium B. M. Virginis Wion R. 4. 59., quod Officium extat etiam Venetiis in laudata S. Georgii Bibliotheca sign. num. 327. cum hoc titulo: *Arnoldi Wionis Officium, & Rosarium, sive Corona Nominis B. M. V.*; differt autem toto Cœlo ab Officio, & Rosario communi B. Virginis, & ad ejus calcem leguntur Censorum approbationes pro impressione.

Laudant Arnoldum, ejusque auctoritatem sequuntur plurimi, inter quos laudatus Possevinus App. Sac. tom. 1. pag. mihi 121., ubi ipsius *Lignum Vitæ* vocat operosum, & valdè pium opus, quod utique si supervixisset, recogniturus erat, eumque appellat Virum uti pereruditum, ac verè Religiosum, sic pro S. E. Dei indefessum. Pag. verò 58. juxta edit. Col. an. 1608. loquens Possevinus de S. Ambrosii operibus, rem scitu haud indignam de Arnoldo Wione addit his verbis.

„ Arnoldus autem Wion Benedictinus, de quo sæpè diximus, significavit mihi,
„ ab Ambrosio duos alios, *de Spiritu Sancto* libros adversus Macedonium fuisse
„ compositos, quos manuscriptos Hieronymus Benedictinus S. Justinę Monachus
„ tradidit Achilli Statio Lusitano, addens argumenta, quibus probabat esse legiti-
„ mos Ambrosii fœtus. Quin & ejusdem Ambrosii eidem Achilli Statio ab ipsomet
„ Monacho Hieronymo traditas fuisse *quinque alias Epistolas Mss.* audio, quas &
„ in Cœnobio Sanctæ Justinæ extare adhùc creditur: Hæc verò omnia nùm excusa
„ sint, an verò ex parte sint eadem cum iis, quæ prodierunt in lucem, non possum
„ asserere, aliis occupationibus in hac tanta apparatus mole distentus: erit, & aliorum
„ suam huc conferre operam „.

Joannes Baptista Marus in Annot. ad supplement. Placidi Romani, ubi asserit, Arnoldi operâ excusum fuisse Venetiis apud Juntas anno 1593. opusculum Sancto P. Benedicto attributum *De Ordine Monasterii*, unà cum ejusdem regula. Cæsar Baronius in Notis ad Martyrol. die 24. Septembris; Ferdinandus Ughellus Italię Sacræ plurimis in locis; Philippus Labbe Bibliothecę Bibliothecarum pagina 34. Andreas Valerius Deselius Bibliothecę Belgicę pag. 88. Josephus Silos Hist. Cleric. Regular. l. 1. pag. 15. ubi vocatur *accuratus admodùm Scriptor, Homo Benedictinus, & verè ingenuus*. Antonius Teisser in Catalogo Authorum, qui librorum Catalogos scripserunt pag. 31. Georgius Matthias Conigius Bibl. vet. & nov. Alstorfii editę an. 1677. pag. 871. col. 1. Franciscus Sveertius in Athenis Belgicis pag. 145.

Ex nostris autèm, Benedictus Hæphtenus in Disquisitionibus Monasticis sæpissimè, & ferè tertio quoque verbo eum citat: Prolegom. autèm 3. testatur Arnoldi studio, ac curâ fuisse impressa an. 1590. cum tertio volumine Prosperi Martinengii *Poemata S. Berthario, & Pauli Diaconi de S. P. Benedicto, Vitasque Sanctorum Mauri, & Scholasticę*. Bernardus Clavellus in Hist. Arpinat. Petrus Maria Campi in Hist. Ecclesiastica Placentina plurimis in locis. Gabriel Bucellinus in Benedicto Rediv: ad annum 1500., ubi eum vocat *meritissimum de Ordine nostro, Columbum alterum, alterumque historici maris Domitorem, licèt non sine nonnullis in tanta vastitate erroribus*: Quapropter mirùm non fuerit si Jo. Jacobus Jordanus, Congregationis Montis Virginis Abbas, in Chronicis suę Religionis, aliquoties Arnoldum carpat, & nonnullorum errorum insimulet; sicut etiam Author *Dù Catalogue des principaux Historiens avec des remarques critiques*. Parisiis 1712. Classe XI. pag. 43. minùs honorificè de Arnoldo loquatur, haud animadvertentes, quid de suo opere ipse Arnoldus fassus fuerit par. prima lib. primo cap. 97. pag. 129. „ Non
„ ignoro tamèn plures alios Viros sanctitate conspicuos, & doctrinâ venerabiles
„ fuisse, qui ad meam notitiam non pervenerunt, tùm quòd Historiis hujusmodi
„ Ordinum destitutus fuerim, tùm etiam quòd, nec literis, nec amicitiâ, quod justè,
„ & piè ab aliis optabam, extorquere potuerim &c. Sufficiat mihi incœpisse, aliisque
„ viam aperuisse fœliciùs perficiendi, quod à me, ut opinor, nec infœlicitèr

„ tenta-

„ tentatum est „ & supra eâdem primâ parte circa finem Prologi „ sicubi tamèn
„ lapsus fuero (quis enim tam linceus, ut non aliquandò cœcutiat? humanum
„ enim est errare) præsertìm in tanta sententiarum varietate, & obscuritate, certiora
„ edoctus, libentèr sententiam commutabo „ quid modestiùs, & sinceriùs? Quę sanè ingenua confessio, & candida protestatio semel dumtaxat lecta, à tàm injuria in eumdem crisi authorem præsertìm Catalogi (quicumque demùm ille sit) compescere debuisset; sicut enim nullus Homo sine crimine, sic ferè nullus Author sine aliquo errore, præcipuè si emendationi tempus defuit.

Testatur Arnoldus se ab Hæreticis ob Christi fidem sede patriâ expulsum fuisse, primâ parte sui Ligni Vitæ in Genealogia Familiæ Austriacæ § 4. „ Nec miretur
„ quis, quòd ego in nativitatis origine nihil commune cum Italis habens, hanc
„ pugnam pro ejus nobilitate tuenda, susceperim. Gratitudinis enim ratio id exi-
„ gebat, ut pro charitate, quam mihi pro fide Christi exuli, in habitatione, & ali-
„ mentatione humanitèr exhibet, hanc palestram pro ejus defendenda causa, contra
„ tàm invidum Æmulum (*Jacobum scilicèt Spiegel. lib. 12. Comment. in Austriad.*)
„ non detrectaverim.

Constantini Cajetani Casinensis, Abbatis Sancti Baronti, Carmen in laudem Arnoldi Wionis.

Florentem Italiæ Sobolem, & monumenta vetusti
Ordinis, egregiosque ausus ARNOLDE *sub auras*
Profer, age, & pulchras Cœli spirabilis oras.
Nec patere eximiorum operum, & decora alta parentum
Nocte premi, angustive arceri finibus Orbis
Canitie reverenda suâ, quod nostra precatur
Religio supplex, alacri transmittere cursu
Trans Indos, trans atque novi spatia ultima Mundi
Aggredere auspiciis Aquilæ, dextroque PHILIPPO
Quod latè Imperium Sol lustrat, & Austria proles
Justitiâ frænat nostram toto ordine gentem,
Illustresque animas recolat, quas Itala tellus
Heroum fæcunda parens, Europaque tota
Flos Orbis, dedit in lucem; Instaurata tuorum
Eruerat, quæ longa dies, agnosce trophea
O cœpti BENEDICTE, *o Sanguis* ANICIUS, *Author*
Ut pulchram ad laudem patriæ virtutis amore,
Macte novis ARNOLDE *animis, generosa tuorum*
Pectora succendens, sive hi cunabula gentis,
Et lętos incrementis fœlicibus ausus
Seù quos insignis pietas, & nobilis oti
Extulit in Cœlos studium, seu purpura PETRI
Picta auro, & per magnarum moderamina rerum
Ore legant avidi, tacitoque in pectore volvant.
Hos olìm illustres inter celebrabere palmas
Chare ARNOLDE, *mihi, sancto quem fœdere junxit*
Militiæ communis amor, laudataque vita;
Ac nomen ventura tuum venerabitur ætas;
Insignis quod jam bello, & pietate PHILIPPUS
Terrarum Imperiis tua virtus terminat astris.

Legitur in principio ejusdem Ligni Vitæ.

ARSENIUS LEODIENSIS dictus, natus est nobili genere apud Villam lon-

H gam,

gam, Leodienfis Diœcefis, pagum in Germania inferiori; Juvenis ad Italicam Sanctę Justinę Congregationem, quę tunc maximè Sanctitatis fervore in ipfo fui primordio inclarefcebat, tranfivit, & inter S. Pauli de Urbe Profeffos, cooptatus eft anno 1430. die 17. Januarii. Dignitatum munera, quibus egregiè eft perfunctus, magnâ eum doctrinâ, felectâque virtute floruiffe fatis oftendunt. Abbas S. Mariæ de Florentia, ac S. Pauli de Urbe, bifque totius Congregationis Præfes, ubique illis temporibus aureis, illis Monachis probatiffimis digniffimum fe Præfulem præbuit. Obiit tandem Romæ anno 1457. relictâ

Epiftolâ ad D. Jo. de Turrecremata S. R. E. Cardinalem anno 1442. pro Commentatione Regulæ S. P. Benedicti, quæ excufa eft, & præfixa Commentariis in noftram Regulam ejufdem Cardinalis Turrifcrematæ; & iterum Mediolani anno 1664. per Julium Cæfarem Malateftam in Chronico Abbatiæ Florentinæ à Placido Pucinello compofito pag. 124. & fequen. Quamvis ibi alii cuidam Arfenio Florentino pro *Leodienfi* Epiftola hæc perperam tribuatur, & Cardinalis *Dominicus Capranica*, pro *Joanne de Turrecremata*, Regulæ noftræ Commentator dicatur.

De eo mentionem faciunt laudatus Arnoldus Lig. vitæ par. 2. lib. 5. cap. 7. pag. 587. ubi numerat Arfenium inter Præfides annuos an. 1447., & iterum an. 1452. his verbis „ D. Arfenius Belga Monachus S. Pauli Romæ, & Abbas Sanctę Marię „ de Florentia fcripfit, &c. „ Item Andreas Valerius Bibliot. Belgicę pag. 87. Placidus Pucinellus prædictus in Chronologia Abbatum Florentinorum, quam nupèr allegato Chronico Abb. Florentiæ præmifit, ubi de eo multa narrat, quæ minimè videntur prætermittenda, videlicèt.

Arfenio I. Abbate XXXVII.

„ D. Arfenio da Villa longa Diocefi di Liege ritrovandofi al Concilio di Coftanza „ l' anno 1417. in compagnia d' alcuni nobili Fiaminghi, feguitò la Corte a Roma, „ dove fece conofcere colle azzioni generofe la nobiltà della fua nafcita, che fi cat- „ tivò la benevolenza di molti Prelati, e Miniftri grandi, e fpecialmente del Car- „ dinal Cundelmieri, coll' affiftenza del quale, e di più Prelati l' anno 1429. prefe „ l'abito Monaftico in S. Paolo, & in breve afcefe alla Dignità Abbaziale, & alla „ fuprema carica del Prefidentato della noftra Congregazione due volte, cioè l' anno „ 1447., & 1452. Afcefo alla Cattedra Pontificia il detto Cardinale col nome di „ Eugenio IV. l' anno 1431. lo creò fuo Cameriere, fervendofene di continuo in „ grandi affari; lo troviamo Definitore l'anno 1441. per atteftato d' una Matricola, „ ò Regiftro antico, ove fono defcritti tutti li Monaci; *Anno MCCCCXLI. electi* „ *fuerunt Definitores per Sanctiffimum Dominum noftrum Papam Eugenium IV. unà* „ *cum D. Arfenio de Leodio ejufdem Domini noftri Cubiculario*. L' annò 1447. lo „ troviamo Abbate di quefto noftro Monafterio con molto gufto della Nobiltà Fio- „ rentina, avendolo conofciuto, quando accompagnò in Fiorenza il medefimo „ Pontefice fuggitofi per la perfecuzione de' Colonnefi da Traftevere a S. Paolo colla „ Cocolla Monaftica in mezzo a D. Arfenio, e a D. Placido Pavanelli fuoi Camerieri, „ e fidi Servitori, traghettandolo fopra piccola barchetta da S. Paolo per il Tevere, „ & indi in mare, fervendolo fino in Fiorenza. Tra gli altri buoni ufi, che Arfenio „ ordinò nel fuo Prefidentato, introduffe celebrare folennemente le Fefte di San „ Placido, e di S. Mauro, e quotidianamente dopo la Compieta fi diceffe il Salmo „ 129., cioè *De profundis* coll' orazione, *Deus, qui inter Apoftolicos &c.* per le „ Anime del detto Pontefice Eugenio, e di Lodovico Barbo. Nel 1452. effendo „ Abbate di San Paolo, fu impiegato in negozj urgenti da Nicolao V., e di poi da „ Califto III., ficome da diverfi Miniftri, e Prelati grandi, e l' anno 1457. compì „ il periodo de' fuoi giorni con eftremo cordoglio della Corte Romana, e della noftra „ Congregazione „ Iterumque in Apparatu hiftorico de Viris illuftribus Abbatię Florentinæ

Arnol. Vion l. 5. c. 7. Alphon. Ciacon. in vit. Eug. IV. Platina in vita Eug. IV. Chyr. Profeff. Conft. Cajetanus Bib. Aniciana. Matricula antiqua Monachorum.

1434.

rentinæ pag. 13., & in Vita Beati Gometii pag. 16. quibus in locis præter plura supradicta, quæ ibi repetit, addit, Consiliarium eum fuisse Nicolai V., & Cardinalis de Turrecremata amicissimum. Qui sanè Cardinalis, in Commentario Regulæ S. P. Benedicti, eumdem Arsenium plurimùm laudat.

De fuga verò Eugenii, adjutore, & comite Arsenio, loquitur B. Platina editionis Venetę per Guglielmum de Fontaneto à Monte Ferrato an. 1518. his verbis „ At „ verò Eugenius in tanta rerum perturbatione incertus quid potissimùm faceret, de „ fuga cogitare cœpit, mutato itaque habitu, sumptoque Monastico cucullo, unà „ cum Arsenio Monacho naviculam ingressus, Tyberi Hostiam vehebatur „ Quod idem, præter Flavium Blondum in Decadibus, narrat etiam Paulus di Benedetto di Cola dello Mastro è regione * Pontis author Synchronus in Chronicis Mss. * his prorsùs verbis „ 1434. Papa Eugenio se partìo dallo Palazzo soo de Trastevere, „ come Fraticello dell' Ordine di Santo Pavolo, e glo a Ripa con un altro Fraticello „ in una barchetta per fiume, se ne andao per fino ad Ostia, dove che fu saputo a „ Roma la soa partenza, li trassero dareto certi Joveni con valestre &c. „ Et Stephanus Infissura Romanus, qui vixit eodem sæculo, in Chronicis Mss., quibus ipse Infissura nomen fecit, *Diaria rerum Romanarum* (quæ paritèr extant Romæ in eadem Bibliotheca Vaticana, sed nupèr publici Juris sunt facta à Cl. Jo. Georgio Eccardo *in Corpore historico medii ævi* : Lipsię 1723. tom. 2., non sine tamèn pluribus mendis) de eadem re sic loquitur „ Dell'anno Dñi 1434. a dì 29. de Majo fu „ levato lo Stato de mano a Papa Eugenio, e furo fatti li sette Signori per la libertà „ de Roma, & chiamaronsi *Governatori della Republica de Roma*, & furo questi &c. „ & per questa cascione se partìo Papa Eugenio, & per paura lassao ogni cosa, e vestìo- „ se a modo di Fraticello in Trastevere, e poi se mese in una barchetta, esso, & Frate „ Arsenio, & come fò saputa la soa partenza li andaro a piede, e seguironlo con le „ sagitte, e lui se salvò, e gìo a Fiorenza &c. „

De vit. Pont. in Eug. IV.

* Del Rione di Ponte.

* Quę extant Romæ in Bibl. Vaticana.

Iidem Authores citantur ab Oderico Rinaldi, aliisque. Hæc autèm ideò hìc afferre voluimus non solùm, ut quę ad Arsenium pertinent cumulatiùs testaremur, sed etiam, ut Romanorum per ea tempora linguam, & ingenium Lectoribus exhiberemus. In nostris Regestis sic de eo. *Hic fuit Cubicularius Eugenii Papæ IV., post cujus mortem rediens ad Religionem, obiit Abbas S. Pauli de Urbe.*

In libris Epistolarum Hieronymi Alliotti (de quo infrà) qui Mss. extant in Monasterio nostro Aretino, reperiuntur aliquot ejusdem Alliotti Epistolæ ad hunc ipsum Arsenium, ex quibus ęa, quæ ejus mores, virtutesque propiùs attingunt, exscribere, & in lucem proferre minimè piguit. Prima legitur lib. 2. sic,

„ Hieronymus Arsenio Monacho Eugenii Pontificis Cubiculario. Injuriam vi- „ deor facere Arsenio, si patiar virum quemquam bonum, & timoratum, mihique „ in primis Amicum, Romam contendere sine meis ad Arsenium commendatitiis „ literis; Quod enìm aliud in Curia officium habet Arsenius, quàm bonos fovere, „ atque amplecti? Itaque cum ad te dirigo viros bonos, videor quodammodò ma- „ gnam tibi mercedis, & præmii materiam comparare; Dominum Joannem * Are- „ tinum, qui ad te venit cum meis literis, dignum existimo, quem tuâ benevolentiâ „ complectare &c. Vale mi Pater optime, ac venerande, meque aliquandò com- „ mendabis Sanctissimo Domino Nostro &c. Florentiæ 14. Decembris 1445. Hæc „ in secundo libro.

* Tortellum.

Libro autem 3. Epistolâ 2. ad Leonardum Dathum in fine sic habet „ Com- „ mendabis me sæpiùs Patri, & Domino meo Domino Arsenio, quem decus, & „ ornamentum Monasticæ Religionis, ut tu meministi, dicere consuevimus „. Et „ ibibem Epistolâ 3. ad eumdem Leonardum Dathum circa finem: „ Aggredere igi- „ tur magno animo ad rem nostram; Non modo enim Arsenium, & Blondum, &

Pog-

„ Poggium, Veggiumque, & cæteros amicos nostros fautores habebis, sed eos „ etiam, quibus nec cogniti fortè sumus, nec visi.

Libro 8. Epist. *Hieronymus Aretinus Arsenio, & Cypriano Monachis, & Cubiculariis Apostolicis S. D...* Est satis longa Epistola, quam quia in ipso Hieronymo integram damus, ideo hìc eam exscribere supersedemus „. Ibidem.

„ Hieronymus Arsenio Monacho, & Cubiculario Apostolico. Hoc matutino „ crepusculo cum ad Triclinium tuum venissem, & videndi, & alloquendi causa, „ domum reverti, nec tamen licuit te videre. Ideò constitui ad te scribere ea, quę „ dicenda essent, & quæ ipse vellem &c. „ & post pauca:

„ Hoc fundamento jacto, dico me amare Arsenium, & tantâ illum comple„ cti benevolentiâ, quantâ ferè neminem: & si quis est mortalium, qui de me, de „ meis consiliis, de vita, de institutis deliberare queat, ille unus est Arsenius; in „ quo certè omnia mea malim esse reposita. Quid me ad hoc inducit Arseni? Non „ utique consuetudo, quæ nulla mihi tecum intercessit; non Patria, nàm longis„ sima terrarum intercapedine sumus disjuncti; non tua in me officia, quæ vel nus„ quam, vel rarissimè sum expertus; Inhęsit mihi jam pridem de te opinio singularis „ prudentiæ, & bonitatis. Credo te verum esse Monachum, credo te verum con„ temptorem sæculi; Vidimus te multos annos tamquam in fornace probatum, re„ pertum esse aurum purissimum, & semper se ipso melius, atque perfectius; Ver„ satus es multos dies in iis locis, in quibus materia ambitionis objicitur, & cam„ pus dignitatibus appetendis patet amplissimus; Tu nusquam visus es ullos ad ho„ nores, ullas ad dignitates ambire: Hæc inquam opinio de te, quæ altas in meo „ animo radices agit, facit ut te complectar amore &c. „ & post multa „ Vellem „ mi Pater Arseni hùc animum induceres, ut adjungas Monasterium illud Aretinum „ Sanctæ, ac Venerabili Congregationi vestræ, videlicèt Sanctæ Justinæ; nàm li„ cèt id non longè sit opulentum, ipse tibi monstrabo viam, quâ possis 40. & eo am„ plius Monachos in illo alere, ac sustentare. Quod si opus hoc sanctum tuâ de cau„ sa non placeat aggredi, non tantùm tibi ipsi satisfacere velle debes, quantùm „ communi omnium utilitati. Da istud Patriæ meæ, da hoc lapso, ac desolato Mo„ nasterio; Denique largiri aliquid debes, & de tuo etiam sensu remittere amori er„ ga te meo. Vale. Romæ 1443.... Item eodem libro:

„ Hieronymus Arsenio. Incredibile est Arseni quanto applausu, quantâve læ„ titiâ exultet omnis populus Florentinus pro Divini hominis promotione Fratris „ Antonii, qui nupèr hujus inclytæ Urbis creatus est Præsul, & tamquam cœlitus „ demissus ad hunc populum longâ jam siti, & ariditate confectum. Hactenùs enìm „ non Pastores habuit, sed detonsores, quibus non tàm pascere oves famelicas, quàm „ vel lanam abradere, vel lac mulgere cura fuit: Magnam sibi laudem ex hoc, vel „ solo facto comparavit Smus Dominus Noster apud hunc populum Florentinum; „ nec solùm boni viri, sed plerique etiam mali in laudes, & præconia effunduntur „ Sanctissimi Domini Nostri, & qui aliquandò impia, & sacrilega verba jactare con„ sueverant in verum Christi Vicarium, nunc ab ejus laudibus, & prędicatione non „ cessant, ut tamquam Isaię calculo ignito mundata esse nunc eorum videantur labia. „ Hæc ideò ad te scripsi, ut abs te intelligat Sanctissimus Dominus noster, quantùm „ & Deo, & hominibus placeat bonorum hominum, & eorum, qui se irreprehensibi„ les gerunt, promotio. Vale. Florentiæ 1445.

Quòd autem Eugenius IV., & exinde Pius II. & Paulus item II. plures ex nostrę Congregationis Monachos, Cubicularios suos in Apostolico Palatio habere voluerint; Eugenius quidē *Arsenium hunc* Leodiensem, *Cyprianum*, *& Placidum* Patavinos, Pius verò II. *Donatum* de Mediolano, denique Paulus II. *Modestum* de Valle Leudu, & eumdem *Donatum* de Mediolano, nemini mirum videri debet, qui

qui sciverit, D. Gregorium Magnum anno 595. Pontificatus sui 6., & Mauritii Imperatoris X., in Concilio Romano 22. Episcoporum, & 34. Cardinalium à se coacto, primùm omnium sanxisse, ut deinceps pro condignâ Apostolici culminis reverentiâ, *ex Clericis, vel ex Monachis electi, ministerio cubiculi Pontificalis obsequerentur*; quam Sanctionem B. ipse Gregorius perpetuò servavit, ut disertè tradunt Jo: Diaconus in Vita ejusdem Magni Pontificis lib. 2. cap. 12. Cæsar Baronius ad annum 595. Severinus Binius tom. 2. Concil. par. 2. pag. 300. Philippus Labbè tom. 5. Concil. fol. 1586. Augustinus Oldoinus in Additionibus ad Ciaconium col. 416. Marcus Battaglinus in Histor. Universali Concil. tom. 1. pag. 304. tertiæ editionis ann. 1696. Crediderim ergò tres à nobis memoratos Pontifices D. Gregorii Magni laudabilem morem, & Romani Concilii venerandum Decretum sibi quoque sequendum, & Successoribus etiam in exemplum proponendum arbitratos fuisse.

ARSENIUS à Monelia in Liguria, Institutum nostrum in Cœnobio Sylvariensi, vulgò *Cervara* 15. ferè passuum millia à Genua distante, professus est anno 1450. die 2. mensis Aprilis. In antiquis nostris Regestis Episcopus fuisse dicitur, sed cujus Sedis non indicatur; scripsisse etiam refertur:

Acta Cœnobii sui, quibus titulum fecit: *Thesaurus Cervariæ*. Fuit Abbas ejusdem Sylvariç. Vide nostrum Catalogum Episcoporum.

ATTILIUS VIGNOLA. Vide 2. part. RUTILIUS VIGNOLA

AUGUSTINUS Anglus ex toto divisa Orbe Britannia bonis avibus Casinum appulit, D. Benedicti Institutis nomen daturus anno 1592., ubi longæ peregrinationis vela contrahens, Monasticæ quietis portum tenuit, Sacrumque Archisterium religiosâ non minùs probitate, quàm Scholasticâ doctrinâ diù illustravit. Plura in utraque facultate, Philosophicâ scilicèt, ac Thologicâ, scripsit, sed pauca tantùm hodie extant, videlicèt:

1 *Physica secundum Aristotelem* Ms. sign. cod. num. 635. in Bibliotheca Casinensi.

2 *Logica secundum eumdem*, codex non signatus.

3 *Plura item Commentaria in Sacram Theologiam*.

Ejus cum laude mentionem habent Angelus de Nuce in Notis Chronicorum Casinensium lib. 4. num. marginal. 2013. ubi vocatur doctrinâ, & rebus agendis insignis. Item D. Erasinus Gattola tàm in Adversariis de Abbatibus, & Episcopis Casinensibus Julio Ambrosio Lucenti transmissis, qui illa suo stylo disposita Italiç Sacræ à se restrictæ, auctæ &c. inseruit pag. 1018., quàm in Epistola mihi ipsi scripta, ubi hçc inter cçtera „ Hic (Augustinus) fuit vir doctissimus, & alia absque dubio edidit, sed ad manus meas non pervenerunt.

AUGUSTINUS CÆSARIUS Sodalis Cœnobii S. Severini Neapolis, floruit propè finem Sæculi decimi sexti Latinis, ac Hebraicis literis. Scripsit anno 1592.

Recentem expositionem in Psalmum 132. *ad Hebraicam incudem redditum; & expurgatum*, dicatam P. D. Laurentio de Genua Abbati S. Severini de Neapoli, extat Ms. in Bibliotheca ejusdẽ Monasterii in 4. Cçterum in antiquo Regesto pag. 71. à tergo, & 72. inter Alumnos S. Severini duo inveniuntur Augustini, primus ab Amantea Professus anno 1561. die 13. Julii, alter à Strongulo Professus eodem anno, die 5. Octobris; quis autem horum Author fuerit hujusce expositionis (nàm uterque temporis ratione esse potuit) divinare non possum.

AUGUSTINUS ISIMBARDI nobili, ac divite Familiâ, Marchionatus titulo illustri, Ticini Regii (vulgò Papiæ) in lucem editus est, clarior tamen nigro futurus cucullo, quem in Monasterio S. Salvatoris ejusdem Urbis induit an. 1645. 18. Octobris; Publico natus bono Abbas eligitur, ac varia Monasteria, S. Salvatoris videlicèt Ticinensis, S. Columbani Bobiensis, SS. Petri, & Pauli in Glassiate Medio-

Mediolani administrat; sed virtutum ejus famâ longiùs adhùc pervagante, à Monachis ad populum, ab Asceteriis ad Urbes translatus, Cremonensi Ecclesiæ à Clemente X. Pontifice Maximo præficitur, quo in munere optimi Pastoris partes explevit omnes, Diœcesim lustrando, sanctiones saluberrimas Synodales edendo, easque libello complexus, populis exhibendo. Annis quinque in ea dignitate, piè in Deum, benignè in plebem sibi commissam versatus, contracto morbo ex diuturno, minimèque intermisso per aliquot dies, quibus ardentissimus fervebat æstus, labore in Sacramento Chrismatis conferendo maximæ è totâ Diœcesi confluenti multitudini, Animam pro ovibus suis tradidit anno 1681. die 2. Junii à Pastorum Principe immortalis beatitudinis (ut piè sperandum est) coronâ donatus. Synodus ab eo celebrata hoc titulo insignita prodiit,

Constitutiones Synodales editæ, & promulgatæ die 30., & 31. Augusti, & primâ Septembris 1679., additis nonnullis Constitutionibus, & Decretis Apostolicis, & edictis Episcopalibus. Cremonæ an. 1680. ex Typographia Francisci de Zannis.

De eo Nicolaus Coleti in Additionibus ad Italiam Sacram Ferd. Ughel. tom. 4. col. 622. impress. Venet. anno 1719. apud Sebastianum Coleti; & nos etiam in Catalogo Episcoporum nostræ Congregationis.

AUGUSTINUS LAMPUGNANUS illustri Familiâ Mediolani in lucem prodiit, & adhùc tenerâ ætate nostræ Regulæ in Monasterio S. Simpliciani ejusdem Urbis nomen dedit anno 1599. die 24. Aprilis. Scholasticis quidem studiis sedulò vacavit, sed Musas, & amæniora studia nihilominus excoluit, quibus faventibus, præclaros ingenii fœtus, tùm prosâ, tùm metro, in quibus æquè dulcis, & facilis est, in vulgus protulit; li quamvis ingenii acumine, Italicæ linguæ proprietate, & elegantiâ, gravitate, & soliditate Sententiarum sint prædìti, ob singularem tamen pietatem, & moralia, ac spiritualia documenta, quibus iidem omni ex parte scatent, majorem etiam commendationem merentur. Celebriores per Italiam Academiæ, Veneta *Incognitorum*, Brixiensis *Errantium*, Bononiensis *Indomitorum*, Genuensis *Dormitantium* *, aliæque, inter socios certatìm eum cooptarunt, cum præter doctrinam, morum etiam comitate, candore, & affabilitate omnes in sui amorem, & benevolentiam alliceret. In nostra verò Congregatione Prioris primùm, deindè Abbatis dignitate fuit insignitus, sed postea Regimine abdicato, Abbatis titulum solùm retinuit, ut liberiùs sibi, studiisq. posset incumbere. Laudibus, ac ætate plenissimus, obiit octogenarius Mediolani in S. Simpliciano circa an. 1666. Ejus opera, quæ hactenùs assequi potuimus, hæc sunt

* Degli Addormentati.

1 *La Pestilenza seguita in Milano l' anno* 1630. *raccontata da D. Agostino Lampugnani Prior Casinense al Serenissimo Duca di Mantova Carlo I. Gonzaga. In Milano per Carlo Ferrendi* 1634. in 12.

2 *Sette strali d' Amore vibrati da Gesù Christo in Croce all' Anima fedele, spiegati da D. Agostino &c. In Bologna presso Gio. Battista Ferroni* 1640., liber in 4. extat etiam Ms. in Bibliot. S. Simpliciani Mediolanensis paritèr in 4. exaratus ab ipso, anno 1630., dùm esset ibi Prior, dùmque Mediolani pestilentia grassaretur.

3 *Lettera di D. Agostino Lampugnani intorno alcune difficoltà della lingua Italiana, publicata da Gio. Battista Magnalpino. In Bologna* 1641. *per Nicolò Tebaldini*, in 12. est Libellus ad orthographicam rationem retinendam contra expunctores literæ *H*, & admittentes *Z* pro *T*.

4 *Turrianæ propaginis Arbor explicata. Bononiæ anno* 1643. in folio apud Jacobum Montium.

5 *Cecilia predicante, Rappresentatione Sacra*; carmine Italico. *In Bologna per Domenico Barbieri anno* 1643. Opus à Valeriano Castillonæo in quadam Epistola valdè laudatum.

Squit-

6 *Squittinio d' Amore, Opera Academica; parti due. In Bologna per il Tebaldini anno* 1643. in 12.
7 *Della Vita di S. Radegonda, che di gran Regina si fece Monaca di S. Benedetto, lib. 5. In Milano per Lodovico Monza anno* 1649. in 4. In fine agitur de duabus SS. Gertrudibus devotorum gratiâ.
8 *Lumi della lingua Italiana diffusi da regole abbreviate, e dubbii esaminati per lo Fuggitivo Academico Indomito. In Bologna per Carlo Zenero* 1652. Opus hoc adhùc Ms. miserat Augustinus Academicis Indomitis Bononiensibus emendandum, & corrigendum, at illi inscio Authore, Operis luce dignissimi partem evulgarunt an. 1641., & posteà idem integrum an. 1652. apud Zenerum, sub nomine Academici Indomiti, ut dictum est, ediderunt. Augustinus itaque ipsum posteà à se recognitum recudendum curavit, suo expressò nomine apposito, Mediolani anno 1653. *presso Lodovico Monza alla Piazza de' Mercanti*.
9 *Diporti Accademici avuti in diverse Accademie. In Milano appresso Lodovico Monza anno* 1653. in 8. continet *sexdecim orationes* valdè eruditas, quę selectiorem Philosophiam, inter cæteras scientias, redolent.
10 *Della Carozza da Nolo, overo del vestire, & usanza alla moda lib. 2. di Gio. Tonta Pagnalmino* (idest anagrammaticè *di D. Agostino Lampugnani*) *In Milano per Lodovico Monza* 1649.
11 *Della Carozza di ritorno. overo dell' esame del vestire alla moda lib. 2. di Gio. Tonta Magnalpino* (eodem nomine inverso) *In Milano* apud eumdem anno 1650.

Philippus Picinellus, loco mox citando, hæc alia Augustini Lampugnani impressa opera recenset, quamvis locum, & annum editionis ferè omnium, ut illi mos est, prætermittat, scilicèt:

12 *La Ninfa Guerriera Favola Pastorale*.
13 *Il Celidoro; Romanzo*.
14 *Ode Latina in Creatione Ducis Venetiarum Antonii Priuli*.
15 *L' Eroe mendico, cioè dei Gesti di Sant' Alessio libri* 5. impress. Mediolani apud Ghisolphum anno 1645. in 12.
16 *Atti di Contrizione, e varie Poesie*.

Manuscripta.

1 *Antiochiale, overo risposta in difesa del Cavalier Marini intorno all' Adone fatta da Balbino Balbucer à Momo* Ms. originale nell' Aprosiana in 4.
2 *Stimoli all' Anima fedele per infervorarla alla divotione del Sm̃o Sagramento dell' Altare spiegati da D. Agostino Lampugnani Priore Casinense* tom. 2. in 4.
3 *Vita della Vergine Santa Gertrude Badessa di Nivelle Protettrice del Brabante compilata da D. Agostino &c.* in 4. Incipit: *Egli è più che vera*.
4 *Infedeltà fedele; Favola Boscareccia* in 4.
5 *La Fiammella; Favola Pastorale*.
6 *Odarum, & Carminum* D. Augustini Lampugnani lib. 4. in 4. Hæc omnia Mss. extant Mediolani in Bibliotheca S. Simpliciani, à me visa anno 1688.
7 *Ode Dicolos, Distrophos* in laudem Sancti Nicolai Magni Mirensis Episcopi impressa ad calcem Historiæ Fortunati Ulmi de translatione Corporis ejusdem Sancti Nicolai editæ Venetiis anno 1626. in 4. estque pulcherrima, atque elegantissima.

Nec prætermittendum puto, quod Constantinus Cajetanus (de quo fusè infrà) in Epistola Nuncupatoria ad Mauritium Roganum Cajetanum, Fundorum Episcopum, Urbisque Cajetę Judices, & Consiliarios, quam Vitæ Sancti Erasmi à Gelasio II. Papa conscriptę, atque à se editę Romę an. 1638., & scholiis illustratę, præmisit, de Augustino Lampugnano narrat, cum nempè, dùm Monasterii S. Angeli

geli in eadem Cajetana Urbe Præpositum, seù, ut dicimus, Priorem ageret, appoſuiſſe ſubſequens *diſtichon*, à ſe compoſitum, Cajetani Montis, Smæ Trinitatis nuncupati, admirandæ ſciſſuræ, in deſcenſu dextrorſum propè Sacellum *, ubi uſque in præſens cernitur ſignum manus cujuſdam increduli Mahometani, ac obſtinatè pernegantis, hos montes divino nutu, ac miraculo in Redemptoris obitu fuiſſe diſciſſos; dùm enìm manum petræ violentiùs inſerret, diceretque, *Ita hoc verum eſt, atque ſaxum iſtud maſſa eſt farinacea, vel lactea*, continuò petra, veluti cera igne mollita, ceſſit applicitæ manui, ejuſque veſtigium profundè in ſe ipſam recepit, quod hodièque ibidem cernitur; En Lampugnani hac de re diſtichon:

* Ss. Crucifixi

Improba mens renuit verum, quod fama fatetur
Credere, at hoc digitis ſaxa liquata probant.

Refert quoque idem Cajetanus in eadem Epiſtola ejuſdem Lampugnani *Epigramma* ibidem paritèr appoſitum, quo exprimitur hæc Coſmographorum animadverſio, oculorum videlicèt aciem per ipſam ſacri Montis rimam rectâ lineâ Hieroſolymam ferire, quod Lampugnanus elegantèr æquè, ac devotè ſic explicat.

Quiſquis ades, curas animo depellito inertes,
Tum pius, atque tremens hunc venerare locum.
Factus Homo Deus, ut ſtatuit ſuccumbere letho;
Atque Homini vitam reddere morte ſuâ.
Aſtra tegunt nubes, inverſoque ordine rerum,
Omnia turbantur, cuncta creata dolent.
Artificem teſtata ſuum ſcinduntur, & iſta
Inſontem oſtendunt vulnera, ſaxa, pati.
Hoſce per anfractus, Solymæ ad ſacra arva videnda
Luminibus montis ſternitur ecce via.
Corpore quos natus, quos corde ibi Virgo dolores
Deipara ſuſtinuit, flens meditare, cole.
Fac finem hìc noxis, dignos hìc concipe fletus.
Hìc animæ maculas ablue, terge, lava.
Plaude operi gratus, ſupplex, & Numen adora,
At renuis: duro durior es ſilice.

Agunt de eo magna cum laude Philippus Piccinellus in Athenæo Mediolanenſi pag. 3., ex quo nos plura deſumpſimus. Hieronymus Borſieri in ſupplemento rerum Mediolanenſium cap. 12. Angelicus Aproſius in Libello dicto *Viſiera alzata Hecatoſte* &c. fol. 24. Itemque in alio opere, cui titulus, *Lo ſcudo di Rinaldo*, ſub nomine *Scipionis Glareani* pagina 21., ubi dedicat Auguſtino Lampugnano capitulum 6., cujus programma, *Qual peccato foſſe maggiore, ò quello d' Adamo, ò quello di Eva*. Iterumque in Bibliotheca Aproſiana pag. 292. & ſeqq., ubi perhonorificè de eo loquitur, ejuſque opera ferè omnia recenſet; exhibetque prolixum quidem, at ſatis venuſtum carmen à Comite, & Equite Scroſato ex Collegio Judicum Mediolanenſium in ejus laudem conſcriptum, cujus priorem ſaltem partem Lectoris oculis mox ſubjiciemus. In laudata verò Hecatoſte quatuor Lampugnani libros ficto nomine ab eo editos recenſet, quorum ultimus eſt *Antiochiale* &c. „ Originale nell' Aproſiana: di queſto ſi fa mentione in fine del *Vaglio critico* „ *di Maſoto Galiſtoni* portato col vero nome.

Juſtus Fontaninus in Catalogo Selectiorum Authorum, qui de præcipuis artibus, & facultatibus Italicâ linguâ ſcripſerunt, edito Romæ an. 1706. Claſſe primâ, qui eſt pars ſecunda Tractatus *Dell' Eloquenza Italiana* pag. 25., editionis verò tertiæ ibidem, anno 1726. pag. 71. & ſeq. opus Auguſtini Lampugnani *de Luminibus Italicæ linguæ*, ut ſupra, refert, quamvis Authorem nominans, Caſinenſem fuiſſe

Mona-

Monachum reticeat. Dominicus Bartholi in libello inſcripto, *Aſta d' Achille* pag. 23. Author libri, *Le Glorie degl' Incogniti Academici di Venezia* pag. 11., ubi eum decus Amicitiæ, ſtirpis ſuæ gloriam, & virtutis delicium vocat, qui innumeros applauſus ob ſtyli dulcedinem, novitatem acuminum, raram inventionum, & fœtuum mentis fœcunditatem meruerit, indicatque aliud ejus opus prænotatum

Odor ſuavitatis, ſive exercitationes ſpirituales; viſitur ibidem ejus effigies cum ſubjecto diſticho.

Quos tua dat radios Lampas, quæ lumina profert
Hæc tuus in primis Celiodorus habet.

Franciſcus Lauretanus in Epiſtolis ad eum datis, quę leguntur Epiſtolarum ejus par. 1. pagg. 46. 329. 488. Bernardus Pez Mellicenſis Epiſtolâ X. Apologeticâ pag. 250. In noſtris Regeſtis pag. 290. à tergo in margine. *Abbas Titularis ex regimine multa ſcripſit.*

Comitis, & Equitis Scroſati In Auguſtinum Lampugnanum
CARMEN.

Pater, deliciæ novem Sororum
Paterque unius, una ſpes, ocellus
Phœbi, Principis ipſius Sororum
Chori, Te juga, ſylva, fonſque Pindi
Colunt, teque canente, ſe beatos
Dicunt, ſeu numeris beas beatos
Rursùs nectareis, jocoſa ſive
Spargis tela domeſticus, dicaci
Seu ſtringis vitium ore, ſed virorum
Parcis nominibus: Lyram modis, ſeu
Increpas variis, novoque Divos
Auges carmine, Principem, & Deorum
Sede, & munere, quo beare poſſis
Quidquid Luna ſuo videt ſub Orbe,
Sive in Arcadia jocos, amores
Paſtorum modularis, & canendo
Vincis Arcadiæ Deum, cicutâ,
Quam Petrarcha dedit, jugis hetruſcis
Lectam, Phillida, qua tu Aminta, & ipsū
Paſtorem valeas fugare Fidum
Scæna, quam nimium diù fatigant
Verbis, quæ doceant graves cothurnos
Non ſoccos humiles, caſaſque viles
Paſtorum, aut ſtipulas, rudeſque mores,
Quæ natura negat, negantque Flacci
Juſſa non violanda, ni Poetæ
Vellent quidquid eis libet, licere.
Sacra pectora concitata ab æſtro
Lege, ſeu pedibus refers ſolutis
Certaldi paribus notis, Alumni
Quid pulchrum meritò quid invenuſtum,
Ac deforme oculis, utrumque, & ornas,
Et lucem modó, me modò tenebras
Vis optare tuo nitente ſemper
Sermone, & dubium facis mei, me;
Ut quæ grata magis mihi futura
Sint, mens neſciat: Eſt tuæ loquelæ
Vis ea, & potis eſt Sophia tantum &c.;

quæ ibi legi poſſunt, ideſt in præcitata Bibliotheca Aproſiana pag. 292. & ſeq.

AUGUSTINUS LOSCUS Hiſpanus, Patavii in Monaſterio S. Juſtinæ noſtris adſcribi voluit anno 1539. die primâ Decembris; Vir Theologicæ ſcientiæ, & Eccleſiaſticæ eruditionis famâ plurimùm commendatus, quâ permoti noſtrę Congregationis Supremi Patres, eum Abbatem Sancti Benedicti Ferrariæ crearunt, unâque cùm pręſtantioribus Theologis ad Tridentinam Synodum direxerunt; Plurima ſcripſiſſe fertur, ſed ejus (quod ſciatur) ſupereſt tantùm

Oratio habita in Concilio Tridentino, die 12. Martii, in Feſto Sancti Gregorii Magni, quę inſignis eſt doctrinâ, & eloquentiâ, impreſſa in 14. tomo Conciliorum Philippi Labbe col. 1257. & ſeqq., & priùs jam edita fuerat Brixiæ apud Damianum Turlinum an. 1562., quo etiam anno Tridenti habita fuit; & ſic impreſſa invenitur in lib. in 4. Miſcellaneo Actorum Concilii Tridentini, qui extat apud D. Hipp. Pugnetti, incipit: *Velim hodie Patres Ampliſſimi, clariſſimique Oratores &c.*

Laudatur à Petro Ricordato hist. Monasticæ Dialog. 4. pag. 465. tamquam Vir magnæ, & raræ doctrinæ. A Placido Pucinello in Nomenclatura pag. 6., à Jacobo Cavaccio Hist. S. Justinæ libro 6. A Benedicto Guidio in Præfatione ad Orationes Isidori Clarii in Evangelium Lucæ, ubi de eo sic habet „ Sed quid dicam de
„ Augustino Losco, & Euthychio Cordes Casinensibus Theologis, qui proximo
„ hoc Œcumenico Tridentino Concilio admirabili eloquentia cum summa Sacrarum
„ literarum cognitione ita claruerunt, ut non Casinensem modò familiam illu-
„ strasse, sed seipsos etiam doctrinâ, & memoriæ fœlicitate supergressi fuisse videan-
„ tur „ Joannes Cinellus Bibl. Volant. pluteo 6. pag. 19. In nostris Regestis pag. 11. in margine, *Abbas doctissimus fuit ad Concilium Tridentinum*.

AUGUSTINUS Familiâ PAPASIDERA, patriâ Panormitanus, natus anno 1616. apud Sanctum Martinum propè Panormum Monasticis Institutis sese addixit anno 1638.; non vulgaris doctrinæ nomen, Philosophiam, ac Theologiam docendo, assequutus, primùm Decanus, tùm Prior creatur, quo in munere sacra studia, æquè, ac religiosam morum integritatem, ad extremam usque senectutem perduxit, quam Panormi nonagenario major absolvit an. 1709. composuit Italicè

1 *S. Fara di Borgogna, overo Burgondofora Vergine Thaumaturga, Abbadessa dell' Ordine del Gran Patriarca San Benedetto*. Panormi apud Petrum de Insula anno 1662. in 8., quem librum Petrus Fortis, in compendium redactum, denuò edidit apud eumdem anno 1663. in 16. Item,

2 *L' amorosa corrispondenza trà Cristo Sacramentato, e il Gran Patriarca San Benedetto, e suoi Figli, questi segnalandosi nella riverenza, e quello nella beneficenza*; Panormi per Felicem Marinum an. 1699. in 8. Habebat etiam prelo paratas *Varias Conciones Sacras*, quas an in publicam lucem posteà emiserit, mihi est incompertum. De eo Antoninus Mongitore in Bibliotheca Sicula par. 1.

AUGUSTINUS TORANUS ipse etiam Panormi natus, anno 1613., anno verò 1629. die 5. Octobris in ipso ætatis flore Congregationem nostram ingressus est apud idem Monasterium S. Martini de Scalis; Claruit magno ingenii acumine, quo & graviores disciplinas facilè didicit, & floridiores Musas haud infœlicitèr coluit; Cecinitque plura, tàm Latinâ, & Italicâ, quàm etiam Siculâ linguâ, eaque Poeseos Professoribus satis probata testatur ejus effigies, licet admodùm Juvenis, annorum nempè viginti quatuor, ære incisa, & tamquam celebris Poetæ in vulgus emissa; sed cum acerrima ejus indoles nobiliora in dies promitteret, mors nimis immatura spes omnes Literatorum frustravit; Obiit enìm anno 1638. ætatis suæ 25. in Monasterio Gangii in Sicilia, edidit

1 *Canzoni Siciliane*, quæ leguntur impressæ in Musis Siculis to. 1. par. 2. Panormi apud Decium Cyrillum anno 1647. in 12., & iterum apud Josephum Bisagnum anno 1662. in 12. Hetrusco verò Idiomate

2 *Poesie varie*, quas justo volumine comprehensas P. D. Maurus Marchesius, apud quem erant, edere parabat Venetiis, sed morte ipse etiam præventus, eas Honorio Dominico Caramella itidem Panormitano, Musæi Illustrium Poetarum Latinorum authori, reliquit imprimendas, at ejusdem etiam Honorii morte subsequuta, ineditæ perierunt; aliqua tamèn ejus scripta poetica extant adhùc in Bibliotheca ejusdem Sancti Martini de Scalis Mss., & Venetiis in Bibliotheca Sancti Georgii Majoris reperiuntur Augustini à Panormo

Rime diverse tom. 1. in 4. Ms. à me visus anno 1718.

Laudatur à Josepho Galeano in Musis Siculis tom. 1. par. 2. pag. 31., & novissimè ab Antonino Mongitore Bibliothecæ Siculæ parte 1.

AUGUSTINUS VENERIUS patriâ Neapolitanus in Cœnobio Sñæ Trinitatis Cavensis Monasticæ vitæ methodum sumpsit anno 1595. die 12. Septembris; Vir, tum

tùm doctrina, tùm probitate conspicuus, quem Urbanus VIII., qui illius virtutes optimè noverat, Abbatem, ut dicimus, *Titularem*, eligi jussit; Is in antiquitatis studiis versatissimus, Cavense Archivum valdè insigne, vetustissimis, iisque aureis monumentis cumulatissimè refertum, diurnâ, ac nocturnâ manu versans, plurimùm illustravit, illius absolutissimis, atque pulcherrimis Regestis compositis, quibus hunc titulum præfixit,

1 *Dictionarium, seu Index Alphabeticus*, 5. *Mss. tomis* in fol. distinctus, *Privilegia, aliaque innumera monumenta preclari Archivi, Cavensis Monasterii, summatìm comprehendens*; opus æquè nobile, ac utile, cui adiecit

2 *Libros tres Additionum Dictionarii Cavensis* in fol. tom. 2. Eruit præterea ex eodem Archivo sequentia Opera,

3 *Libros* 3. in fol. *plurimarum Familiarum Defunctarum, tàm Neapolitani Regni, quàm aliarum Regionum*,

4 *Series Regum, Principum, Ducum, Comitum, Imperatorum, & egregiorum Virorum, ac Principum, Salerni, Capuę, Beneventi, ac Affinium, & Consanguineorum eorum, cum adnotatione de Familiis &c.*

5 *Historiam Civitatum, & Regionum Italiæ, ejusque Populorum, & Regum, quatuor partium Mundi, Imperii Romani Occidentalis*; Tractatur ibidem de *origine, & servitute Italiæ*, cum serie Græcorum, Francorum, Langobardorum, Nortmannorum, Germanorum, Svevorum, Andegavensium, Aragonensium, Dyrrachensium, Hispanorum, aliisque de rebus notabilibus; Inter quæ, de Summorum Pontificum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporumque familiis, eorumque Consanguineis, Affinibus, ac Propinquis &c. omnia Mss. in fol. Cavensis Archivi, & classicorum Scriptorum authoritate fulcita.

6 *Libellum Ms. de Donationibus Ecclesiarum Principum Salerni, eorumque Consanguineorum, de eorum Jurepatronatus, factis Monasterio Cavensi, cum Fundatoribus, & Fundationibus, & Serie, ac Genealogia Comitum, qui, vel filii, vel fratres fuerunt Principum Salerni.*

7 *Historiam brevem, seu Breve Chronicon Sacri Monasterii Cavensis usque ad annum* 1618., & alia minoris momenti.

Quæ omnia ipsiusmet Augustini manu exarata asservantur in Archivo Cavensi; Ipse etiam operam suam contulit Alexandro Rodulpho, de quo supra, in Chronico Cavensi, perficiendo; qua de re audiatur ipsemet Augustinus in præfatione ad Lectorem, quam in idem Rodulphi Chronicon scripsit.

„ Scito Amice Lector, opus hoc jam ante annos 20. à R. P. D. Alexandro de
„ Neapoli Cavensi Monacho, & Abbate fuisse absolutum, etsi typis non traditum,
„ morte enìm præventus Author id agere nequivit. Intereà præclarum opus in te-
„ nebris latebat. Ego verò non sine animi molestiâ ferre poteram, quod à tanto Vi-
„ ro lucubratum opus deperiret, & licet laboris hujus utcumque particeps fuerim,
„ tamen non meam, sed suam, ac Monasterii potiùs vicem dolebam. Denique
„ quod anxiè quærebam, reperire merui; Conscissum tamen, ac dilaceratum; cum
„ primum ergo in manum incidit, perlegi, ac undique recognovi, atque non pauca,
„ quę desiderabantur adjeci, ut pote è Dictionario, quod ipse confeceram, quodque
„ ex universis Archivi monumentis constat, excerptum Chronicon cum eodem
„ Dictionario conferre studui, & coaptare, atque, ut tandem aliquandò è tenebris
„ in lucem prodiret, operam dedi. Vale „

Operi autem suo *De servitute Italiæ* hanc ad Lectorem præfationem præmisit.

„ Ea est homini à natura conditio, ut quem ad rectè, beatèque vivendum verba
„ exhortationum movere non possunt, exempla quandoque permoveant. Hinc
„ priscorum Regum consuetudo fuit, antiquiorum gesta Virorum tabulis exarandi,

„ & in publicum exponendi, ut, vel sic ad propositum exemplar, Heroumque admirandam, laudabilemque vivendi rationem, plerique Subditorum vitam suam, moresque componerent. Hinc est etiam, quod consideranti mihi, sæpeque sæpiùs animo volventi ferventissima illa, & assidua bella, quæ olim infęlix Italia præ cæteris Orbis partibus (ob Barbarorum, aliarumque exterarum gentium avaritiam, atque effrenatam regnandi cupiditatem) passa est; Pestes quoque exindè ortas, famesque, & calamitates plurimas, quibus toties prægravata est, & devastata, illud Poetæ Elogium, *Serva Italia* in mentem venit, occurritque, ac simul quædam animi deliberatio de his aliquid lucubrandi, ac in posterorum utilitatem edendi, quod tunc me absolvisse censeo, cum libellum hunc de Italiæ servitute ediderim, ubi priscam ejus calamitatem Lectores agnoscent, imò accuratius ex multifaria Principum serie, qui tùm in tota Italia, cùm in singulis fere ejus regionis Urbibus dominium habuerunt, certiores fieri licebit: Deinde ex consideratione veteris calamitatis, hanc, quæ in conspectu est, ubertatem, & pacem elicere poterunt, & contueri; Etenim verò, ut in proverbium exivit, qui *malum Bellum prospectum non habet, pacis bonum non novit*. Postremò præterita tempestate edocti, cauti reddantur in posterum, ac Deo Optimo Maximo quamplures referre gratias non cessabunt ji, quibus sub fœlici auspicio Australium * Augustorum tantâ pace, ac rerum copiâ perfrui datum est. Hic autem non orationis prolixitate, sed brevitate potiùs sermonis uti visum est, ut plura de vasta rerum gestarum historia tangere possimus, & eo libentiùs, quod dicimus, assumatur; In Arborum verò fastigia Principum series ereximus, ut si Lectoris animus sermonis inconcinnitatem fastidiat, intuentium saltem oculi aliquatenus oblectentur. Vale.

* Austriadū

Obiit Augustinus Venerius anno 1638., cujus memoria apud Cavenses Monachos in benedictione est,

Ejus elogium, D. Marinus Albritius Decanus *, & Cavensi Archivo modò Præfectus, Vir gravis, & eruditus, literis ad me datis 22. Novembris 1720. ita prorsùs scripsit.

* Nunc Prior

„ Uomo in vero non mai a bastanza lodato, & al quale deve il Monastero sudetto la coordinazione del suo celebre Archivio, in quelli tempi, ne i quali non vi era la prattica de' caratteri antichi, furono da lui con l' orazioni, e digiuni interpretate, e trascritte tutte le più difficili, & antiche Scritture del medesimo, che non poche sono nel detto Archivio conservate, e scritte, sino dall' ottavo secolo, e poi pervenute in detto Archivio per le unioni fatte al detto Monastero di molte altre Chiese, e Monasteri conceduteli dalla divozione, e benignità de' Prencipi Secolari, Vescovi, Arcivescovi, e Romani Pontefici. Molto scrisse, ma niente volle dare alle stampe, avendo sminuzzato non solo il celebre Archivio Cavese, ma ancora quel di Salerno, di Santa Maria di Vietri fuori di Salerno, ed' altri, mentre nelle sue opere cita molte volte quest' altri Archivj. Si conservano tutte le sue opere originali Ms. di suo proprio carattere nel sopradetto Archivio Cavese.

ADDENDA Lit. *A* pag. 9. lin. 11.

ALMERICUS de Almericis nobilis Cęsenas, in Monasterio S. Marię de Monte extra Civitatem sito, Divi Benedicti assecla fieri voluit anno 16.... dic.... evasitque eximius Theologus, præsertim in ea facultate, quæ mores ad divinę legis præscriptum componit, & dirigit; eam namque quinquaginta propemodùm annorum spatio Cæsenæ docuit, Episcopis idcircò illius Urbis, ob singularem, consumatamque ejus scientiæ peritiam, apprimè charus, & ab Eminentissimo Cardi-

Cardinali Ursino, qui posteà Benedictus XIII. *Magnus Theologus* passim nuncupatus. Hic cum ad summam senectutem pervenisset, morti jam proximus, coram Abbate, & Monachis sibi adstantibus, copiosis lacrymis laxiorem morum disciplinam detestatus, si quas umquam molliores, aut minus tutas sententias dictasset, vel docuisset, eas se retractare, obliterare, & improbare protestatus est, seriò, & ineluctabilibus rationibns quotquot aderant, ad tutiorem, arctioremque Morum Doctrinam tradendam, & sectandam etiam, atque etiam adhortans; Sanctissimis deindè Sacramentis piissimè susceptis, in pace quievit octogenario major circa annum 1698. reliquit

Plura volumina Mss. in omnes Tractatus ad Morum doctrinas spectantes; quorum unum satis magnum in fol. pagg. 604. quod est *de Sacramentis*, extat apud D. Hippolytum Pugnettum Decanum, à me visum Assisii anno 1730. incipit.
„ Ferunt Viri sapientes, idque pro comperto habent, Virtutes ipsas homini tanto
„ esse ornamento, ut qui ad earum culmen se elevaverint &c.„ Finit.„ Secundo
„ ut Principium continens genus, & hoc modo Deus est in omnibus generibus: &
„ per apropriationem in genere substantiæ tamquam ibi magis appropinquabile.
Reliqui tomi Cæsenæ remanserunt.

Pagina 16. lin. 12. in ANASTASIO UBERTI.

De eo etiam Bernardinus Manzonus Min. Conv. in Chronolog. Cæsenæ, editâ Pisis anno 1643. pag. 71.

Pagina 48. lin. 25.

ANONYMUS nostræ Congregationis Monachus composuit librum hujusce tituli, & argumenti,

Prattica, e modo facilissimo Cattolico, da Cristo prima verità insegnato alli suoi Apostoli, per scacciare da' Corpi humani, è irrationali, & inanimati, che all' Huomo servono, con ogni infallibilità il Demonio: est Ms. in 4. pagg. 227. apud me, ex dono prædicti D. Hippolyti Pugnetti. Dividitur in capita viginti, & unum incipit.

„ At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, Paulus ad
„ factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret &c. Veramente, e realmente Galat. 4.
„ Redentore, quale per la somma sua bontà &c. Finit.„ Nel terribile, è glorioso
„ tuo nome di Gesù Nazareno, e Santissima Trinità Padre, Figliuolo, e Spirito
„ Santo„ Adnectitur alius brevis tractatus de eadem re in tria capita divisum, quorum singula nihil continent aliud, quam sententias Novi Testamenti ad propositum uniuscujusque capitis argumentum.

Pagina 51. lin. 15. In ANSELMO PAJOLO.

Comparaverat autem sibi selectam, ac pretiosam Bibliothecam præsertìm Poetarum ferè omnium, tùm Latinorum, tùm Italorum, & Gallorum, quorum singulos eruditis, ac doctis Notis Marginalibus illustravit.



BAL-

B



ALTHASSAR MORABITUS natus est Catanæ in Sicilia, & apud celebre Monasterium S. Nicolai de Arenis nostris ritibus initiatus anno 1615. die 24. Februarii, Christianæ eruditionis, ac prudentiæ laude floruit, ob quam Abbatis insula ornatus fuit. In ejusdem Cœnobii Bibliothecâ an. 1690. priusquam nimirùm Cœnobium ipsum, totaque ferè Urbs, ac Insula horribili terremotu concussâ rueret, quod anno 1691. contigit, extabat ab eo exaratus infrascriptus liber, quem posteà è ruinis erutum, ibidem adhùc asservari nupèr accepi scilicèt

Ammaestramento Cristiano politico, seu Chronologia Politicorum ab eo absoluta anno 1664. opus non mediocris laboris, ex gravissimis authoribus collectum.

BAPTISTA Mantuanus patriâ, Divi Benedicti Religioni, quę per ea tempora in Italia reflorescebat, nomen dedit anno 1411. die 15. Augusti in Monasterio Padolyronensi, quod paulò ante cum Patavino Cœnobio, Ludovici Barbo viri piissimi opera in parvam quidem, mox amplam, atque percelebrem Congregationem convenerat. Fuit Baptista insigni morum probitate ornatus, quales utique decebat novellę Congregationis primos Alumnos; doctrinâ verò non vulgari prędituss, atque in divini verbi prędicatione ferventissimus, cui juge studium, ac indefessum laborem semper impendit, ex quo *Summi Concionatoris* titulum promeruit, scripsit:

Sacrarum Concionum librum, qui an, & ubi nàm extet, ignoratur; ex Jacobo enim Cavaccio in Hist. S. Justinæ, & Benedicto Guidio in præfatione ad Opera Isidori Clarii constat, plurimas antiquorum nostræ Congregationis sodalium lucubrationes varia ob infortunia periisse. Cæterum in nostris Regestis, dicitur in margine *Maximus Prædicator*.

De eo præterea idem Cavaccius loquitur singulari cum laude præfatæ Historiæ lib. 5. pag. 210. secundæ editionis Patavinæ anno 1696. circa finem, ubi vocat eum *eruditissimum Concionatorem*, quippè qui novo orationis genere, Italiam universam ad sui admirationem traxerit, adeo ut Ecclesiæ, quamvis amplissimę, auditoribus angustæ essent, ideòque plateæ interdùm, imò patentes etiam campi ad Conciones requirerentur; ex ejus itaque prædicationibus multiplicem narrat fructum enatum, unâque pravorum hominum in Baptistam acerrimum odium, quare non semel verbera, & carceres eum tolerasse, mortemque intentatam solo Dei præsidio evasisse. Missum insuper eum asserit à Ludovico Barbo Mediolanum, unà cum aliis præstantibus virtute Monachis, ut Abbatiam Sancti Dionysii destitutam, quam Mediolanenses novâ Monachorum coloniâ honestari cupiebant, ob eamque causam Monachos ab eodem Ludovico postulaverant, in optimum statum restitueret, quod navitèr fuisse præstitum ipse Cavaccius affirmat.

BARNABAS Parmensis Monachus S. Joannis Evangelistę Urbis ejusdem Parmæ, factus anno 1590. die 11. Junii, edendas separatis libellis curavit

1 *Vitam S. Joannis primi Abbatis ejusdem Cœnobii*, &

2 *Vitam S. Bernardi Episcopi S. R. E. Cardinalis, Parmæ*, per Erasmum Viotti an. 1609. At Scriptor ne, an excriptor tantum Barnabas? Vide in Adjunctis.

Ad calcem hujusce Literæ.

BARTHOLOMÆUS AVEROLDUS nobili, ac perantiquâ Familiâ Brixiæ editus, insignis olim Monasterii vulgo nuncupati *de Leno*, vel *de Lino*, vel etiam *de Leone* in Agro Brixiano Abbas, ac deinde Archiepiscopus Spalatensis in Dalmatia, Vir sanè doctissimus, quippè qui Codicem Decretalium reformavit, ac in

Sacram

Sacram Scripturam gravissimas animadversiones incœpit, quas tamen immaturâ morte præventus, perficere non potuit, à Leonardo Cozzando Bibliothecæ Brixianæ par. 1. pag. 48., editionis 2. anno 1684. Monachus Casinensis dicitur, ac primariis honoribus, & muneribus ejusdem Religionis persunctus „ Bartolomeo
„ Averoldo (sunt ejus authoris verba) Monaco Casinense fu riccamente freggiato
„ di tutti quei più bei lumi di lettere, che possono glorificare ne' Chiostri un Religio-
„ so, e renderlo degno delle prime cariche, e de i primi honori, che dispensi la sua
„ Religione. Doppo varj impieghi fu fatto Abbate dell' antica, e nobile Abbazia
„ di Leno, per la quale ricevè poi in contracambio da Pietro Foscari Cardinale di
„ S. Nicolò, l'Arcivescovato di Spalatro in Dalmazia l' an. 1479., e passò l'Abbazia
„ in Commenda. Fu Prelato dottissimo, e fu riformatore del Codice de' Decreti,
„ & aveva di più cominciate alcune gravissime considerazioni sopra la Sagra Scrittu-
„ ra, le quali non potè perfezzionare, estinto in Verona da una morsicatura di una
„ sua Cagnolina rabbiosa, dove anche fu seppolto 1480. „ Verùm Abbatia hęc Leonensis nunquam Congregationi nostræ Casinensi unita fuit, quamvis de unione ipsa ineunda cum ejusdem Congregationis Patribus egerit Averoldus, quod nupèr didici ex literis Brixiâ ab Amico receptis, qui sequens pręterea, atque illud insigne, hanc in rem, documentum mihi transmisit.

„ Nella Cronica Ms. di Cornelio Adro dedicata al Cardinal Morosini allora Ve-
„ scovo di Brescia, & Abbate Leonense, tratta da' documenti di quell' insigne
„ Abbazia, si trova la seguente memoria a carte 39. e 40. parlandosi di Bartolomeo
„ Averoldo ultimo Abbate.

„ Volse anco questo Abbate con pretesto di riformare l' Abbadia darla alla Con-
„ gregazione di San Benedetto *, e ne fu fatto Istromento in S. Eusemia Monastero
„ di detta Congregazione in Brescia, & una gran parte dei Padri di quella Congre-
„ gazione furono per far tal riunione, e poi ultimamente fece un' altra convenzione
„ con l'Illustrissimo Monsignore Pietro Foscari Cardinale di *S. Nicolano tra l' Ima-*
„ *gine*, e fu che detto Monsignore li desse l' Arcivescovato di Spalatro, con darli lui
„ in scambio la Badia, laonde la Badia andò in Commenda, & il Foscari fu il primo
„ Comendatario, come l'Averoldo fu l'ultimo, che portò l'Abito Monacale, e tutto
„ ciò si vede in un Istromento fatto da un Dottore chiamato *Antonio de Chiocchis* in
„ Papero segnato di fuori con questa parola CONVENTIO, siccome altrettanto si
„ legge, che la volse dare ai Monaci in un altro Istromento in carta pegorina segna-
„ to 1471. Expressa ex Authographo ad verbum.

* S. Justine

Cæterum de Bartholomęo Averoldo multis agit Octavius de Rubeis in Elogiis Historicis Illustrium Brixiensium pag. 188., & seq.

BARTHOLOMÆUS cognomine TABERNA, ex Oppido Paternione propè Catanam, in Cœnobio Sancti Nicolai de Arenis, Monasticam professionem obivit anno 1541. die 25. Decembris. Is Vir fuit Scholasticis, Historicis, Poeticis, multòque magis divinis literis deditissimus, quarum insignis eruditio, haud exiguam ei peperit gloriam, præcipuè cum studiorum, ac ingenii sui nobiles fructus, sequentes libros in publicam lucem emisit, nempè

1 *Vitam S. Agathæ Catanensium Amazonis V. & M. Poema heroicum, Italicâ linguâ conscriptum*, impressum Venetiis apud Joannem Comenzini an. 1584.; extat etiam Ms. in laudati Monasterii Catanensis S. Nicolai Bibliotheca.

2 *Commentaria in Apocalypsim*, opus egregium, quod reperitur Ms. in eadem Bibliotheca, & Venetiis in Bibliotheca S. Georgii Majoris Ms. sign. 318., ut vidi anno 1718. tom. 1. in fol.

3 *Chronicon S. Mariæ de Licodia*, *& S. Nicolai de Arenis* Ordinis Sancti Patris Benedicti Congregationis Casinensis ab anno 1136., quo idem Monasterium fun-

datum

datum fuit, usque ad annum 1590., in quod pariter congessit plurima pertinentia ad Congregationem Siculam, & Casinensem, & ad Sicula Monasteria, Sancti Martini de Scalis, Sancti Placidi Messanæ, Sanctæ Mariæ Montis Regalis, Sanctę Mariæ Fundronis, & Sanctæ Mariæ Gangii; extat Ms. in Archivo laudati Monasterii Catanensis.

Composuit etiam *duo magna Repertoria, seù Regesta Bonorum omnium* ejusdem Monasterii, à Regibus, & Benefactoribus concessorum Mss. in eodem Archivo.

Agunt de eo Antonius Possevinus Apparat. Sacr. tom. 1. pag. 148. Arnoldus Wion Lign. vit. par. 1. cap. 63. pag. 405. qui Bartholomæi mortem rejicit in annum 1593., quamvis Antoninus Mongitore in sua Bibliotheca Sicula, ubi de eo item agit, asserat ex literis D. Georgii Alexii Viri eximii, datis sibi ipsi anno 1705. 6. Aprilis, decessisse Bartholomæum Catanæ anno 1610., ætatis suæ circitèr LXXXV. cum ibidem esset Prior.

Placidus Pucinellus in Apparatu Historico, de Viris Illustribus Abbat. Florent. cap. x. pag. 83., ubi Virum vitæ venerabilis eum appellat, in omnibus scientiis optimè versatum, Lectorem Philosophiæ in Monasterio Florentino, & posteà Catanæ Priorem, ibique eum obiisse narrat anno 1593., ex præcitato Arnoldo. In nostris Regestis pag. 241. in margine: Obiit Catanę Prior 1590. *Vir doctissimus multa scripsit*. In Catalogo Mss. Bibliothecę Coll. Gregoriani de Urbe * in serie Interpretum Sacræ Scripturæ. *In Apocalypsim*, *Taberna* signat. R. 3. 37.

* In Arch. Procurat. Generalis Cas. apud S. Calistū.

Laurentii Bolani Medicinæ Doctoris, in Chronicon Tabernæ.

Parvus habet Scholio liber hic, quo tempore, & à quo
Cœnobium erectum est, quot data Sacra sibi.
Quot Summi Patres, quot celsi commoda reges
Tradiderint, itidem quot bona quique dabant.
Innumera, ac profert Sancti miracula Clavi *
Tempora, & Abbatum nomina quæque docet.
Quas quoque tradat opes Sacrorum splendidus Abbas
Temporum, & quot sint munera dempta Domo.
Cum nemus, & gelidum linquentes, rursus ad Urbem
Concessere Patres, dùm sua cuncta ferunt.

* Idest unius ex Clavis, quibus D. Noster Jesus Christus Cruciconfixus fuit, qui Catanę in nostra Ecclesia asservatur.

BARTHOLOMÆUS alter itidem à Paternione nobili Familiâ de Alexandro; & Platamone, ejusdem Monasterii S. Nicolai Alumnis adscriptus est an. 1670. die 2. Maji, & posteà, nempè anno 1713. Abbas Monasterii Messanensis, toto vitę decursu Monasticę perfectionis zelum retinuit, nobilique studio, antiquitatis monumenta, & eruditionem è Catanensi Tabulario, cui plures annos præfuit, scrutatus, quamvis variis, gravibusque morbis ferè semper conflictaretur, magno nihilominùs labore, ac præclarâ methodo prosequutus est latinè

Chronicon prædicti Monasterii Catanensis ab eo tempore, quo Bartholomæus Taberna scribere desiit, idest ab anno 1590. usque ad annum 1713. Obiit non parvâ Monasterii sui, imò totius Siculæ Provinciæ jacturâ an. 1719. mense Octobris, dùm esset Abbas præfati Cœnobii.

BARTHOLOMÆUS VERONENSIS Divi Benedicti Regulam professus est in Monasterio S. Nicolai de Littore Venetiarum anno 1419. die 2. Martii, cujus deindè Abbatię regimen obtinuit; Ob doctrinam, & in rebus agendis maximam dexteritatem Eugenio IV. Summo Pontifici valdè acceptus, & probatus, ejus in Concilio Basileensi, ac Florentino Minister, & in toto Venetorum Dominio Collector, & Procurator fuit, ut asserit Arnoldus Wion, qui tamèn cùm dicit Bartholomæum floruisse inter nostros initio Congregationis Sanctæ Justinæ, non est utique intelligendum de primis Congregationis nostrę annis, sed de primo ejusdem Sæculo,

Sæculo, nam Congregatio nostra incæpit anno 1409. At Monasterium S. Nicolai de Littore, cujus Bartholomæus fuit Abbas, eidem unitum fuit à Nicolao Quinto anno 1451., ut habent Regesta nostræ Congregationis, quo tempore prædicta Congregatio jam à quadraginta duobus ann. extabat. Cœnobium enim *S. Nicolai de Littore* ante id temporis nec nostræ, nec alteri Congregat. Monasticę subfuerat, sed singularitèr constitutum manebat, utplurima alia nostri Ordinis Monasteria. Cujus Cœnobii Bartholomæus postmodùm Abbas cum esset, illudque decentissimè, ac laudabilitèr cùm intemporalium bonorum œconomia, tùm in Regulari disciplina administraret, Congregationis nostræ, quæ adhùc S. Justinæ vocabatur, florentissimum statum perspiciens, suamque affectam valetudinem, & in senium vergentem ætatem animo reputans, se suumque Monasterium eidem nostrę Congregat., petente etiam Venetâ Republicâ, & Nicolao V. Pont. Maximo annuente, uniendum curavit, quod ut faciliùs contingeret, ejusdem Abbatiæ regimini spontè cedens, nostrisque Patribus eam tradens, quoad deinceps vixit, Abbatis tantum titulo contentus fuit: ut ex Bulla Unionis à laudato Pontifice datâ anno 1451. die 3. Augusti, & à Cornelio Margarino in Bullario Casinensi relatâ tom. 2. pag. 343. col. 2. Constitutione 330., in qua ejus virtutes, status, & conditio fusè describuntur. Scripsit Bartholomæus

Chronicon Monasterii S. Nicolai ab exordio fundationis ad sua usque tempora perductum circa annum 1440. Incipit *Mirabilis Deus in Sancto suo Benedicto*; Asservabatur in Archivo ejusdem Cœnobii Ms. teste eodem Arnoldo, qui de Bartholomæo agit in adjunctis tom. 2. pag. 883. & seq., ubi vocat hoc Bartholomæi opus *laboriosum quidem, sed mira diligentia concinnatum*; Subdit verò idem Arnoldus, quod ad laudati Monasterii decus pertineat „ Illud autem Collectoris
„ Officium multo ante Abbatibus S. Nicolai concessum videbatur, ut habetur memo-
„ ria, tùm in Scripturis antiquis ipsius Monasterii, tùm etiam in Epitaphio sequen.
„ MCCCLV. Indictione 8. 20. Maji. Hic sepultum fuit, & jacet venerabile,
„ & beatum Corpus R. in Christo P. N. D. D. Raymundi, olìm Abbatis Monasterii
„ Sancti Nicolai in Littore Venetiarum, Apostolicę Cameræ Nuntii, & Collectoris,
„ cujus Anima in pace requiescat. Amen „. Eum inter Latinos Historicos recenset Gerardus Joannes Vossius lib. 3. cap. 7. pag. 529. primæ editionis in 4. Lugduni Batavorum anno 1627. „ Bartholomæus Veronensis Abbas Monasterii S. Nicolai
„ de Littore Venetiarum, Congregationis Sanctę Justinę de Padua, claruit circa
„ annum 1440. Hic locum meruit Chronico Monasterii sui ab ejusprimordiis ad sua
„ usque tempora perducto, quod in Monasterii ejus Archivis servatur.

BASILIUS GRADI natus Ragusii nobili Familiâ, quæ etiam num ibidem clara existit, Monachus factus est Melitæ, Adriatici Maris parvâ admodùm Insulâ, contra vetus Epidaurum vulgò *Meleda*, nostri Ordinis Monasterio, & modicâ Congregat., quæ ab ea nomen sumit, dùmtaxat celebri; ad nostram verò Casinensem Congregationem posteà transiens, inter Professos Monasterii S. Mariæ de Lacroma propè idem Ragusium cooptatus anno 1530. die 8. Decembris, doctrinâ, & eruditione inclaruit. Quamobrem cum Gregorius XIII. Pontifex Maximus, egregium Jo. Baptistæ Folengii opus in Psalmos, quod Hæretici labefactaverant, variis aspersis erroribus, in pristinum candorem per Monachos nostræ Congregationis restitutum vellet, Basilius unà cùm aliis Monachis ad id designatis, hanc provinciam sedulò, glorioséque obivit; ac deindè ab eodem Pontifice Stagnensis Episcopus in Dalmatia creatus fuit an. 1585. Cui Ecclesiæ vix biennio præfuit, nàm morte præoccupatus, ad Cœlos abiit, his relictis ingenii monumentis

1 *Castigationes in Paraphrasim Psalmorum* Joannis Baptistæ Folengii, quas multum laudat Arnoldus Wion. Item Italicè:

2. *Trattato della Verginità*; opus in 8. constans 286. paginis; dicatum D. Mauræ Luceniæ Farnesiæ Moniali Parmensi; impressum Romæ anno 1584. apud Bartholomæum Bonfadinum: quem Tractatum Ms. in Bibliotheca S. Georgi Majoris Ven. vidi anno 1718., eumque lingua etiam Slavica (qua Ragusini utuntur) ab eodem Basilio conscriptum, & impressum ad usum Monialium Ragusiensium, ego quidem accepi à Rmo P. D. Bernardo Sorgo nobili Ragusino, & Congregationis Melitensis Abbate, ac Præside, qui anno 1710. mense Novembri Romam venit.

Agunt de eo supralaudatus Wion Lig. Vit. libr. 2. cap. 53. pag. 358., Gabriel Bucellinus in Benedicto Redivivo ad ann. 1587., Antonius Possevinus in Appar. Sacr. par. 1. pag. 197. edit. Colon. 1608., Felix Egger Monachus Pethrusianus in Idea Ordinis Hierarchico-Benedictini impress. Campiduni anno 1717. lib. 2. par. 2. differt. 4. pag. 269. *Virum multæ eruditionis* eum vocans. Iterùmque eodem lib. 2. par. 3. differt. 8. pag. 524. inter Viros scientia Illustriores, *Criticum Sacrum* appellans. In nostris Regest. Mss. pag. 183. in margine, *Episcopus Stagnensis à Gregorio XIII. Vir eruditissimus obiit anno* 1586.

BASILIUS MILLANIUS Græcè, & Latinè insigniter peritus, floruit tempore Aloysii Lipomani, nempè Sæculo XVI., cujus rogatu transtulit de Græco in Latinum sermonem

Vitam S. Dionysii Areopagitæ, per Michaelem Syncellum, Presbyterum Hierosolymitanum, Grecè olim conscriptam, impressam inter Vitas Sanctorum ejusdem Lipomani, qui hanc translationem egregiam vocat; nec ampliorem de hoc Basilio nancisci hactenùs notitiam potui. Sed nuperrimè ex Anonymi * Epistola nuncupatoria ad Torquatum Bembum pro editione Carminum Sacrorum M. Antonii Flaminii, Venetiis 1552. in 4. hæc de Basilio Millanio inveni: „ Quas (pias „ precationes) cum eruditissimus simul, & religiosissimus Vir Basilius Millanius „ Casinas spectatę virtutis, & religionis homo, ea de causa edi efflagitaret, ut faciliùs „ iis, qui à teneris Christianâ pietate instituuntur, impertiri possent, non potui „ honestissimo amici hominis deesse desiderio.

* Fortè Pauli Manutii.

BASILIUS PARADISI nobili Familiâ Ravennę ortus cum à Deo ad Beatissimi P. Benedicti ordinem vocaretur, invito licet Patre, qui illum ad Familiæ suæ fulcrum, columenque destinabat, ibidem in Sancti Vitalis Cœnobio Monachus efficitur anno 1631. die 2. Aprilis. Ravennæ, Bononiæ, & Parmæ scholasticis studiis vacavit haud vulgari profectu, sed naturali ductus impulsu, Etruscas etiam Musas impensè coluit, adeò quidem fœlicitèr, ut propemodum puer Italica Epigrammata elegantèr, ac venustè componeret; quæ Viri docti luce digna existimantes, statim atque ex ejus calamo prodierant, publicis typis committenda curabant, quò cunctis perspicuum foret, illum teneros adhùc annos præcoci virtute superasse;. At firmiori ætate ad Lyricam Poesim se convertit, incensusque vehementi studio perfectionem ejusdem artis assequendi, Philosophico dimisso Magisterio, quod in Cœnobio S. Georgii Majoris Venetiarum obibat, Mutinam se contulit, ut Fulvii Testii, cui quidem in Lyrica Poesi primas tunc omnes dabant, familiaritate, ac ingenio frueretur; irrito tamen eventu, nam Fulvius ea tempestate à Mutinensi Duce in Hispaniam directus fuerat; Mutinę ergò, ne frustra tempus contereret, nobilibus aliquot adolescentibus Euclidem explanavit; Indè in Patriam reversus, iterùm Philosophiam in Monasterio Sancti Vitalis docuit, posteà Casinum transiit, ubi ejus doctrinę præstantiâ cognitâ, Magnatum quorumdam, qui Casinum Religionis gratiâ diverterant, operâ, ac suasu Neapolim migravit, publicâ Philosophiæ Cathedrâ in illa Universitate decoratus. Ibi, naturę arcana gravi stylo dùm explicaret, poeticos nihilominùs flores in Academiis

miis identidem spargebat; quo tempore plures Odas ibidem in publicam lucem emisit, quę majorem adhùc existimationem illi conciliarunt; sed pristinę solitudinis, ad privata studia perficienda, desiderio flagrans, scholę, & disputationibus iterùm vale dicens, Casinum remeavit, novum Philosophandi modum ex praxi non fallaci, & mathematicis demonstrationibus orbi patefacturus; Meditabatur etiam heroicum Poema adornare, argumento deducto ex liberatione utriusque Sicilię à Saracenorum tyrannide, jamque operis utriusque pulcherrimam ideam conceperat. At supremus Mundi Arbiter illum terris diutius relinquere noluit; Præterquam quod enim studiis plus æquo addictus, valetudinem ipse vitiaverat, anno insuper 1647. Romam accersitus, omniumque benevolentiâ, & humanitate cumulatus, atque inter Humoristas Academicos tunc celeberrimos, adscriptus, contemnens tamen aeris Romani æstivo tempore pestiferam quamdam vim, qua dormientes in locis Incolis vacuis, præsertìm extra Urbem, ut plurimùm inficiuntur, cum mense Augusto in Monasterio Sancti Pauli obdormisset, in febrim incidit violentissimam, quâ quinque tantum dierum spatio in Ædibus S. Calisti, quo Monachi per æstatem se recipiunt, absumptus, apud S. Paulum sepultus est anno eodem 1647. ætatis 33., eo sanè majori Literatorum dolore, quò omnibus persuasum erat, Basilium, si diutius vixisset, ad supremum in literis decus perventurum fuisse. Ejus poeticæ lucubrationes ab Abbate Sancti Pauli concessæ fuerunt D. Jacobo Francisco Ariberti Apostolicæ Cameræ Clerico, qui selectiora carmina edenda curavit, cum hoc titulo,

1 *Poesie Liriche del Signor Don Basilio Paradisi*, Romæ, & Neapoli eodem anno 1647. Hæc post ejus obitum. At ipse Basilius, dùm adhùc Neapoli moraretur, evulgavit

2 *Libellum viginti quatuor Odarum*, ut supra indicavimus; Omnes autèm ejus Odæ Sacræ, ut plurimum sunt, aut morales, ingenii acumen, ac perspicaciam præseferentes.

Agunt de Basilio Paradisi, magnâ cum laude, Hieronymus Fabri, *Sagre memorie di Ravenna* par. 1. pag. 380., ubi vocat eum Philosophum acutissimum, & Poetam percelebrem, qui carmine Lyrico-Italico, quo in genere multum præstitit, plures elegantissimas Odas composuit, quibus amænitatem ingenii sui posteris commendavit. Hæc Faber, qui ejus obitum reijcit in ann. 1646. Eques Prosper Mandosius, Romanę Bibliothecę Author, in opere Ms., cui titulus *Vite Elogiastiche degli Academici Humoristi*, qui eâ, quâ solebat ingenitâ benignitate, & Literatos omnes flagrantissimo juvandi studio, potiores, & penitiores de Basilio notitias perhumanitèr mihi communicavit. Joannes Baptista Cacacius Neapolitanus (qui pereleganti Ode Latinâ Basilium laudavit) in præfatione ad Lectorem præfixa par. 1 suorum Lyricorum, vocat eum *Benedictinæ Familiæ, quam maximum honestamentum*, ac inter pręstantissimos Italicę linguę Lyricos enumerat. *Mitto hic* (inquit) *Gabrielem Chiabreram, Fulvium Testium, Casonem, Fontanellam, Paradisum, & alios id generis Lyricos, qui (vel ut invitus fatear) me ab Hetrusca lyra absterruere*. Federicus Mennini Medicus, & Poeta Neapolitanus in libro, cui titulus *Ritratto del Sonetto* tomo 1. Basilium Paradisi omnium pręstantissimum in re lyrica ante Fulvium Testium Poetam non dubitat asserere. Seraphinus Pasolinus in Lustris Ravennatibus par. 6. lib. ultimo, & in Historia Ravennate de Viris Illustribus libro 3. pagina 21. ubi eum Bononię etiam Scholasticas disciplinas docuisse affirmat, eo quidem plausu, ut inter subliminiora illius ęvi ingenia numeraretur. Franciscus Lauretanus Epistolarum par 1. pag. 246. In nostris Regestis pag. 190. à tergo in margine dicitur *Poeta celebris*.

Joannis Baptistę Cacacii par. 1. Lyricorum pag. 46. stropha 4.

Hic Fulguranti pectine temperant
Obducta Stellis cymbala Basili
Musæ, coronatique pictis
Stant litui, citheræque flammis.
Hinc astra discunt, quo sonitu rotent
Canora Cœli pondera; te tamen
Apollinem illa Laureatum
Thyrsigenis recolunt Choreis.

Phœboque major pro Getico jugo
Rotata circum picta volumina
Errare cernis pro sonanti
Pegasei alipedis fluento &c.
Hic temperare me quoque Basili
Sinas canoro pollice tibiam
Te semper illa pleniori
Dulce patet sonuisse plectro.

* Et stropha ultima.

BASILIUS PEROTRICHIUS fuit Abbas nostrę Congregationis Casinensis, ejusque extant Venetiis in Bibliotheca S. Georgii Majoris hæc tria opuscula,

1 *Historia Veneta à fundatione ad usque septimum bellum cum Tergestinis.*

2 *De quatuor Turcarum irruptionibus in forum Julium.*

3 *Compendio della Guerra de' Veneziani contro il Turco per mare fino alla Vittoria del 1571., nel qual tempo morì l' Autore* tomo 1. in 4. In nostris Regestis inter Professos S. Georgii Majoris Venetiarum tres inveniuntur Basilii ab anno 1500. usque ad annum 1571. primus à *Plebeboni* anno 1512. die 4. Octob., de quo in marg. *Abbas Littoris*; secundus à *Salodio* 1541. die 1. Jan.; tertius à *Padua* 1561. die 24. Februarii. Ego priorem Basilium horum opusculorum Authorem existimo, tùm ob rationem temporis, tùm maximè ob marginalem notam, *Abbas Littoris*.

BASILIUS ZANCAROLUS Ab. Cong. Cas. typis tradidit librum, cui titulus. *Insulata Zodiaci Mystici Virgo, sive Beati Laurentii Justiniani Protopatriarchæ Venetiarum, Elogium, Basilio Zancarolo Authore. Venetiis apud Hertzium* anno 1655. in 4. paginarum 72. Alexandro Octavo dicatum, & Hieronymo Justiniano Venetę Reipublicę apud eumdem Pontificem Oratori; continet liber prædicti Beati Laurentii vitam elogii methodo descriptam. Fuisse autem Basilium Zancarolum Congregationis nostrę Abbatem, Author est Franciscus Sansovinus in *descriptione Venetiarum* impressâ ibidem Italicè, cum additamentis Martinioni, Catalogo primo Virorum Literatorum, qui ab an. 1600. usque ad 1663. floruerunt. Sed cum Zancarolus in fine libri sui hæc habeat: *Ad Revmos Abbates Illustriss. Congreg. Casinen. Epilogus*, in quo breviter Ordinem nostrum commendat, his semper usus verbis, *vestra Religio*, *vestra Familia*, neque alicubi se Monachum nuncupet, non levis oritur suscipio, Sansovinum, vel Martinionum hallucinatum esse, nec unquam Zancarolum Casin. Monachum fuisse. Cæterum Zancarola familia, hodièque Venetiis extat inter Patricias numerata.

BENEDICTUS BACCHINUS Parmensis apud S. Joannem Evangelistam in patria primum Monachus factus est an. 1668. die 10. Decembris; sed posteà ad Mutinensis D. Petri Cœnobii sodalitatem, seù Professionem, ut vocant, transivit circa annum 1692., Vir non Literarum modo, sed omni etiam moralium virtutum genere clarissimus, & Congregationis nostræ simul, atque Italiæ totius amplissimum decus. Vix in Parmensi Cœnobio scholasticis Philosophiæ, ac Theologiæ facultatibus operam dederat, cum pro ingenii excellentiâ his limitibus minimè contineri passus, Sacrarum Literarum, SS. Patrum, Historię Sacrę, & Prophanæ, veteris, novæque Ecclesiasticæ disciplinæ, solidioris Philosophiæ, ac Matheseos, Rei Chronologicæ, & Nummariæ, ac demum, ut verbo absolvam, omnigenæ eruditionis eximiam sibi notitiam comparavit. Egregiam Viri doctrinam, dùm Bacchinus Florentię Sac. Oratorem ageret, statìm agnoverunt doctiss. Norisius, ac celeberrimus Magliabecchius, cujus consilio munus concionatorium,

rium, cui à floridiori ętate se dederat, dimisit, tùm ob corporis vires ei obeundo Ministerio impares, tùm maximè, ut solidiori literaturę, ad aliorum etiam profectum, totus incumberet. Itaque unicè in id deinceps intentus fuit, ut literarię Reipublicę bonum editis lucubrationibus promoveret, augeretque; Nam Ephemerides Literatorum pluribus annis magno doctorum plausu composuit, insigni quidem eruditorum omnium emolumento. Alia plura, eaque insignia opera in lucem protulit Bacchinus, quibus sapientissimi nomen apud clarissimos non Italię modo, sed & aliarum Nationum Viros assecutus est, Bignonium, Pagium, Leibnitium, Papebrochium, Cuperum, Mabillonium, Montfauconium, aliosque, ut ex eorumdem ad Bacchinium literis liquet, quæ in ejus schedis adhuc asservantur. Magis etiam commendabilis erat animi dotibus, religione, pietate, justitiæ, & veritatis amore, singulari modestiâ, christianâ patientiâ, aliisque virtutibus, quas assiduâ Sacrarum Literarum, & moralis Philosophię meditatione sibi acquisivit, & quibus optimè usus est, quandò cùm duriori fortunâ ei contigit conflictari. Amor in Congregationem nostram impensissimus, eòque præsertim spectans, ut optima studia in ea magis, magisque florerent, è quibus plurima oriri bona exemplo suo didicerat. Eâ de causâ Mutinæ in Monasterio S. Petri Ecclesiasticæ Philologię scholam aperuit, in qua egregii aliquot Juvenes hisce selectioribus studiis instituerentur. Cum Felix Romanus Abbas S. Pauli, Literatorum, & Bacchini amantissimus, Generalem Congreg. in Romana Curia Procuratorem ageret, illum ad Prioris gradum promovendum curavit. Cancellarius deinde, ac demum in majoribus Comitiis Patavii celebratis an. 1708. Abbas renunciatus est. Ea in dignitate tresdecim fermè annos vixit, quibus plura Monasteria, Lacromense in Dalmatia, Mutinense, ac Regiense in Æmilia, & Bobiense in Alpibus Cotiis administranda suscepit. Antequam his dignitatibus apud nostros augeretur, à Bononiensi Universitate circa annum 1691. ad Sacræ Scripturæ Cathedram moderandam electus fuerat, quamquam inceptum munus, aliis distentus, Bacchinus minimè prosequi potuerit. Parmę quoque, ac Mutinæ, quibus in Urbibus maximam vitæ partem transegit, honorificis titulis, ac muneribus decoratus est; fuit enim Examinator Synodalis, Sancti Officii Consultor, ac Serenissimorum Ducum Rainutii II. Parmensis Theologus, & Francisci II. Mutinensis Historiographus, & Bibliothecarius. Bononię tandem, quò nuper, ad Sacros Codices publicè explicandos, iterùm accitus fuerat, gravi morbo correptus (erat enim assiduis diuturnisque lucubrandi laboribus maceratus, affectâque valetudine) piissimè, ac religiosissimè, ut tantum virum decebat, naturę debitum solvens, studiorum, ac vitę, non verò glorię finem invenit, die 1. Septemb. an. 1721., ætatis 70. ingenti sanè Literatorum omnium, non solùm ejus Urbis, sed etiam totius Italię, imò totius Europę mœstitiâ, quę haud postremum ornamentum sibi abreptum, diù dolebit. Nobis autem ejus mors eo importunior evenit, quo eodem prorsùs tempore ab Innocentio XIII. Summo Christi Vicario, ejus doctrinæ, virtutisque famâ allecto, per Illm̃um D. Dominicum de Passioneis, qui eodem tempore ad Helvetios Apostolicę Sedis Nuncius pergebat, quique illum Bononię jam defunctum reperit, Romam accersebatur, ut reconditę ejus, sacræque eruditionis, ac integerrimę probitatis subsidio uteretur; Cùm nimirum non immeritò ex ejus Romam adventu, tàm ipsi Bacchino, quàm universę nostrę Congregationi insigne honestamentum accessurum sperandum erat. Sed jam ad ejus opera enuncianda, serie, qua edita sunt, accedamus.

1 *Oratione Epicedica per Madama Serenissima Margherita Medici Farnese, Nel solenne Funerale celebrato in S. Sisto di Piacenza, composta, e detta da D. Benedetto Bacchini Casinense*. Piacenza nella Stampa Ducale di Gio. Bazachi 1679., de qua

qua lucubratione Auth. Eph. Venet. Lit. Ital. tom. 35. art XIV. pag. 360.,, Accennaſi queſt' orazione dall' Autore nella ſua vita al num. 6.; noi non l' abbiamo veduta, ne altro di più ſappiamo, ſe non che fù recitata l'anno 1679., e l' anno medeſimo forſe fù impreſſa.,, Vidi ego eam, ac legi Aſſiſii anno 1729. eſtque Chriſtianę non minus, ac moralis Philoſophię documentis, quàm humanę eruditionis Floſculis referta.

2 *Le cagioni, e gli effetti dell' unione di S. Nicola di Tolentino con Dio. Al Reverendiſſimo P. il P. Maeſtro Fr. Domenico Valvaſori Vicario Generale Apoſtolico per tutto l' Ordine Agoſtiniano.* In Pavia per Carlo Franceſco Magri 1682. in 4. quam Panegyrim refert, & laudat Joannes Cinellus Bibliot. Volant. pluteo 5. pag. 10., & pluteo 7. pag. 19.

3 *Giornale de' Letterati tom.* 1. In Parma per Giuſeppe dell' Oglio, e Hippolito Roſati anno 1686. *Tom.* 2. an. 1687. *Tom.* 3. ann. 1688. *Tom.* 4. anno 1689., omnes ibidem apud eoſdem. *Tom.* 5. ibidem apud Hippolytum, & Franciſcum Mariam Roſati anno 1690. *Tom.* 6. Mutinę apud Hæredes Caſſianos an. 1692. *Tom.* 7. ibidem apud eoſdem anno 1693. aſſumptis ſociis laboris, ſed hoc dumtaxat anno. *Tom.* 8. Mutinę apud Capponum anno 1695. *Tom.* 9. ibidem apud Capponos, & Pontirolos anno 1699. omnes in 4.

Io. ſcilicet Franchino Min. Con. Petro Campana Cler. Reg. Theat. Bernar. Ramazzini, aliiſque.

Quamvis autèm Ephemerides iſtę Patris etiam Gaudentii Roberti Carmelitę nomen, tamquam Socii laboris præſeferant, id tamèn honoris tantùm gratiâ ei contigit, cum revera earum Auct. ſolus Bacchinus fuerit, Pater verò Gaudentius nonniſi libros à Bacchino referendos comparaverit, & impenſas ſuppeditaverit, ideòque ejuſdem operis primum veluti mobile, ac Spiritus jurè, ac ingenuè à Bacchino ipſo vocatus ſit in præfatione Ephemeridis anni 1692., quod tùm aliundè, tùm etiam liquet ex Epiſtola celeberrimi Antonii Magliabechii ad Cl. D. M. Wagnerum Florentiâ die 24. Februarii 1691., quę refertur à Chriſtiano Junchero in Schediaſmate hiſtorico, *de Ephemeridibus eruditorum*, impreſſo Lipſię anno 1692., in qua ſic loquitur Magliabechius; *Il P. Don Benedetto Bacchini Caſinenſe, che è quello, che componeva il Giornale de' Letterati, che ſi ſtampava in Parma, adeſſo ſi trova nel Monaſtero di S. Benedetto di Mantova; Mi ſcrive, che ha penſiero di ſeguitare à dar fuora il Giornale &c.* Patet etiam ex præfatione tomi primi Ephemer. Literat. Italię Venet. pag. 38.,, Ora d' un altro Giornale,
,, che coll' iſteſſo titolo, e coll' iſteſſa forma per nove anni già è corſo, preggiaſi la
,, noſtra lingua. Componitore di eſſo fù il P. Don Benedetto Bacchini Abbate
,, Benedettino, di cui baſta dire il nome, per farne intendere à chi di lettere ha
,, conoſcenza, il valore. Lo principiò egli in Parma nel 1686., conducendolo
,, ſino al fine del 90. Lo ripigliò poſcia in Modena del 92., e lo diede il 93. 95. 96.
,, Dell' interrompimento varj accidenti ne furono la cagione, e dell' abbandono,
,, la mancanza dell' aſſiſtenza, è la morte del P. Roberto Carmelitano, che *pro-*
,, *vedeva i libri, e ſuppliva alla ſpeſa*. In queſto applaudito Giornale, oltre i nu-
,, meroſi, è ſugoſi eſtratti de' libri, belle, è nuove diſſertazioni di tanto in tanto
,, ſi regiſtravano, è di varie novità erudite al publico ſi faceva copia.

Cæterum in hoc opere, non ſolùm libri, & in eis contenta recenſentur, ſed etiam Judicium, & Cenſura in eos profertur, contrarię etiam opiniones aliquandò proponuntur, quinimò integrę non rarò inſeruntur orationes ab Academicis Italis habitę, varia inſuper antiquitatis monumenta novitèr reperta, & alii Philologici flores ſpectandi exhibentur; Obſervationes quoque medico-phiſicę, aſtronomicę, & mathematicę adduntur; Deniquè ipſe Bacchinus plures præclaras diſſertationes proprias, variis de rebus eruditiſſimis, inſeruit, inter quas celebris illa eſt, *de Puella noctu vidente*, quę impreſſa iterùm fuit à Literatis Batavis.

4 *Helena*

4 *Helenæ Lucretiæ* (quæ & Scholastica) *Corneliæ Piscopiæ Virginis Pietate, & eruditione admirabilis, Ordini D. Benedicti privatis votis adscriptæ, opera*, quæ quidem haberi potuerunt, quibus actorum ejusdem Helenæ Florilegium ipse Bacchinus præmisit, qui prædicta opera edenda curavit Parmę typis Hippolyti Rosati anno 1688. in 8. Hunc librum refert ipse Bacchinus in sua Ephemeride anni 1688. pag. 34. & seqq.

5 *Saggi di Anatomia, ne' quali chiaramente si spiega la struttura degli organi del corpo animato, e le loro operazioni mecchaniche secondo l' Hipotesi nuove di N. Dottore di Medicina, tradotto dal Francese nella lingua Italiana dagli Autori del Giornale de' Letterati di Parma* (qui est ipse solus Bacchinus) In Parma anno 1688. per Giuseppe dell' Oglio, & Hippolito Rosati; & iterum Venetiis apud Aloysium Pavinum, & Patavii pluries apud Josephum Coronam.

6 *Dissertatio in numisma Scipionis Aphricani* in Epistolę formam Magliabechio nuncupata, impressa in Ephemeride tom. 3. anno 1688. De qua Dissertatione Authores Ephem. Lit. Ital. Venetiis impress. an. 1724. tom. 25. art. 14. pag. 362. & sequen. sic loquuntur „ Questa dissertatione Epistolare fù dall' Autore inserita „ nel suo Giornale di Parma dell' anno 1688. mà separatamente ne fè imprimere „ alquanti esemplari, e distribuilli fra diverse persone dotte, e amanti dell' anti- „ chità, e il Cinelli ne fa memoria nella Scanzia IX. à carte 21. della Biblioteca „ volante. L' anno appresso tutta intiera la riportò Pietro Bayle nel tomo XV. mese „ di Gennajo *delle Nouvelles de la Republique des Lettres*.

7 *De Sistrorum figuris, ac differentia* ad Illustrissimum D. D. Leonem Strozza ob Sistri Romani effigiem communicatam, Dissertatio, Bononię anno 1691. in parvo fol. ex Typogr. Pisarriana, & iterum Trajecti ad Rhenum, unà cum disser- tatiuncula, & notulis Jacobi Tollii, quam Perillustri Valthusio consecravit, ex officina Francisci Halm Academię Impressoris anno 1696. in folio parvo. De hac lucubratione Ephemerides Literat. Italię Venetiis resumptę tom. 7. articul. 8. pag. 257. sic habent „ La figura, e l' uso di questo Stromento (Sistro) adope- „ rato principalmente ne Sacrificii della Dea Iside, egli è notissimo à tutti, da „ che principalmente con tanta erudizione ne ha ragionato il P. Bacchini nella „ sua dissertazione, anche di là da i Monti ristampata, e d' annotazioni illustrata „ & tom. 35. art. IV. pag. 364. & seq., ubi inter cætera „ Anche questa seconda „ editione (Ultrajectina scilicèt) stà registrata nella Biblioteca volante del Cinelli „ continuata dal Signor Dionisio Andrea Sancassani nel tomo XX. a carte 28. Di „ poi Giovan Giorgio Grevio la inserì nel tomo VIII. del suo *Thesaurus antiqui- „ tatum Romanarum* a car. 407., e gli Autori degli atti di Lipsia ne danno l' estratto „ all' anno 1696. a carte 246.

8 *Anonymi Dialogi tres I. de Constantia in adversis. II. de Dignitate tuenda. III. de Amore erga Rempublicam*; qui suppresso nomine prodiere Mutinę anno 1692. typis Hæredum Cassiani in 32., opera Jacobi Cantelli celebris Ducis Mutinensis Geographi, & iterum Parmæ typis Josephi Rosati anno 1721. in 12. in quibus ethices documenta tractantur, Apologo quodam ficto per ethopejam, adhibito. Hos Dialogos plurimum laudat Jo. Cinellus Bibliot. Volant. pluteo XI. pag. 34. & sequen., vocans eos doctissimos, elegantissimos, & judicii plenissimos, ubi etiam affert encomia Authorum Ephemer. Lipsiensium mense Septemb. an. 1692. pag. 409. & seqq., ubi „ dedit, inquiunt, hanc Dialogorum Trigam Doctiss. Vir P. D. „ Benedictus Bacchinus Sereniss. Mutinæ Ducis hoc tempore Historiographus „ & „ in fine pag. 413. „ Omittimus, quę passim Socratico more inspersit Author mo- „ nita politica quamplura; neque attingimus pulcherrimos discursus, qui ex Juris „ prudentiæ, Medicinæ, Phisicæ, atque Mechanicæ latifundiis sic inseruntur su- „ bindè,

„ bindè, ut erudito Lectori, & attento, videantur, non minori esse delectationi,
„ quam emolumento posse. Ipse Bacchinus in sua Ephemer. Literat. anno 1692. pag. 50. & sequen. refert, & accuratè describit libellum suum trium Dialogorum tamquam alterius, non suus esset, sed in Vita sua à se scripta num. 14. modestè se eorumdem Dialogorum Authorem prodit.

9 *Dell'Historia del Monastero di S. Benedetto di Padolirone nello Stato di Mantova lib. 5.* Ad Emum Cardinalem Cœlestinum Sfondratum Casinen. Congreg. Protectorem. In Modena an. 1696. in 4. Opus valdè eruditum, in quo præter historiam laudati Monasterii, etiam virtutes, & res gestæ celeberrimæ Comitissæ Mathildis, ejusdem Cœnobii insignis Benefactricis, describuntur, omniaque antiquis Diplomatibus, quæ magno numero afferuntur, confirmantur, & elucidantur. Vide Authores Actorum Literat. Lipsien. tom. 3. Supplement. pag. 131.

10 *De Ecclesiasticæ Hierarchiæ originibus dissertatio*, Mutinę anno 1703. typis Antonii Capponi in 4. Opus eruditissimum, & ab omnibus summoperè commendatum; Authores verò Ephemer. Venet. Literatorum Italiæ tom. 35. impress. an. 1724. art. XIV. pag. 366. & sequ. sic de hoc opere loquuntur „ Di quest' opera
„ eruditissima dato abbiamo l'estratto ne' tomi XXII. à carte 27. e XXIII. à carte 181.
„ Il Dupin nell'ultimo tomo della Biblioteca Ecclesiastica se alla stessa qualche
„ opposizione, a cui risposero i nostri Giornalisti * nel sopradetto tomo XXII. a carte
„ 28. Con molta sua lode parimente ne fanno l'estratto gli Autori degli Atti di
„ Lipsia all'anno 1705. a carte 330. Il Signor Giovanalberto Fabrizio, come può
„ vedersi nel tomo IX. del Giornale divisava d'inserirla nel tomo v. delle sue Anti-
„ chità Ecclesiastiche al num. 20. Ma tal' opera non ancora è comparsa in publico.
„ L'Autore ne accenna la prima edizione nel num. XX. della sua Vita, quę Vita
„ affertur in iisdem Ephem. Venet. tom. XXXIV. pag. 316.

* Ipse videlicet Bacchinus per eosdem Authores,

11 *Isidori Clarii, ex Monacho Episcopi Fulginatis, Epistolas ad Amicos hactenùs ineditas* ex Authographo descriptas imprimendas curavit, sub nomine tamèn D. Mauri Piazzii Parmen. Abbatis (qui anno 1710. obiit) unà cum aliis duobus ejusdem Isidori opusculis, aliàs seorsim editis, idest, *De modo divitiis adhibendo, & Ad eos, qui à communiori Ecclesię sententia discessere, adhortatio ad concordiam*, Mutinę anno 1705. Typis Antonii Capponi in 4. ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. D. Iosephum Olgiatum Episcopum Parmensem, Comitem &c.

12 *Agnelli*, qui & Andreas, Abbatis S. Mariæ ad Blanchernas, & S. Bartholomæi Ravennatis, *Liber Pontificalis, sive Vita Pontificum Ravennatum*, quas Benedictus Bacchinus Abbas S. Marię de Lacroma Ord. S. Benedicti Cong. Casinensis, ex Bibliotheca Estensi eruit, dissertationibus, & observationibus, necnon Appendice monumentorum illustravit, & auxit, Mutinæ 1708. Typis Antonii Capponi tom. 2. in 4. & iterùm Mediolani post ejus obitum anno scilicèt 1723. in fol. ex Typographia Societatis Palatinæ in Regia Curia; quod opus jussu S. Universalis Romanæ Inquisitionis diligentèr revisum, & discussum fuit, ipso Bacchino ad hunc finem Romam accito, ubi magnum doctrinę suę specimen dedit. At quamvis, ut Romæ remaneret, ab aliquibus suaderetur, oblato etiam ejusdem S. Universalis Inquisitionis *Qualificatoris* Officio, minimè tamèn aquievit, in id unum tunc intentus, ut Ecclesiasticæ Historiæ studium Mutinæ à se institutum, strenuè promoveretur. De hoc opere laudatæ Ephem. Venet. Liter. Ital. tom. 1. pag. 69., & to. 2. pag. 356. usque ad pag. 388., & Acta Erudit. Lipsię an. 1710. pag. 530.

13 Item imprimendum curavit *Dialogum elegantissimum Benedicti Accolti* Aretini *De præstantia Virorum sui ævi*, Parmę apud Hæredes Matthæi Vignà 1689. in. 12. quem Dialogum ab humanissimo, & de bonis literis benemerentissimo Antonio Magliabechio acceperat, cui eumdem impressum, additâ nuncupatoriâ Epistolâ trium

trium pagg., & Authoris vitâ præmissâ restituit, nomen suum tribus tantum initialibus litteris indicans, D. B. B. idest Don Benedictus Bacchinus; Ita Ephemer. Literat. Ital. tom. 11. anno 1712. pag. 331.

Nuperrime anno scilicèt 1730. prodiit Venetiis apud Christophorum Zane in libro prænotato, *Raccolta d' Opuscoli Scientifici, e Filologici* in 12. pag. 465. alia Bacchini lucubratio cum hoc titulo

Rmi Patris D. Benedicti Bacchini Dissertatio in Chartam Donationis Opilionis, *quæ adservatur Patavii in Archivo Monasterii D. Justinæ.*

Manuscripta.

1 *Manuductio ad Philologiam Ecclesiasticam* tom. 2. in folio, in qua præmittuntur necessaria ad Chronologiam, inde singulis annis Æræ Christianæ, Chrisis philologica exercitii causâ adhibetur, per tria priora Sæcula. Utebatur Author hac Manuductione ad instituendos Ecclesiasticæ Philologiæ Candidatos, apud quos ejusdem Manuductionis plura exemplaria inveniuntur.

2 *Dissertatio de Motionibus Mercurii in Barometro*, in quâ causa ascensus, & descensus Mercurii in fistula phisicè explicatur, redditâ ejus rei ratione, & de aëris pondere ad tempestatum mutationem, disputatur.

3 *Ad nodum prædestinationis Cardinalis Sfondrati dissertatio* sub nomine *Barathiæ Scutensis*, idest *Benedicti Parmensis*, in qua ostenditur, quæ minus Theologica in eo opere videntur, tentamina potius imperfecta, & adversaria ejus eruditissimi viri esse, eaque temere nimis ab aliis edita, multis adjectis, multis deletis, & imputatis, ipso præ ægritudine, quâ extinctus est, ante finitam editionem, vix de ea re cogitante. Plura idcircò eo in opere esse, quæ contradictiones efficiunt, alia imperfecta relicta, nonnulla repetita, quæ quidem non admisisset Vir tantus, si præ valetudine licuisset; Ideòque ritè non posse opus illud Eminentissimo Sfondrato tribui.

4 *Hipercrisis ad Crisim P. Magistri Gherardi Capassi, & Anticrisim Patroni Laderchiani* super Acta Sanctorum Crescii, & Sociorum M M., in qua absque studio partium, quid uterque ritè, quid secus dicat perpenditur, & perstringitur abusus, qui nimium invaluit, quo in literariis, & maximè Sacris quæstionibus res agitur inter doctos Catholicos convitiis, sarcasmatibus, & calumniis, ut a Smo Pontifice remedium opportunum imploretur pro publica Catholicorum Scriptorum dignitate. In fine referuntur Acta ipsa cum notulis. 1709. Hanc etiam Bacchini lucubrat. referunt, & laudant iidem Authores Ephem. Venet. tom. 3. pag. 191. & pag. 221. usque ad 251. tamquam insignem, ac luce dignissimam, cum in ea Bacchinus non minus doctrinam, quam æquitatem, ac modestiam, ut ei semper in more fuit, ostendat.

5 *Epistola D. Virginio Valsechio super Historiam Sanctorum Crescii, & Sociorum* Italicè scriptam à Marco Antonio Mozzi Canonico Florentino.

6 *De Viis antiquorum Romanorum per Italiam*, quod tamen opus cum Bacchinus primæva ætate scribere cœpisset, aliis postea operibus intentus minimè absolvit.

7 *Lettere cinque in risposta di alcuni libri di Giacomo Piccinino Eretico Calvinista, Ministro della Chiesa di Soglio*; est liber non parvæ molis, ubi illius Hæretici impugnationes in Catholicam fidem eruditè, ac nervosè, SS. Patrum, Sacræ Scripturæ authoritatibus ex ipso Hebraico, & Græco petitis fonte, & quod efficacissimum est, rationibus ex eorumdem Hæreticorum quorumcumque præsertim recentiorum principiis desumptis, ad hominem, ut ajunt, penitus dissolvit, & evertit. In iis agitur de Sacrâ Doctrina, Sacrisque novi, & veteris Testamenti libris, eorumque intelligentia, ac interpretatione; de sacris traditionibus, & de Judice

 Contro-

Controversiarum Fidei inter Christianos; Ejus autem mens erat integrum Dogmaticæ, & Polemicæ Theologiæ cursum eâdem methodo absolvere.

8 *Epistola* sub nomine *Eleutherii Ilicrini à S. Irene*, ad Illmum D. N. contra librum Patris Germonii de Hæreticis veterum MSS. corruptoribus pro D. Petro Coustant Monacho Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Mauri. Authores Ephem. Venet. Literat. Ital. tom. 35. pag. 371. „ Il Signor Marchese Maffei * aveva donato all' Amico Bacchini il libro del P. Germon, e questi ne scrisse quest' Opera, ampiamente, e dottamente confutandolo; ma veduta la risposta del P. Coustant, ne sospese la publicazione, e mandolla al sudetto Signor Marchese, che la fè passare in Francia, e n' ebbe l' approvazione sì dallo stesso P. Coustant, che d' altri Letterati di Parigi, e credesi, che ancora ella sia in Francia.

* Scipione.

9 *Observationes in Regulam S. P. Benedicti, & in Constitutiones Congregationis Casinensis*, est liber in fol.

10 *Ad Censuras, ob quas Romæ non fuerunt approbatæ literæ quinque contra Piccininum Calvinistam scriptæ, observationes.*

11 *De Propositionum, & Doctrinarum Dogmaticarum qualificationibus, & recta qualificandi ratione, partes tres; Prima* generalia argumenti principia explicat. *Secunda*, singulas quasque Concilii Constantien. in Wicleffi, & Hus articulos, censuras, & quasdam à recentioribus adjunctas regulas excutit. *Tertia*, quibus subsidiis Qualificatorem munitum esse oporteat, exponit.

Has præterea Bacchini MSS. lucubrationes referunt, & expendunt prælaudati Authores Ephem. Venet. Literat. Ital. sæpè allegato tomo 25. art. XIV. pag. 369. & seqq. quas ipsis eorumdem verbis hic transcribimus.

12 *Scrittura sopra la Genealogia della Serma Casa Farnese descritta dall' Abbate Teodoro di Amaydeno* *. Demadeno Al n. 12. (tom. XXXIV. * pag. 308.) „ della sua vita narransi i motivi di formare questa Scrittura, dove anche l' Autore afferma di averne serbato copia appresso di se; Altronde però intendiamo, che l' originale conservasi appresso il Serenissimo di Parma; Per altro certissimo egli è, che l' Amaydeno in quelle sue Istorie genealogiche afferma cose, che non hanno, nè haver possono fondamento veruno nè sù racconti d' Istorici accreditati, nè sù antichi documenti.

* Demadeno
* Earumdem Ehpem.

13 *Victorii Præsbyteri Antiocheni Interpretatio in Evangelium Marci è Græco in Latinum sermonem translata.*

14 *Diario del Viaggio à Monte Casino*: di queste tre Opere dal Signor Muratori ce „ n' è stata communicata la notizia.

15 *Scritture due in risposta ad altre del P. Wolff Gesuita* sopra affari politici allor vertenti, à richiesta del Serenissimo di Modena, appresso il quale anche si conservano.

16 *Altra dotta, e lunga Scrittura* à difesa di un Prencipe d' Italia, a cui era conteso il possesso di Feudo nobilissimo, e riguardevole „ Passò sotto il nome d' un gran „ Ministro, ora defonto, e ottenne il suo intento.

17 *Tomo 2. dell' Istoria del Monastero di S. Benedetto di Polirone* „ L' Autore stesso „ l' accenna al num. XVII. della sua vita (tom. XXXIV. pag. 312.) come anche pro„ duce i motivi del non averlo dato alle stampe dopo il primo.

18 *Annotazioni sopra l' Italia Sacra dell' Ughello* „ Essendo queste scritte in varj „ fogli, quà, e là dispersi, non si sà come con gran rincrescimento del loro Autore, „ e danno della Letteraria Republica, si smarrirono.

19 *Osservazioni in proposito della Giurisprudenza de' Secoli bassi*, cavate dall' attenta lezione degli antichi documenti, de' quali era il Bacchini avido ricercatore, „ anche queste si perdettero con grave suo spiacere.

20 *Trat-*

20 *Trattato della sincerità, e falsità de' Diplomi* ,, Questo Trattato è latinamente
,, scritto, ed è indiritto al prelodato Signor Marchese Maffei, che serbalo, come co-
,, sa singolare; e di cui non v' ha forse altra copia, e come memoria carissima dell'
,, Amico defonto.

21 ,, Lasciò finalmente il P. Abbate Bacchini molte *Dissertazioni*, e *Diplomi*, e
,, *Atti*, che trascrisse da varj Archivj ... & alcune *raccolte di documenti spettanti all'*
,, *Istoria Monastica* ..... e di questi preziosi tesori, egli n' era liberalissimo a' studio-
,, si, & amici, molti de' quali ne hanno fatto un assai buon' uso, ma non tutti l' han
,, corrisposto colla dovuta gratitudine, mentre nè pur lo nominano, dove, e come
,, doverebbero per giustizia. Questi documenti con molti suoi scritti doppo la sua
,, morte portati à Roma sono stati riposti fra le cose di molto prezzo nella Bibliote-
,, ca Vaticana ,, Ita illi, sed hæc Bacchini documenta, & lucubrationes, non ubi-
que omnia in Vaticana Bibliotheca, sed magnâ ex parte alibi nunc reperiuntur.

Inter ea autem, quę in lucem emittere cogitaverat Bacchinus, sed postea aliis emittenda concessit, sunt duo hęc egregia opera

1 *Opus Historico-Dogmaticum contra Historiam Ecclesiasticam Basnagii*.

2 *Opus Dogmaticum contra nonnullos sui temporis Novatores*.

Reliquit pręterea Bacchinus sequentia opera MSS.

1 *Questiones Politico-Morales*.

2 *Scriptum triplex, Italicâ linguâ*, quo demonstratur, Italiæ Principes non potuisse, salvâ conscientiâ, contributionibus, multòque minus debuisse tot, tantisque, ab Imperatore, neve à Principum Germaniæ Conventu anno 1692. gravari ad Cęsareum Exercitum in Hibernis alendum; est in fol. pagg. integr. 20.

3 *In epistolas divi Hieronymi notas*. Sunt notæ admodum eruditæ, & ut plurimum historicæ in omnes Epistolas primi tomi, quæ sunt num. 49. secundum Mariani Victorini collectionem: & in 4. alias secundi tomi, quarum ultima est ad *Reperium*, sed imperfecta, quia aliquot hujusce lucubrationis paginæ perierunt: superstites autem sunt n. 32. in fol. parvo: Breves quidem plerumq. sunt notæ istæ, utpote à Bacchino tunc juvene exercitationis gratiâ, compositæ: Sed postea amplissimum, itemq: doctissimum Commentarium seorsim scripsit in Epistolam 3. laudati pr. tomi ad *Heliodorum*, quæ est *Epitaphium Nepotiani*, & continetur paginis integris n. 16. in fol. magno: Sed nec ista Commentatio est absoluta, pervenit enim tantum ad illa Hieronymi verba, *Hoc idem possumus, & de isto dicere, qui Basilicas &c.*

4 *Series Consulum, Pontificum, & Imperatorum, ad veram Ecclesiasticam Chronologiam, cum nonnullis notis historicis, usque ad annum* 1198., *quò Baronius Annales perducit*. est opus pagg. integr. num. 50. Hæc tria Bacchini Mss. ipsiusque calamo exarata, sunt apud me ex dono D. Hippolyti Pugnetti primi ejusdem Bacchini, ex Monachis, discipuli, cui ille olim dono dederat, omni auro cunctisque gemmis prætiosiora.

Laudatur Bacchinus ab eruditiss. quibusque per Europam Viris. Vidi namque ego ipse in ejus privatâ, sed libris selectissimis refertâ Bibliothecâ librum manuscriptum sexaginta Epistolas continentem Latinâ linguâ conscriptas, à doctissimis Viris ad ipsum Bacchinum, & etiam Bacchini plures ad eosdem.

Fusissimè de ejus Ephemer. agit magnâ cum laude memoratus Christianus Junckerus in præcitato Schediasmate histor. pag. 212. n. 15. §. 1., & seq., ubi scitè admodum notatu digna asserit, plenaque doctrinæ, & prudentiæ ea Bacchini verba, quæ ex præfatione earumdem Ephemer. desumpta expresse, & ad verbum refert, videlicet,, Talhora ci siamo inoltrati a qualche spiegazione di monumento antico,
,, talhora a lasciare scorrere passaggi critici, e talhora abbiamo posto sul tapeto la
,, nostra opinione in diverse materie, nè però temiamo, che ci venga replicato, *Su-*

„ *tor ne ultra trepidam*: perche teniamo per fermo, quanto più manchiamo di tali „ sussidj tanto maggiormente esser necessaria a questo mestiere una più che infarinatura in tutte le professioni, prattica di varie lingue, e massime della Latina, „ dell' Ebraica, e della Greca &c. Sappiamo però di certo, conoscendo la nostra „ tenuità, ciò che habbiamo detto, haverlo detto non per decidere, ma perche sia „ deciso, nè giudicando, ma opinando „ §. Autem 9. ait Jupkerus, harum Ephem. Authores, nonnisi faventes, & æquos laboris sui Judices experti sunt.

Acta Erudit. Lips. tom. 87. an. 1687. pag. 29. vocant Authores harum Ephem. clarissimos Viros, qui fœlicibus auspiciis eas pertexere aggressi sunt; & etiam anno 1690. pag. 585. & anno 1692. pag. 47. eosdem laudant.

Henricus Meibomius in Notis ad Introductionem Vogleri in notitiam Scriptorum pag. 166. adeò honorificè de Bacchino loquitur, ut ejus verba nullo modo sint prætermittenda „ Qui Parmensium Ephemer. Authores sunt, multam eruditionem, variamque, & solidum judicium satis ostendunt, & non tantum medicas, „ physicas, mathematicasque observationes elegantiss. producunt, aut antiquitates „ quasdam novitèr repertas publicant, sed etiam libros ad se collatos, deligentèr „ recensent; & judicium interponunt, & de Virorum eruditione, si obierunt, vitâ, „ & libris adjiciunt quædam: optandum proindè, ut Viri præstantissimi, quorum „ merita notiora sunt, quam nomina, in isto Publicum juvandi studio, non defatigentur.

Jo. Mabill. Itin. Ital. tom. 1. pag. 208. „ At Bened. Bacchinus noster in primis „ amicus largitus est codicem Librorum de Imitatione Christi antiquum, in quorum „ fine hæc clausula legitur, *Explicit liber quartus, & ultimus S. Joannis Gersem* de „ Sacramento Altaris. Idem Benedictus nobiscum Epistolas *Alberti de Sarthiano* „ communicavit, Vir in literis politioribus, & in sacris optimè versatus, qui ad „ Diarium Literat. Parmense suam cum P. Gaudentio Roberto Carmelita Symbolam „ confert, aliaque plura opera meditatur.

Bernardus de Montfaucon Diarii Italici editi anno 1702. cap. 3. pag. 31. Bacchinum pluribus commendat. Virum eruditum, multis jam editis operibus clarum appellans, & cap. 27. pag. 404. iterum Virum clarum, eruditum &c.

Jo. Cinellus Bibliot. Volant. Pluteo. 5. pag. 10., & Pluteo 7. pag. 19. & 39., ubi ejus Panegyricam in D. Nicolaum Orationem recenset, subdens „ Il P. Bacchini „ è di spiriti elevatissimi, ed oltre la candidezza de' costumi, è applicatissimo agli „ studj „ Iterumque Plut. 9. pag. 22. & Plut. 11. pag. 35., & seq. Antonius Teisser in Catal. Authorum, qui libror. Catalogos scripserunt par. 2. pag. 28. Bernardus Pez Mellic. Epist. x. Apolog. in Catal. Scriptor. Ord. nostri ab anno 1600., ubi præcipua ejus opera enumerat, & ex eo Fœlix Egger Pethrusianus Idæa Ord. Hierarch. Bened. lib. 2. par. 3. differt. 8. pag. 570. inter Historicos. Jo. Franchinus, *Bibliosophia Conventualium*, in Adjunctis pag. 385., & 607., ubi eximiè eum celebrat, præcipuè ex plurium linguarum peritiâ; cui tamèn Bacchinus vicem rependit suarum Ephemerid. tom. 6. pag. 411. & seqq. & 418. Federicus Nomius Satyrâ * 13. Bacchino nuncupatâ, qui Epistolam pro gratiarum actione Authori scripsit impressam in eisdem Satyris pag. 170. Cl. ac doctiss. Marchio Scipio Maphejus, cum aliquot dubia in Notas, quas Christophorus Matthæus Pfaffius Fragmentis quibusdam anecdoctis S. Irenæi Episcopi Lugdunensis in Biblioth. Taurinensi repertis, & à se evulgatis, addiderat, scripsisset, ea Bacchino misit, cum hac Epistola „ Ecco à V. P. Rma altro disturbo, Ella principiarà à conoscere, che „ è per costarle assai caro l' aver posto tanto studio in ritirarmi dalle bagattelle, poi „ che in queste materie io non ardirò mai nulla senza di lei. Il Signor Pfaff Sogetto „ de' più dotti della Germania ... mi manda ora alcuni framinenti Greci ac compa-

* Editę sunt Lugduni Batavorũ 1730.

„ gnati

„ gnati da sue osservazioni; Io glie li trasmetto sotto l'occhio, e le trasmetto insieme
„ alcuni miei dubj, perche mi avvisi, se son ragionevoli, o insussistenti, e perche
„ restino dall' oracolo della sua voce, o confermati, o disciolti„. In fine verò Epistolæ „ Supplico ora V. P. Rma a correggere le mie considerazioni, e ad arricchirmi di nuovi lumi. Ma mi riesce di gran disturbo l' avere il Maestro lontano.
„ Non le sia grave il continuare a supplire con la penna, e mi creda con tutto
„ ossequio &c.

1 Quod ipsum narrant etiam laudati Auctores Ephem. Lit. Ital. tom. XVI. anno 1713. pag. 245. & seqq.

2 Idem Maphejus in Hist. Diplomatica pag. 106. laudans recentiores Collectores veterum diplomatum„ De' prossimi tempi ricordarò prima tra Nostri il *P. Abbate* „ *Bacchini* nella Storia del Monastero di Polirone.„ Ipse verò Cl. Pfaffius in editione eorumdem Fragmentorum S. Irenæi Hagæ Comitum anno 1715. 8. ita in Præf. de Bacchino loquitur „ Facimus autem id eò libentiùs, quòd litis nostræ arbitrum „ esse voluit (Maphejus) celeberrimum Bacchinum Virum in antiquitate Ecclesiastica versatissimum, dignumque, qui ob eruditionem, quam possidet summam, „ in Purpuratorum ordinem referatur.

3 Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson Hist. Eccl. to. 9. in tabulis Chronolog. pag. 453 Bacchinum celebribus sæculi XVII. Scriptoribus accenset, Denique Bacchinum laudant Franciscus Arisius in *Cremona Literar.* Ludovicus Antonius Muratorius in *Anecdotis*. Petrus Baelius in *excerptis Reipublicæ Literariæ*, ubi Bacchini dissertationem de *Nummo Scipionis Africani* suis inserit. Anno verò 1723. prodiit Venetiis in prædictarum Ephem. tom. 34. art. XI. pag. 295. & seqq. Vita *Benedicti Bacchini* ab ipsomet tamquam de alio sincerè, & candidè scripta, quam adire poterunt, qui Bacchinum intimiùs, ac penitiùs cupiunt dignoscere: Nobis pro coronide ejus laudum sufficiat hic adnectere, quæ iidem Ephemeridum Auctores tom. 35. pag. 352. & seqq. in medium proferunt; postquam reliquum ejus Vitæ ab an. 1704., quo illam Bacchinus scribere desiit, usque ad ann. 1721., quo obiit, diligentissimè prosequuntur, ex relatis *Ludovici Antonii Muratorii*, *D. Cælestini Lorefice* Monachi ex nostris, & *Antonii Vallisnieri*. Ibi enim laudati Ephemer. Auctores sic loquuntur à pag. 252. usque ad 260.„ Et in fatti il P. Abb. „ Bacchini fu uno de' più illustri, e famosi Letterati di nostra età, e forse pochi valentuomini aveva l' Italia, che l' egguagliassero, niuno che 'l superasse.

„ Non v' ha genere di letteratura, ch' egli à fondo non possedesse, il saper suo „ era universale, il gusto esquisito in tutto. Oltre alla lingua Latina, in cui dettò „ varie sue opere, si procacciò anche l' ornamento della Greca, e dell' Ebraica, e „ sapevane quanto bastava per farne delle traduzzioni. Giovane fè spiccare sù varj „ Pulpiti d' Italia la sua eloquenza, e sarebbe riuscito uno de' primi Predicatori del „ suo tempo, ma la fievolezza della sua complessione l' obligò ad abandonare quell' „ Apostolico faticosiss. ministero. Fù versato nella Filosofia sì de' Peripatetici, che „ de' più recenti Maestri, e à questa congiunse gli studj Matematici, senza i quali può „ dirsi priva d' occhi, e di mani la scienza delle cose naturali; ma il suo forte era „ nell' erudizione sacra, e profana, e in un gran possesso della Cronologia, e dell' „ Istoria de' secoli antichi, e di mezzo. Nella prattica degli antichi caratteri fù singolare la sua perizia, avendo faticato in quanti Archivi potè aver adito... Fù il „ suo giudizio critico, ed esatto in tante, e tanto differenti materie, con un amore „ intenso della verità... Tutti questi studj poi egli indrizzava alla Teologia Dommatica, e Polemica, e sovra questi principalmente le fondava, come sovra la „ Scrittura, i Concilii, i Canoni, e i Padri tutti della Chiesa.... Nè al suo singolar „ sapere, e a tanti pregi mancò quel credito, e quella stima, che non mai abbandona „ un

Plura ad rem nostram minus pertinentia omittimus

„ un gran merito. Celebre fù in Italia, e fuori il suo nome, e Personaggi chiarissimi
„ hebbero moltissimo di stima, ed' amore per lui. Tali furono i Cardinali Sfondrati,
„ d' Aguirre, Noris, Davia, Ferrari, Tomasi, Corsi, e Fabroni; Il Re di Sardegna,
„ il Gran Duca di Toscana, i due ultimi Duchi di Modena; I Monsignori
„ Olgiati, Passionei, Ciampini; Il Maghabecchi, il Valletta; il Ramazini; I Padri
„ Mabillon, Montfaucon Valsecchi Benedettini, Tamburini *, e Terelenghi Gesuiti;
„ Il Muratori, Gimma, Fontanini, Scipion Maffei, che lo chiama *suo Maestro*,
„ e sovra tutti Innocenzo XIII., e l' Eminentissimo Conti suo fratello, che eransi
„ avvisati di volerlo in Roma. I suoi costumi furono illibati, innocente la sua vita,
„ zelante del suo Istituto, costante per le ragioni della Chiesa, amante della po-
„ vertà religiosa &c.

Vittorio Amadeo, Cos. III.

* Generale de Gesuiti.

Hic de Bacchino dicendi finem facere decreveram, sed cum post ejus obitum supramemoratus Epistolarum Liber Ms. CCII. Virorum ad Bacch., in manus meas pervenisset, cohibere me minimè potui, quin pauca saltèm, & ea potissimum, quę in Bacchini doctrinę, ac pietatis laudem propius cedunt, ex eisdem seligerem, & Lectoribus exhiberem, sperans, eos meum hoc studium æqui, boniq; consulturos.

Pag. 20. & seq.

Benedicto Bacchino Monacho Benedictino-Casinensi. *Petrus Cannetus Abb. Benedictino-Camaldulensis* S. P. D.

„ Laudes, quas Orationi meæ tribuisti, mi Bacchine, Anonymo Dialogorum
„ Authori si aptaveris, neque digniori loco laudes ipsas collocari, neque sublimius
„ Anonymum laudari contigerit; Nimium, crede, me amas, qui me nullius notę
„ hominem parvo quidem, sed vivido verborum compendio tantùm effers, quan-
„ tùm integro vix panegyrico alius posset. Gratias idcircò quantas debeo tuę refero
„ humanitati; Debeo autem innumeras, easque debebo semper, quoad vixero.
„ Utinam & Anonymum agnosceres? Quæ, & quanta prædicares de illo! Enimverò
„ nullum hac ætate nostrâ inveni adhùc, qui penitissima Philosophię præcepta
„ gravissimo, jucundissimoque cultu adornaret, quod suis in Dialogis præstat Au-
„ thor cordatissimus. Similes hujusmodi libro, qui sint, raros admodùm, aut nullos
„ ferunt nostrates Philosophi. Hic summa de moribus doctrina, hic abditiores lapsus
„ detecti, hic ardua magis sapientia tradita, neque aspera illa, & silicea, qualem
„ adumbrabant Stoici; at humana, & compta, civili vivendi rationi, divinisque
„ oraculis consentanea. Præclarum sanè Philosophum adversa primum, deindè
„ scripta probant Anonymum istum, cui fausta omnia precor. Quicumque ille sit,
„ Liberium, & Angelium ab illo inductos planè novi utrumque, geminas illas Respu-
„ blicas, quarum turpissima uni, pulcherrima alteri facies. Novi, & Civem illum,
„ qui Magistratu adepto subsiliebat, se doctissimum extemplo factum prędicans, cum
„ magis magisque desipiebat. Quam benè insulsi Civis nomen ęterno tegitur silentio!
„ Ægrè tamen Liberium, Angeliumque fictitiis cognomentis personatos fero. Uter-
„ que nihilominus suis in lucubrationibus celeberrimus æternùm vivit: O præcla-
„ rum, Bacchine, munus missum! Quanto cum fœnore oratiunculam meam repen-
„ disti. Grates iterùm immortales. Vale. Faventiæ ex nostro D. Hippolyti Asceterio
„ III. Kal. Martii Anno MDCXCII.

Studiose Cànetus dissimulat Authorē Anonymum trium Dialogorum, ut liberiùs, & latius in Bacch. laudes diffūdi possit, nec modestię ejus officere, & molestus esse.

Joannis Andreæ Gleies Serenifs. Regis Poloniæ, & Elector. Sax: Friderici Augusti à Sacris Concionibus.

Pag. 36. & seq.

„ Raræ T. virtutes, & inusitatus candor, atque humanitas, quibus omnes bona-
„ rum artium, elegantiorumque studiorum Cultores soles prosequi, in nostram
„ usque Saxoniam, & Misniam pervenerunt, atque ita sese diffuderunt apud diver-
„ sos eruditos, ut merito in tui admirationem multi rapiantur, insignem egregii tui
„ Diarii Polyhistorici Modenæ impressi laborem considerantes, sæpiusque in magni-
„ ficum T. R. conspectum prodire, atque tecum per literas colloqui optent; Cum

itaque

„ itaque inter alios hujus mei voti compotem reddere se volebat cl. V. D. Jo. Frider.
„ Heckelius, Philologus apud nos haud inclari nominis, & consanguineus meus
„ prædilectus, tàm exoptatissimam T. Rev. & Ill. Excell. innotescendi occasionem
„ prætermittere nolui &c. Trepidat quidem animus, & rubore quasi suffunditur
„ vultus, quoties R. T. in omni disciplinarum genere consumatissimam eruditio-
„ nem, & singularem Judicii *acriviau* in memoriam revoco mihi &c. Adjeci aliqua
„ mea schediasmata in observantiæ T. R. tesseram, quæ benevolè si excipies, &
„ accuratissimo ingenii divinitui calculo signabis, omnia me impetraturum putabo.
„ Interim eandem, quam aliis Germanis tribuisti benevolentiam, mihi quoque à
„ R. T. Excell. promitto, cùm hæc virtus universis Illmis Italis propria sit, & do-
„ mestica, Tibi verò connata &c. Vale literarum decus maximum. Torgaviæ apud
„ Misnicos an. sal. 1695. die 10. Februarii.

Nicolai Garziæ de Londogno C. R. M. Bibliothecæ Contarenæ Venetiis Præfe-
cti. Anno 1696. Nonis Augusti.

„ Si hucusque, Rme Pater, eruditionis tuæ haud ingloriè non me fama per to- Pag. 57. & seq.
„ tum orbem diffusa teneret, novis humanitatis tuæ vinculis adstrictus &c. Utinam
„ omnia mea jam in lucem edita, in unum colligerem, ut tibi tamquam ætatis no-
„ stræ clariori Apollini dicarem &c.

Frider. Heckelii pag. 62. & seq. ferè in medio Epistolæ „ Tu è contrario Vir es, Pag. 62. & seq.
„ quem variç scientiç, ac multijugç literaturç gnarum, nobilis humilitas, ac animi
„ submissio egregiè extollit. Ideòque minimè est opus, ut hominem triobolarem te
„ nuncupes, cùm inter summi pretii Viros, quos doctior Orbis adorat, verseris, &
„ cùr non colamus te, atque constantèr veneremur, qui in supremum honoris, ac
„ gloriæ fastigium collocatus, benigniori oculo humi repentes, quibus sum annu-
„ merandus, aspicis? Munuscula mea chartacea, quæ olim misi, & quæ hac vice
„ placuit mihi mittere, non spernes, quamvis ea valdè acribus, ac probè limatis
„ oculis tuis, publicâ, eâque miti, atque modestâ censurâ tuâ planè indigna judico
„ &c. Vale Deo commendatus, & tardç meç responsioni ignosce, ò amicissimum,
„ mansuetissimumque Musarum politiorum, imò, & meum corculum. Oelnisii inter
„ Variscos. 2. Junii anno post Nat. Christi 1697.

Gisberti Cuperi apud Batavos Viri amplissimi ac doctissimi, paulò post initium. Pag. 66. & seq.
„ Ut igitur præclarum hoc testimonium tribuo voluntati erga me tuæ, & bene-
„ volentiæ, qua omnes eruditionis studiosos amplecteris, ità mei officii esse duxi,
„ tibi gratias agere, quas possum, maximas, id quod & libentiùs facio, quia ità spe-
„ ro eventurum, ut subindè de rebus agere possimus, quæ ad interiorem pertinent
„ doctrinam, in qua tàm diligentèr es versatus. Probat hoc certè elegans de Sistris
„ dissertatio, quam anno proxime elapso novis typis describi curavit, dissertatiun-
„ culâ, & notis auxit Jac. Tollius &c. Inseretur docta illa dissertatio Thesauro Anti-
„ quitatum Romanarum *, & ità magis magisque nomen tuum veteris ævi studio- * Grevii
„ sis innotescet. Id quod certè debetur eruditioni, & humanitati tuæ; An quæ alia,
„ similis, præter Dialogos, quos beneficio Ill. Magliabechi recipiam propè diem,
„ vel alterius argumenti, & præter Ephemer. Erudit. Italicas, quas utinam hic
„ nancisci daretur, ediderìs mihi latet, sed tamèn Magliabechus me exhilaravit mi-
„ rum in modum, certioremque me fecit te agere in Monast. Montis Casini, ibique
„ invenisse varios Mss. dignos, ut emittantur in lucem, id quod te facere velle
„ etiam, atque etiam rogo; Amplissimus etiam Copesius Senator Silve * Ducensis
„ enarravit mihi prçclaras ingenii tui dotes, & in primis humanitatem, lenitatem, * Bosle Duc
„ & mansuetudinem, quas virtutes in te summas invenit, atque inde eo magis com-
„ motus sum ad officia mea tibi reddenda &c. „ Vale plurimum. Daventriç 14.
„ Julii 1697. Ejusdem, paulò post initium.

„ Felix

Pag. 71. & seq. „ Felix certè tibi fuit iter Romanum, Casinense, & Neapolitanum, & lætor te invenisse *Anecdota*, quæ inservire possunt illustrandis Chronicæ Leonis Ostiensis, & „ ritibus, disciplinisque Ecclesiasticis &c. Utinam absolveres lucubrationem tuam de „ *Viis antiquorum per Italiam*, & quamvis Serenissimus Mutinæ Dux habitâ ratio„ne meritorum tuorum, te Præfectum dederit Bibliothecæ suæ, & dignitas illa, quam „ tibi ex animo gratulor, laboriosa sit, spero tamen te tàm præclarum propediem „ editurum opus &c. Elegantem tuum libellum recepi, & singularem ex Dialogis *de* „ *Constantia in adversis*, *de Dignitate tuenda*, *de Amore erga Rempublicam* fructum „ percepi; videbarque esse cum Catone, Cicerone, vel Lælio, cum illos evolverem „ &c. 15 Decembris 1697. Ejusdem, pag. 85. & seq. circa medium.

Pag. 85. & seq. „ Copesium nostrum nondum vidi, sed diversas nuper ab eo literas accepi, isque „ elegantiâ tuorum Dialogorum, nec non Poggii Epistolę, & Leonis * Aretini ora„tionibus ità captus, idque haud immeritò est, ut ea omnia elegantibus typis jusse„rit Sylvæ Ducis describi, nec dubito, quin ad te, Vir eximie, exemplaria sit missu„rus; Sed doce me quæso, quale fuerit numisma affabrè a recenti artifice fictum, „ de quo te scripsisse memoriæ mandas in Dialogo *de Dignitate tuenda* pag. 74. Læ„tor valdè te reperisse Agnelli Ravennatis ineditum opus, *de Episcopis Ravennæ*, „ teque illud dissertatiunculis historicis, & Chronologicis illustraturum, indè pro„cul dubio historiæ sacræ, ac prophanæ splendida lux accendetur, & tanto gratior „ hic liber erit, quia non modo desideratus fuit à multis, verùm etiam quia eruditi „ illum planè deperditum esse putarunt &c. Vale plurimum. Daventrię 15 Novem„bris 1698. Ejusdem aliquantò post principium. 25

* Leonardi. — L. 79.

„ Quod jam ad alteram insignis Operis tui * partem, eam etiam diligentèr admo„dum perlegi, & animadverti te præclarè agere causam *, quam tibi proposuisti elu„cidandam, ac defendendam &c. „ & circa finem pag. nempè 112. „ Fateor præte„rea, te præclarè causam tuam agere, & intentatam aliis viam ingressum esse ad „ probandam Romam Metropolim esse Occidentis, dignamque lucubrationem „ tuam esse, quæ attentè legatur &c. Daventriæ 8. Junii 1705.

Pag. 101. * Scilicet de Ecclesiastic. Hierat. originibus. * De Primata videlicet Rom. Eccl. à Petro fundata.

Antonii Pagii Criticorum in Baronium Auct. „ Mihi nomen vestrum, doctri„naque ignota esse non possunt, sed vereor, ne occasiones vobis gratitudinem „ meam, & meam de vobis existimationem testandi desint; nihil tamèn præter „ mortem impediet, ne in Critica mea, ubi de Mathilde Comitissâ loquor, de vestra „ in me benevolentia, doctrinaque mentionem faciam &c. Aquis * Sextiis die 20. „ Novembris 1698.

Pag. 131. & seq. * Aix.

Henrici Christiani de Hennim Medicinæ Doctoris, & humaniorum literarum Græcæ, & Latinæ Professoris in Universitate Duisburgensi. „ Obviam humani„tatem tuam, & præclaram de Republica literaria benemerendi voluntatem depræ„dicavit Samuel Mead, Vir doctissimus; nomen enim tuum, & insignis eruditio „ jam dudum apud nos celebrata est. Idem V. C. quam modo dixi, indicium fecit „ conscriptæ à te lucubrationis *de Viis Italicis*, quam te bono rei literariæ donaturum „ ajebat. Ultrajecti Kal. Septembris an. Christi 1697.

Pag. 68.

Pag. 89. & seq. Joannis Mabillonii &c. „ Nihil mihi jucundius, aut optatius ex istis partibus „ nuntiari poterat, quam te valere, meique adhùc esse memorem, nec penitus ex „ tua benevolentia, & amicitia, quam quantivis facio, excidisse; id verò accepi ex „ literis nostri Bernardi de Montfaucon, qui tua in se beneficia, & officia summo„perè deprædicat &c. „ Circa finem „. Id porrò mihi pergratum est, ac per quam „ jucundum, quòd te cum dignitate Mutinæ versari audiam, dabis haud dubiè ope„ram, ut eo in loco aliquid nomine, & eruditione tua dignum parturias, quod „ mihi in primis est in votis, existimationem tuam honori nostro deputans &c. Vale, „ & me amare perge. Parisi. 15. Kal. Septembris anno 1698.

Gode-

Godefridi Guilelmi Leibnitii Sereniſſimi Electoris Hannoveræ Hiſtoriographi.
„ Olim tibi per alium, nunc per me ipſum gratias ago, pro munere egregio Hiſtoriç
„ Monaſterii Padolyronenſis, cujus continuationem videre opto. Cur nunc ſcribam
„ cauſa eſt amicus doctus D. Hakemannus, qui occaſione itineris Italici, monumenta
„ Hiſtoriæ Eſtenſis in uſum noſtrum quærit; & cum neminem temerè reperturum
„ putem; à quo magis quam à te, proficere poſſit, audeo eum tibi commendare, ut
„ conſilio, opeque juves, quò digna ſciri nanciſcatur; ſi quid erit viciſsim, in quo
„ mea tibi opella utilis eſſe poſſit, tantùm juſſa expecto: memini aliquandò tibi con-
„ ſtitutum, opus à Viro docto *de Viis Militaribus*, vel Regiis, Gallico ſermone
„ ſcriptum, illuſtrare; Id & ſi nunc magno Antiquitatum Romanarum Theſauro
„ additum ſit, non ideò tamen minus præclaris tuis obſervationibus locus erit. Et
„ ſanè Geographia vetus valdè adhùc mihi videtur hiare. Quæ alia agites ſcire
„ pervelim, ſimulque occaſione ineuntis anni Deum precor, ut hunc pariter ſæcu-
„ larem, & multos ex ſequente ſeçulo ad votum fluentes, tibi concedat, quo magis
„ ſpatium habeas, quantum potes (potes autèm plurimùm), de Republica beneme-
„ rendi, Vale. Hannoveræ 28. Decembris 1699.

Danielis quoque Papebrochii plures in eodem libro circa ejuſdem finem leguntur ad Bacchinum Epiſtolæ nempæ num. 32. nam cum Bacchinus Ephem. Literat. ederet, Papebrochius ſuas illi lucubrat. identidem mittebat in eiſdem referendas; nos unius tantum, quæ 10. eſt, partem, quæque propiùs rem noſtram attingit, hic exhibemus; Ea ſic habet. „ Poſt gratiſſimas veſtras datas à fœlici Mutinam
„ redditu, aliaſque ſignificantes de invento Caſini ſigillo Concilii Conſtantienſis,
„ accipio Venetiis Hiſtoriam Monaſterii Padolyronenſis, quantum cognoſcere
„ obiter licuit curioſam, & eruditam, cum menſtruis Diurni veſtri relationibus ab
„ initio Januarii, ad Septembrem incluſivè. Legi mox, quæ ſpectabant reſponſiones
„ meas, & ſummoperè probavi, ac probo claram, atque nervoſam brevitatem, cum
„ æquali erga partem utramque affectu, & ſumma moderatione. Si nanciſci poſſem
„ hominem, qui Italicè ſimul, & Gallicè calleat, curabo, ut Gallicè reddita potiùs,
„ quàm Flandricè in vulgus exeat, magnum fructum allatura &c. Commendo me
„ cum Sociis ſanctis veſtris Sacrificiis. Antuerpiæ 27. Aprilis 1696.

Extant præterea in eodem libro plures Bacchini Epiſtolæ ſcilicèt num. 23. quibus, ut plurimùm, eiſdem Viris doctiſſimis reſpondit, præter eam, quæ legitur inter Epiſtolas Virorum Clariſs. ad Bacchinum à pagina 114. ad pag. 131., quá Gisberto Cupero doctiſsimè reſpondet, eſtque Apologetica Originum Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, publicà equidem, ſicut reliquæ omnes luce digniſsima, & ò utinam aliquandò in commune bonum Typis conſignentur. Nos ex iiſdem Bacchini Epiſtolis unius tantùm, quæ ſecunda ad Cuperum eſt, paragraphum exſcribimus, ex quo Bacchini modeſtia dilucidè apparet, qui cum tantus vir eſſet, tantique à clariſſimis, ac doctiſſimis Viris factus, adeo tamen demiſsè de ſe ipſo ſcribebat, ſentiebatque; en ejus verba: „ Habeo collectum jampridem Opus *de Viis Antiquorum per Ita-*
„ *liam*, quod modò peragratis hujuſmodi viis facilè illuſtrare poſſem, & augere. At
„ illud adeò parum mihi probatur, ut vix de eo ſecundis curis ſubijciendo cogitare
„ valeam; novi, quo ſeçulo vivamus, & puſillitatis meç conſcius, prodere non audeo.

BENEDICTUS BONSIGNORIUS nobili Familiâ natus eſt Florentiæ, quæ Urbs, ut florentiſſima ingenia ſemper edidit, ita inſigne ibidem S. Mariæ Cœnobium (per antonomaſiam *Badia* dictum) plurimos literis, ac pietate præclaros viros protulit, qui patriæ non minus, quam monaſticæ Religioni decus attulere. Id autem egregiè inter cæteros præſtitit Benedictus Bonſignorius; qui cum in Sæculo Doctor percelebris, ac linguarum, præſertim Græcæ, atque Hebraicæ Profeſſor exiſteret, Monachus, ibidem fieri voluit anno 1734. ætatis 24., die 25.

M Martii,

Martii; Itaque ob morum, ac doctrinæ præstantiam, quam ex ipsis Græcis, atque Hebraicis fontibus hauserat, cum magnam apud omnes existimationem obtineret, ad Congreg. nostræ sublimiores dignitates brevi evectus fuit, nam ætatis anno 29. in Cœnobio D. Justinæ Patavinæ Tyronum Magister, anno verò 36. Prior constitutus, anno deinde 42. Dñi 1557. electus fuit Abbas Aretij, postmodum S. Martini Panormi, S. Laurentii de Aversa, demumque anno 1566. S. Mariæ de Florentia: Eo autem Religionis zelo præditus erat, eâ Sanctorum Scientiâ conspicuus, ut non solùm Congreg. nostræ quater fuerit Visitator, verum etiam a S. Pio V. Pontif. Max. Reformator, Commissarius, & Visitator Apostolicus Monasteriorum Cistercien. per Hetruriam fuerit deputatus, Pontificat. an. 2. ut ex Brevi hac de re ad eumdem dato, additis ei sociis à Magno Duce Cosimo I. *Vincentio Borghino* ex nostris, & nobilibus Viris *Julio del Caccia, & Juliano Cappono*: Verum morbo ex labore in Visitatione Monaster. Regni Neapolitani contracto, Florentiam rediit, ibique anno 1567., ætatis suæ 52. cessit è vita die 16. Febr. Sanctitatis æquè, ac doctrinæ famâ celebris, in Cœnobio suo sepultus, ejusque parentationi tum nobilitas Florentina, tum etiam Cistercienses Monachi interfuerunt, multis relictis ingenii monumentis, quę hisce titulis distinguuntur,

1. *Explicationes in 3. Cantica novi Testamenti*; sunt Homiliæ 39. habitæ in Dominicis diebus, aliisq; Anni solemnitatibus.

2. *Orationes variæ ad Fratres in Capitulo*: Sive Homiliæ, & explicat. num. 31. in Evangelia, & Psalmos, & in quam plurimos Isaiæ, & Pauli insignes locos. Omnia unico volumine comprehensa in 2. lib. dispertito, impressa sunt Florentiæ apud Georgium Marescottum an. 1568. in 8. pagg. 624. Cura *Raphaelis Castruccii* Monachi Florentini an. ab obitu Bonsignorii 1.

Ejus vitam duo Monachi Abbatiæ Florentinæ Alumni latinis literis consignarunt. Raphael nempè Castruccius nuper laudatus, ejus in Monastico Tyrocinio Magister, & Nicolaus Minius. Ille inter cætera „ Erat, inquit, Bonsignorius „ laudandus ob integritatem, amandus ob humanitatem, imitandus ob rectam, „ simplicemque naturam, ab omni fuco, & fastu longissimè remotam „ Minius verò in pref. in lib. Orationum „ Nam licet consilium, prudentia, & vigilantia, „ atque cura in exequendis demandatis muneribus, Monachis ipsis, qui in eo ver- „ sati sunt, vel quibus ipse præfuit, nota sit; licet morum facilitatem, & clementiam „ Benedictina familia experta admiretur; licet tandem pietatem fidem, religionem, „ & charitatem norint illi, qui cum eo ætatem egerunt; doctrina tamèn, studium, „ disciplina, atque eruditio singularis cunctis patebit: tanta enim fuit in eo Viro „ sacrarum Literarum cognitio, ut ejus explicationes in tria novi Testamenti Can- „ tica, & Homiliæ, & Orationes, nec non in Psalmos, & Evangelia, tùm in quam- „ plurimos Pauli, & Isaiæ insignes locos, potiùs cum antiquiss. illis sacrarum Lite- „ rarum Interpretibus, quàm cùm hisce recentioribus comparandæ videantur &c.

Præterea peronorificam de eo mentionem faciunt Petr. Ricord. Histor. Monast. Dial. 4. pag. 458. Arnol. Wion. Lig. Vit. par. 1. lib. 2. cap. 63. pag. 406. Placid. Puccin. in Chron. Abb. Florent. pag. 87. & sequen. Iterumque in Appar. Hist. de Vir. Ill. Abbat. Floren. vocat eum in literis Græcis, Latinisque optimè versatum. Bened. Lucchin. in Chron. Comitissæ Mathildis cap. 77. Michael Poccian. in Catal. Scriptor. Floren. eum appellat Monastici Instituti observantiss., Præsulem vigilantiss., Virumque pientiss., qui sermones habuit coram Monachis in solatium quotidianum, tantâ facundiâ divinæ charitatis, ut in se ipso omnes cœlestis amoris affectus excitari viderentur. Hipp. Marac. in Bibl. Mariana par. 1. pag. 209., ubi eum vocat Virum peracuti ingenii, & maximè Sacrar. Literarum cognitione pollentem, qui dulcedinem D. Bernardi, & spiritum D. Chrysostomi sic imitatus

B

est, divinasque literas interpretatus, ut ejus explicationes à plurimis dignæ habitæ sint, quæ antiquissimis comparentur. Iterumque in Appen. L. B. addens Benedictum multa egregiè in Sacra Biblia scripsisse. Anton. Possev. in App. Sac. par. 1. pag. 208. editionis Colonien. ann. 1608. idem ferè dicit. Novissimè Julius Negri Ferrarien. Soc. J. in Hist. Scriptor. Floren. Italicâ linguâ impressâ Ferrariæ in fol. an. 1722. apud Bernardinum Pomatellum pag. 91. col. 1., ubi idem ferè, quod Maraccius, repetit.

BENEDICTUS CANOPHILUS, Manfredus antea vocatus, apud Castrum Sanguinis, vulgo Sangro, in Samnio ortus, Monasticum institutum Casini adultâ jam ætate amplexus est an. 1525. die 11. Aprilis; floruit, tùm bonarum literarum peritiâ, tùm juris utriusque (quod etiam Romæ docuit) singulari eruditione, inter insigniores proinde J. C. ejus ætatis haud immeritò numeratus; mirifìque encomiis à doctiss. in Italia legalis scientiæ per id temporis Professoribus commendatus; Novis enim, ac multiplicibus præstantis ingenii fœtibus Jurisprudentiam illustravit, ejusdemque facultatis studiosis, haud parum commodi, ac utilitatis peperit; Quamobrem Maximilianus Imperator, in virtutis, doctrinæque illius commendationem, Equitem Palatinum eum creavit anno 1512., quo tempore Canophilus adhuc in sęculo degebat, peregitque eam cæremoniam Cæsaris nomine Michael de Grassis Cardinalis Bononien. & Comes Palatinus, ejusque honoris Cęsareum Diploma datum anno 1512. Julio II. Pontif. erat penes Josephum Canophilum, ut apparet ex monumento in Tabulario S. Laurentij de Aversa hac de re asservato. At in Monachatu Sangrinus quamvis Prioris dignitate à nostra Congregatione insignitus, eoque munere aliquot annis laudabiliter persunctus, quò tamen impensiùs solidissimis studiis vacaret, in ordinem se redegit, Abbatis exinde titulo honoris gratia honestatus. claruit anno 1550., Casini obiit, ibidem sepultus; Opera autem, quæ in publicam lucem emisit, hæc sunt,

1 *Juris Canonici, & Divini compendium* incipiens à primis legum cunabulis, ubi summatim, & decisivè quidquid est scriptum, quasi per omnes, tam Canonum, & Legum Latores, quam per alios sub Rubricis Decretalium breviter habetur, cum modo facillimo intelligendi, & reperiendi, argumentandi, & solvendi tom. 1. Venetiis anno 1542.

2 *Tractatus Fori, & Poli* sub repetitione c. 1. de Constit. Qualiter judicandum; & consulendum sit in Foro Fori, tam Canonico, quam Civili, & qualiter in Foro Poli, Conscientiæ, & Pœnitentiali; tomus secundus; Venetiis apud Aloysium de Tortis anno 1542.

3 *Summa rerum*, ubi breviter habetur quidquid, tam per Canonum, & Legum Latores, quam per communes opiniones DD. Decisivorum, & Consulentium comprehensum est; tom. 3. lib. 2. Venetiis eòdem anno.

4 *De Religiosis*, & Vitâ, Bonis, ac Privilegiis eorum, nec non de Criminibus in Deum & Proximum; de Pœnis eorum; tomus 4.; Venet. apud Bernardinum Bondonum Mediolan. anno 1542. lib. 5.

5 *Tractatus necessariissimus de Censuris Ecclesiasticis, & Hæresibus. De duplici Matrimonio spirituali, & temporali. De Ordine bene beatèque vivendi. De Modo reperiendi materias in utroque jure*; Hæc quatuor opuscula conficiunt tomum quintum impress. ibidem eodem anno; opera eo quidem tempore plurimùm commendata, & valde utilia, unde carmen hoc illis præfixum fuit

Ex multis nobis hic satis unus erit. Ipse autem Canophilus sua enumerat opera in præf. ad librum *de modo reperiendi materias in utroque Jure*, dicens „ Postquam, „ Duce Deo Opt. Max., finem imposui quinque [tr]actatibus nostris, scilicet De „ terminis Juris. De differentiis in utroque Jure. [D]e differentiis inter Forum Fori,

 & Fo-

„ & Forum Poli, & De differentiis Juris Longobardorum, & Romanorum, & De
„ summa rerum J. U., De Censuris, De Hæresibus ritè, & rectè reprobatis, & De
„ duplici Matrimonio. & sic De modo intelligendi materias; operæ pretium fore
„ duxi, componere præsentem Tractatum, De modo reperiendi dictas materias in
„ U. J. per suas Rubricas.

Præstat autem hic demonstrare quanti Canophilus à doctis eo tempore Italiæ Viris sit habitus. Ant. enim de Rubeis J. C. Alexandrinus in Epistola ad ipsum data (ubi vocat eum *Sacri Cœtus jubar unicum, Religionisque columen*) constanter affirmat Sangrini Opera vetustatem vincere, & totam fermè deterrere posteritatem, nihil enim mundius, perfectius, ac exactius Tractatu *de Foro Fori, & Poli*, in quo tam raras, tamque varias animi divitias congesserit, ut non satis mirari quis possit; extollit etiam ejus arborem fœcundiss. supra illam, quam Joan. Cremonen., ac Baptista de S. Blasio serere adnixi sunt; quippe quæ copiâ, elegantiâ, ordine, fide multâ, judicio perspicaci, mira denique majestate à Canophilo sit plantata, opera sanè, quæ omnes proclivè admirari queant, æmulari tam pauci possint, quam nemo carpere; Quam obrem inter eos Canonicos Scriptores Benedictum agregandum censet, quos Augustinus nuspiam errori obnoxios autumat.

Sigismundus item Brunellus J. U. Doctor Patavinus pariter in Epistola ad eumdem, vocat eum Virum literatissimum, & integerrimum, qui suo admirabili ingenio, exquisitâ doctrinâ, summa cum diligentiâ, tot difficultates antea confusas, & apud DD. sæpe dubitabiles, pro omnium studiosorum utilitate miro ordine, atque (ut ajunt) divino quodam spiritu motus, ad breve compendium reduxerit; additque eum superasse antiquiores Scriptores, cum ipse brevi quodam compendio perfectè adimpleverit, quod illi multis commentariis separatim, diversis in locis perficere non potuerunt. Doctrinam ejus, & ingenium singulare dicit, ac in omnibus bonis literis excellentem appellat &c.

Denique Bernardus Bonfilius J. U. Doctor Patavinus maximoperè laudat, per Epistolam, Canophili vigilias, ac lucubrationes, asseritque eas à Marco de Mantuâ Patavinæ Civitatis, ac totius J. Conf. Academiæ facilè Principe, à plurimisque aliis ejus ordinis clarissimis Viris, lectas, laudatasque mirum in modum meritò fuisse; Hæc illi, & multo plura, quæ brevitatis gratiâ omittimus, in Epistolis prefixis operibus ejusdem Sangrini.

Cæterum de eo agunt Plac. Romanus in supplem. cap. xi. pag. 120., ubi illum vocat J. U. doctiss. dicitque eum scripsisse quamplurimos libros de Jur e Canon. Jo: Bap. Marus in Annot. ad ipsum Plac. ubi testimonia eorumdem DD. qui modo à nobis allegati sunt, refert, & approbat. Arnol. Wion Lig. Vit. l. 2. cap. 63. pag. 406. Ant. Possev. Appar. Sac. par. 1. pag. 208. edit. Colon. 1608. Gabr. Buc. in Bened. Rediv. Julius Ambrosius Lucenti in Ital. Sac. restr. aucta &c. pag. 986., ubi flammam pietatis ejus in eo opere coruscare dicit, quod de Criminibus in Deum, & Proximum dictavit. Nicolaus Toppius in Bib. Neap. ubi eum appellat *Doctorem insignem*, licet non omnia ejus opera recenseat. Laudatus est etiam Endecasyllabo ab Ang. Sangrino ejus conterraneo, ut supradictum est in eodem Angelo.

Constant. Cajet. lib. de Religiosâ S. Ignatii per Patres Benedictinos institutione lib. 1. pag. 58., & seq. ejus eximiam virtutem, & singularem prudentiam multis commendat.

BENEDICTUS CASTELLI nobili, & valdè antiquâ stirpe Brixiæ prodiit; Monasticis autem legibus se se subdidit anno 1595. die. 4. Septembris ibidem in Monasterio SS. Faustini, & Jovitæ. Hic peracutum quod à natura obtinuit ingenium, sub celeberrimi Galilæi disciplinâ feliciter excoluit, eo sanè profectu, ut inter

ter primarios ejus seculi Mathematicos sit numeratus, & Mathematicam ipsam scientiam novis, præclarisque inventis illustraverit, præsertim decurrentium aquarum mensuras primus omnium depræhendens, ac Geometricè demonstrans, quam sanè Ingenii perspicaciam, ac solertiam, secretioris Philosophiæ dogmata, aliarumque facultatum præsidia mirè adjuvabant. Itaque in Pisana Universitate Ferdinando II. Magno Hetruriæ Duce exposcente (cujus ipse Castellus Præceptor olim fuerat) tresdecim prorsus annos Mathesim publicè docuit; deinde in Romana, quæ *Sapientia* vocatur, jussu Urbani VIII. Pont. Max. sexdecim integros annos, ab anno scilicet 1628., usque ad annum 1644., quo ibidem obiit, eamdem disciplinam explicavit. Licet enim Hieron. Ghilinus in Theat. Viror. Literat. dicat, Benedictum duodecim annis Mathematicam facultatem Romæ publicè docuisse, hoc tamen intelligendum est usque ad illud ipsum tempus, quo Ghilinus scripsit. Scribebat vero Benedicto vivente, qui postea alios quatuor annos supervixit. Sed & Florentiæ annos quinque potiori parti nobilium Adolescentium, ipsique Principi Laurentio de Medicis, Mathematices præcepta antea tradiderat. Romæ verò Taddæum Principem Barberinum scientiã eãdem instituit, prosperam ubique insuetæ virtutis opinionem ab omnibus obtinens. Non solum autem Theorica, sed etiam ipso actu & praxi ostendit, quantum hac facultate præstaret. Cum enim Trasimeni * lacus emissarium à Braccio Fortebraccio olim constructum, ævi diuturnitate, ingenti Perusini agri perniciè, tunc dejectum esset, feliciter Benedictus illud reparavit, in antiqua litora coercito lacu; quod etiam Baccanensi lacui præstitit. Ejus proinde lucubrationes avidè ab omnibus expetebantur, utpotè quæ fœcundissimi ejus ingenii aliquid semper novi proferrent; Ex ejus etiam Scholâ plures Viri percelebres, reconditæque doctrinæ in rebus mathematicis prodiere, quos inter prçceteris laudantur Evangelista Torricelli, & Bonav. Cavallieri ex Ordine nunc extincto Jesuatorum, publicus postea in Bononien. Universitate Mathematicus. Cæterum Castellus facili, ac simplici stylo scripsit, de verborum venustate, & elegantia haud omnino sollicitus. Insignem prætera librum Apologeticum edidit pro Galilæi quibusdam assertis, à nonnullis impugnationibus vindicandis, gratus, dignusque tanto Magistro discipulus. At præ his omnibus pietate, ac Religione in Deum, & in rebus gerendis prudentiâ excelluit; quas profectò animi virtutes variis Congregat. nostræ muniis egregiè administratis (nam fuit etiam Abbas S. Mariæ Pratalææ in Ditione Veneta, S. Benedicti Fulginei, & SS. Benedicti, & Aloysii Panormi) satis ostendit. Vivere desiit Romæ in ædibus S. Calixti anno, quo antè diximus 1644. Opera autem ejus, quæ quidem scire potuimus, hæc sunt.

* Lago di Perugia.

1 *Della misura dell' acque correnti*. Romæ apud Impress. Camerales anno 1628. ad Urbanum VIII. in 4. & iterum Romæ per Franciscum Cavalli 1639., & Bononiæ 1660., & nuperrimè Florentiæ in opere, cui titulus *Raccolta d' Autori, che trattano del moto dell' Aque* anno 1723. in 4. per Tartinum, & Francos Impress. R. Celsit. tom. 1. à pag. 111. usque ad pag. 137.

2 *Dimostrazioni Geometriche della misura dell' aque correnti*, Romæ apud eosdem Impress. Camer. anno eodem 1628., & etiam ibidem apud eumdem Cavalli eodem anno, & nunc pariter Florentiæ in laudato opere tom. 1. pag. 139. usque ad pag. 160.

Certò autem certius est, Benedictum Castelli primum Inventoram fuisse mensuræ decurrentium aquarum, sicut reverà ab omnibus hujusce rei primus Inventor agnoscitur, & probatur, quidquid in opposi um dicat Cl. Raphael Fabrettus in opere de *Aquis, & Aquæductibus Veteris Romæ* dissert. 2. pag. 127., ubi numero margin. 232. eum reprehendere audet, tamquam Frontini insimulatorem,

ac si

ac si is ignoverit mensuram aquarum currentium ex velocitate ipsius aquæ; Non solùm enim Castellus in Epistola nuncupatoria ad Urbanum VIII. præfixa *Demonstrationibus Geometricis &c.* conceptis verbis id de se ipso asseverat dicens „ Presento alla Santità Vostra queste mie considerazioni, intorno alla misura dell' acque correnti; nelle quali se mi sarà succeduto in materia tanto difficile, e INTATTA dalli Scrittori antichi, e moderni, l' aver ritrovato qualche cosa di vero, sarà stato effetto del commandamento di Vostra Beatitudine &c. „ Sed Hieron. quoque Ghilinus loco supra allegato, laudandum Castellum esse autumat, ob monitum, & documentum, quod Architectis præbuit, de cursu aquarum fluvialium, earumque mensura à *nemine ex antiquis*, sed nec ex recentioribus deprehensa, quamvis summopere id necessarium foret. Petrus insuper Dezza, qui viginti sex annis post Castelli obitum, ejus quædam opusculula jussu Cardinalis Leopoldi Medicei Bononiæ impressit, in præfatione ad Lectorem, id ipsum testatur „ Essendo notissimo à tutta Europa, che la felice memoria di Papa Urbano VIII. il di cui giudizio intorno alle persone virtuose era veramente esquisito, non si tosto vidde i pochi fogli, in cui questo maraviglioso Ingegno spiegò con tanta chiarezza, la *non mai fin' ora osservata misura* dell' acque correnti, che ne formò il concetto, che meritava l' Autore, e con giusto premio lo dichiarò Matematico Pontificio „ Et in superius laudato opere *Raccolta d' Autori, che trattano del moto dell' acque &c.* Præfat. pag. 8. „ Che però noi dobbiamo ringraziare la divina clemenza, la quale nel passato secolo, nel tempo, che ne cresceva il bisogno, illuminò, colla face della Geometria, e dietro la scorta di Archimede, e del Galileo, il P. Abbate D. Benedetto Castelli ad esaminare la natura dell' Acque correnti, e scoprirne tante, e tante utili proprietà, e verità in prima *tutte, e à tutti ignote*, e tanto necessarie, e giovevoli all' arte umana per regolare, e dirigere, e ben governare il moto, e corso dell' acqua, per giovamento della navigazione, della coltura, e della salubrità dell' aria, e delle Campagne. Idem asserit Benedictus Bacchinus in sua ephemem. Literator. an. 1690. pag. 129., & seq. idque etiam ex confessione, & consensu celebriorum Mathesis Professorum, interque eos Dominici Guglielmini in libro, quem eodem anno 1690. Bononiæ edidit, *de Aquarum Fluentium mensura*.

3 *Discorso sopra la Cometa*, *e*

4 *Risposta all' opposizioni del Signor Ludovico delle Colombe, e del Signor Vincenzo di Grazia, contro il trattato del Sig. Galileo Galilei delle cose, che stanno sù l' acque, o in quello si muovono; nella quale si contengono molte considerazioni Filosofiche, rimote dalle vulgari opinioni. In Firenze presso Cosimo Giunti 1615.*, & iterum nuper ibidem inter opera ejusdem Galilæi in tres tomos divisa in Typographia Reg. Cels. per Jo. Cajetanum Tartini, & Sanctem Franchi in 4. tom. 1. pag. 383. & seq. ubi primum leguntur. *Considerazioni intorno al discorso Apologetico di Ludovico delle Colombe*, ac deinde, *Considerazioni appartenenti al libro del Sig. Vincenzo di Grazia*. Tomo autem tertio pag. 62. legitur ejusdem Castelli.

5 *Lettera d' Andrea Arrighetti in proposito della stima di un Cavallo*, una cum aliis epistolis Galilæi, & Nizolini in idem argumentum. Quo eodem tertio tomo pag. 309. leguntur ejusdem Castelli.

6 *Osservazioni intorno la bilancetta di Galileo Galilei.*

7 *Alcuni Opuscoli Filosofici del P. Abbate D. Benedetto Castelli non più stampati, cioè 1. Lettera à Monsignor Gio: Ciampoli con un discorso sopra la vista, & un altra lettera al medesimo. 2. Discorso del modo di conservare i Grani; 3. Due Lettere al Signor Galileo Galilei sopra il differente riscaldamento, che riceve da raggi del Sole la metà della faccia di un mattone tinta di nero, dall' altra metà del medemo mattone tinta*

tinta di bianco, ove anco si discorre del Caldo, del Lume, del Bianco, del Nero, e d'altri effetti naturali, la soluzione de' quali, per mezzo de' sopradetti problemi, ci si fà nota &c. In Bologna per gli Heredi del Dezza l'anno 1669., opera Cardinalis Leopoldi de Medicis; Liber utique rarissimus, quem olim mihi ostendit, & legendum tradidit, doctissimus Ant. Magliabechius. At Venetiis in Bibliotheca S. Georgii Majoris extant sequentia Mss. à me ibidem visa anno 1718.

8 *Considerazioni intorno alla Laguna di Venezia di D. Benedetto Castelli Abbate di Foligno Matematico di N. S. Urbano VIII. e Professore publico nello Studio di Roma*. Est libellus Ms. paginarum 5. in folio colligatus ad calcem operis *della misura dell' aque correnti* impres. Romæ in 4. anno 1639. per Franciscum Cavalli.

9 Annectitur *alius tractatus* pariter Ms. ejusdem Castelli, cum titulo *della misura dell' Aque correnti*, qui tractatus est omnino diversus ab alio ejusdem argumenti impresso libro, sed agit aliis de rebus peculiaribus magis reconditis, & maximi momenti, ad eamdem causam pertinentibus, scriptus occasione, qua anno 1641. opinionem suam Venetæ Reipublicæ proposuit circa Statum ejusdem Venetæ Lacunæ, quæ olim *Palus Gallica* Vitruvio erat; estque paginarum 12. Ms. in 4. consutus ibidem, & sic terminatur,, Considerazione intorno alla Laguna di Venezia di D. Benedetto Castelli, Abbate di S. Benedetto, & Aloysio (Panormi) Matematico di N. S. Urbano VIII. e Professore nello studio di Roma. Denique adnectitur, & consuitur alius tractatus Ms. cum hoc titulo.

10 *Alcune postille alla Scrittura intitolata all' Illustriss. & Eccellentiss. Signori All' Aque, che comincia; Il P. Abbate Castelli &c.* estque Apologia pro eodem Abbate Castelli contra quemdam Authorem, qui injuriosè, & ineptè, & inscienter scripserat contra ejusdem Castelli considerationes circa Venetam Lacunam, ut supra, estque pag. 7. in 12.

In supralaudata verò Collectione Auctorum, *De motu Aquarum currentium* Florentiæ impressâ anno 1723. plura Castelli opuscula leguntur, atque inter ea quædam etiam, quæ in Bibliot. S. Georgii M. Venet. existere Mss. paulò antè diximus, videlicet.

1 *Considerazioni intorno la Laguna di Venezia* tom. 1. pag. 161. 2. *Modo di esaminare le torbide, che entrano, e rimangono nella Laguna di Venezia all' Eccelentiss. Signor Gio: Battista Basadonna* ibidem pag. 170. 3. *Discorso sopra la Laguna di Venezia* ad eundem pag. 172. 4. *Lettera all' Illustriss. & Eccelentiss. Signor N. N.* 5. *Lettera al P. Bonaventura Cavallieri*. 6. *Lettera all' Illustriss. & Eccelentiss. Signor Basadonna*. 7. *Altra Lettera* ad eumdem; quæ omnes Epistolę in idem Venetæ Lacunæ argomentum sunt. Item. 8. *Lettera responsiva al P. Francesco di S. Giuseppe sopra la dimanda del suo parere fattagli d'ordine del Ser. Prencipe Leopoldo de Medici intorno alla sboccatura di Fiumemorto se si debba mettere in mare, overo in Serchio*. 9. *Risposta ad una scritta del Bartoletti, delle difficoltà notate. &c.* 10. *Considerazione sopra la bonificazione delle Paludi Pontine*. 11. *Considerazione sopra la Bonificazione del Bolognese, Ferrarese, e Romagnola*. 12. *Lettera à Monsignor D. Ferrante Cesarini sopra il suo Trattato della misura dell' Acque correnti*. Postremò ipse Galilæus, qui in suis Epistolis impressis plurimum laudat Castellum, eidem adscribit Inventionem videndi in papyro maculas solis, tubo optico, ad illum inverso.

Sed & alii celebres Scriptores in suis operibus honorificam Benedicti mentionem faciunt, inter quos Leo Allat. in Ap. Urb. pag. 62. Jac. Philip. Thomass. Episc. Æmoniensis in Parnasso Euganeo pag. 18. Augustin: Martinelli in lib. inscripto: *Continuazione dello Stato del Ponte felice pag.* 65. Hieron. Ghil. in Theat. Vir. Liter. vol. 2. pag. 42. ubi de eo satis diffusè agit, vocatque illum inter Nobiliores

liores Mathematicos ejus seculi celeberrimum, in quem omnes insigniores prærogativæ, quæ virum egregium, & Venerabilem efficiunt, pleniſſimè convenère. Ipse Raphael Fabret. dissert. 3. pag. 177. ubi ejus dictum de impedimentis velocitatis aquæ ex *Moletrinis* provenientibus approbat. Leon. Coz. in Bibl. Brix. pag. 53. 2. edit. ann. 1694. ubi eum appellat, magnâ præditum virtute, doctiss., & ex præcipuis ejus ævi Mathematices Professoribus. Georg. Matthias Conig. Bibliot. Vet. & Nov. pag. 174. col. 2. ubi vocat eum *celebrem Mathematicum*, citatque Ghil. loco supra relato, & Chimentell. pag. 207. Petrus Bapt. Burgil. 2. de Dominio Reip. Genuen. cap. 19. pag. 199. ubi negans Triremes, onerariis navibus ad navigandum ulla in re inferiores esse, quamvis istæ ob alvei amplitudinem commodius, atque facilius aquarum superficiei innatare videantur, sic ait „ Hoc
„ enim falsum esse convincitur ex iis, quæ Galilæus Galilæi nostrorum temporum
„ Archimedes, & Bened. Abbas Castellus (*Considerazioni sopra il discorso del Colom-*
„ *bo*) *idest del Signor Ludovico delle Colombe*) *contro il Galileo &c.* Monachus Casin.
„ SS. D. N. Urbani VIII. Mathematicus, Vir omni virtutum genera ornatissimus,
„ demonstrarunt, ubi figuram non esse in causam, cur moles facilius aquis supernatet,
„ tet, docuerunt „. Philip. Maria Bonini in libro, *il Tevere Incatenato*, sæpè de Castello mentionem facit pag. 25. 26. 30. 31. 39. & quamvis quædam reprehendat (ut unusquisque in sensu suo abundat) plurima tamen approbat, & laudat; Dominicus Guglielmini in opere, *Della natura de' Fiumi*, sæpè Castellum in medium adducit, licet aliquando ipse quoque ejus quasdam assertiones minimè probet. Carol. Carthari in *Serie Professorum Athenæi Romani*, qui egregius sane liber Manu exaratus in folio extabat Romæ apud olim Amicum meum humaniss. Equit. Prosperum Mandosium, nunc verò apud ejus filium Julium Mandosium paternæ doctrinæ, ac humanitatis hæredem pag. 281., multis de eo agit, vocatque Mathematicorum studiorum optimè peritum, satisque diligenter plures Authores de eo cum laude agentes ipsis eorum verbis allegat. Laudatus Petrus Dezza in Epistolâ nuncupatoriâ ad Cardinalem Leopoldum Mediceum Castelli opusculis à se impressis præfixâ, disertè asserit, eumdem Cardinalem ex Mss. Virorum eruditiss., undique collectis ea celebris Castelli opuscula à se quidem magno in pretio habita, communis profectus gratia libenter subministrasse, ut publicâ luce donarentur. In Epistola verò ad Lectorem subdit; Opus minimè esse demonstrare, quanti à Literatis omnibus opera doctiss. Castelli fiant, cum notissimum sit, ejus opuscula avidissimè ab Eruditis expetita, maximo plausu excepta, & pluries nimis studiosè fuisse transcripta, quò fit, ut eorumdem impressio ex correctiss. Exemplari laudati Cardinalis, expunctis, correctisque paucis Italicæ linguæ mendis, perquam grata omnibus, & accepta esse debeat.

Ephem. Literat. Italiæ, Venet. anno 1718. tom. 30. art. 5. pag. 112. & seq. ubi de Evangelista Torricelli celebri Mathematico, & Philosopho agentes, rem scitu dignissimam de Bened. Castelli referunt, nempe. „ Bramoso di maggiori avan-
„ zamenti (il Torricelli) in età di 20. anni in circa, passò a Roma, e divenne Udi-
„ tore del famoso P. D. *Benedetto Castelli* Abbate Casin., e discepolo dell' Insigne
„ *Galileo*, chiamatovi da Urbano VIII. in quello studio alla lettura delle Mattema-
„ tiche. Indicibili sono i progressi fatti dal Torricelli sotto un tanto Maestro; Sic-
„ chè usciti allora i Dialoghi del *Galileo*, sù principii di quel gran Ingegno, e com-
„ pose un *Trattato del moto*, il quale veduto dal P. Castelli, sì gli piacque, che do-
„ vendo condursi l' anno 1641. al Capitolo Generale della sua Religione da cele-
„ brarsi quell' anno stesso in Venezia, volle nel suo passaggio per Firenze farlo sen-
„ tire all' istesso *Galileo*, à cui recollo accompagnato da una lettera del Torricelli,
„ e fù udito da quel buon Vecchio in guisa, che ne concepì della stima, e dell' amo-

re ver-

B

„ re verso chi lo compose, e allora fù, che propose il *P. Castelli al Galileo* di fargli
„ andare il Torricelli per compagno, e sostenitore de' suoi studj, acciò che stando
„ in sua Casa, e di continuo con esso lui conversando, raccogliesse gli avanzi di
„ quelle sublimi speculazioni, che egli teneva, e che gli anni, la cecità, e le ma-
„ lattie gli toglievano di poter consegnare alle Carte. Accettò &c. „ Item to. 31.
anno 1719. art. 8. pag. 260. lin. 25. In prova di che (*aquas scilicet, ac Montes in*
„ *Lunæ Orbe reperiri*) l' Autore (*Joannes Laurentius Stecchius*) ne reca frà le altre
„ l'esperienza del dottiss. P. Castelli, cioè un mattone tinto una parte di gesso, un
„ altra d' inchiostro, ed esposto al Sole più cocente, nel quale la parte nera, per-
„ chè imprigiona dentro se stessa molta luce, diviene molto calda, e la parte bian-
„ ca perchè riflette quasi tutta la luce ai nostri occhi, appena tepida si rende &c:, &
tom. 33. art. 12. pag. 374. ubi Jo: Rizzettus in Dissert. de quibusdam novis dioptri-
cis cognitionibus, sententiam hanc Castelli refert „ ne sarebbe secondo il parere
„ del celebre Ab. Castelli mal' impiegata tutta la vita d' un filosofo nel mettere in
„ chiaro il più semplice fenomeno della natura „ Plac. Puc. in appar. histor. de Il-
lustr. Abb. Floren. Viris cap. 10. pag. 81. Bernardus Pez Epistola X. apolog. pro
Ord. nostro pag. 250. Florentiæ in celeberrimo Magni Ducis Museo visitur depi-
cta effigies Benedicti Castelli inter præcipuorum Mathematicorum imagines pro-
pè Galileum. Laudatus Urbanus VIII. Castelli virtutem beneficiis, ac muneri-
bus cumulare pergens ann. 1625. Pontif. sui 3. Episcopum Bellunensem annuâ
impositâ pensione, 150. scuta Rom. monetæ ei persolvere iussit; & anno 1627. alia
item scuta 100. pensionis nomine singulis annis Archipresbytero S. Mariæ, alias
S. Georgii de Trenzano diœc. Brixien. Bened. Castello tribuenda imperavit; Extant
duo Pontificia diplomata ad eundem Castellum in Tabulario Cœnobij nostri S.
Faustini Brixiæ in capsulâ C. inscripta *Abbatum*, *& Monachorum*.

BENEDICTUS GUIDI Venetias patriam agnoscit, ubi in Monasterio S.
Georgii Majoris Sæculo vale dixit anno 1551. die 21. Martii. Hic literarum stu-
dia non solum ipse diligenter excoluit, variis tam historicis, quam poeticis lucu-
brationibus editis, verum etiam impensè in aliis semper promovit, eos incitan-
do, ac pro viribus adjuvando, valido in id usus auxilio Andreæ Pampusi nostræ
Congregationis eo tempore Præsidis. Prima illi cura fuit egregia Isidori Clarii,
ex Parmensi Monacho, Episcopi Fulginatis, opera publicâ luce donare, nuncu-
patoriis Epistolis, Præfationibus, & Annotationibus a se ordinata; postremò,
ut laudata virtus magis augeretur, doctiores nostræ sodalitatis Poetas elogiis extu-
lit, aliaque opera, præsertim historica, evulgavit. His meritorum opibus di-
ves, Abbas eligitur, multisque Monasteriorum Præfecturis laudabiliter gestis.
Venetiis demum S. Nicolai de Litore Cœnobium dum moderaretur, ad vi tu-
tum præmia percipienda decessit anno 1590. apud S. Georgium Majorem tumu-
latus. Ejus opera hæc sunt.

1 *De Laudibus Mulierum*, Italicè; liber impressus Venetiis in 4. suppresso tamen
nomine Authoris.

2 *De quatuor Irruptionibus Turcarum* in Provinciam Forojuliensem, Latinè, &
Italicè; Cujus operis quædam exemplaria Mss. licet nondum absoluta testatur
Arn. Wion à se lecta esse; apud quem tamen, & ex eodem apud Possev. per erro-
rem pro *Quatuor* legitur, *De quatuordecim Turcarum Irruptionibus*.

3 *Elogii de' Poeti della Congregazione Casinense*.

4 *Epistolæ multæ*, *Præfationes*, *& Annotationes* operibus Isidori Clarii, itemque
antiquis nostris Missalibus præfixæ.

5 *Orationes* nonnullæ latinæ, apud Lyrinenses, & alibi habitæ.

6 *Histriæ descriptio*, & Bellum adversus Tergestinos à Venetis gestum.

7 *Bellum Venetum cum Turcis* ab anno 1569. ad finem usque Victoriæ Navalis.
8 *Vita Marci Danduli* Procuratoris, Doctoris, & Equitis, quam Ms. se vidisse dicit Arnol; Item Italicè
9 *Rime diverse*, quæ apud varios Authores leguntur.
10 *Ad Justinianum Præfectum*, Classisque Legatos Concio egregia, quæ incipit, *Magno meo dolore*, quam circumferri in plurimorum manibus sub nomine Alberti Corbatini Author est Wion.
11 *Epigrammatum* diverso carminum genere l. 1. Ms visus ab eodem Arnol. qui de Guidio agit Lign. Vit l. 2. cap. 63. pag. 407. & etiam tomo 2. in adjunctis pag. 884. ex quo Ant. Poss. App. sac. tom. 1. pag. 206. edit. Colon. anni 1608.

De eo etiam Franc. Sansov. *Venetia* lib. 13. pag. 284. „ Compose essendo ancora molto Giovane, molti versi, che si leggono nelle Poesie di diversi, descrisse l' Istria, e le guerre de' Veneti con i Triestini, & i quattro passaggi, e scorrerie de' Turchi nel Friuli, & i progressi dell' Armata del 1569. fino al dì della Vittoria „ Augustin. Superbi *Trionfo glorioso d' Heroi Veneti Ill. in lettere*; Venetiis 1629. apud Evangel. Deuchin. pag. 25. „ Benedetto Guidi di S. Giorgio Maggiore, il quale riuscì litterato, & ebbe cognizione di molte scienze. Fu Historico molto degno, e Poeta volgare; Scrisse assai in latino, & in volgare, & queste sono l' opere sue già publicate &c. „ ut supra. Sed quod ad Irruptiones Turcarum in Forum Julium pertinet, ipse quoque quatuordecim appellat, *quattordici passaggi, o correrie*, pro quatuor. Jo. Marius Crescimb. Com. in suam de Vulgari Poesi historiam vol. 4. pag. 85. n. 20. „ Le sue Rime vanno per le raccolte, e particolarmente in quella dell' Atanagi &c. „ Venetiis in Philosophico Gymnasio Cœnobii S. Georgii M. vidi anno 1718. ejus imaginem cum hac Epigraphe, *D. Benedictus Guidius hujus Cœnobii Monachus, scientiâ, & scriptis illustris, obiit Abbas S. Nicolai de Litore* 1590. *die* 1. *Augusti*. Ad eum leguntur aliquot Epistolæ Torquati Tassi, & Angeli Grylli in libris Epistolarum eorumdem.

BENEDICTUS natione Appulus, Familiâ *Laudati* ab Oppido Altamura, Neapoli in S. Severino Monastico jugo libens colla subdidit anno 1678. die 10. Februarii. Floruit temporibus nostris tam scholasticis disciplinis, quam Juris Ecclesiastici, linguarumque Græcæ, & Hebraicæ haud mediocri peritiâ. Philosophiam, ac Theologiam in eodem Monasterio plures annos explicavit reconditæ doctrinæ famâ, qua permota Neapolitana ipsa Civitas, publicum rationalis Philosophiæ Professorem illum elegit; Romæ postea in D. Anselmi Collegio, quod in ædibus S. Calixti jamdudum erectum fuerat, Sacros Canones ferè per triennium est interpretatus, ubi & sapientiam ejus toti Urbi spectatam, & suavissimas religiosiss. animi dotes contemplari mihi licuit. Fuerat olim Prior S. Severini, zelumque regularis observantiæ satis ostenderat; At postea anno 1710. creatus Abbas ejusdem Monasterii, decorem Domus Dei, ac Monastici Instituti vigorem, singulari prudentiâ, verbo, & exemplo magis, magisquepromovit, eoque expleto regimine, ad moderandum S. Laurentii de Aversâ Cœnobium transivit; quo tempore ob quædam magni momenti negotia, Viennam Austriæ perrexit, ubi invictiss. Imp. Caroli VI., ejusque Augustiss. Conjugis Elisabethæ Cæsaream gratiam, ac munificentiam expertus est; Indeque anno 1723. ad regendum idem Aversanum Cœnobium redivit, elapsoque constituto tempore, jam senex afflictâque valetudine, parvi Cœnobii S. Benedicti Plagæ, vulgò *Chiaja* in Urbe Neapoli curam suscepit anno eodem 1723., quam tamen haud diu sustinuit, nam in sequenti anno 1724. vehementi apoplexiâ correptus, brevi temporis spatio vitam relinquere omnium mœrore coactus fuit, die 18. Octobris ætatis suæ ann. 69. Plura scripsit, sed publicam lucem hæc tantum aspexerunt;

1 *Ad*

1 *Ad primum librum Decretalium* Gregorii Papæ IX. *Prolepsis*, Neapoli apud de Bonis anno 1698. *Liber secundus* ibidem anno 1699. *Tertius* ibidem anno 1701. *Quartus* ibidem anno 1703. apud Felicem Moscam; omnes absque nomine Authoris. *Quintus* Romæ, Typis Dominici Antonii Herculis anno 1710., apposito proprio nomine. Isti tamen quinque Libri fuerunt veluti specimen majorum Comment. quos in eosdem Decret. libros composuit, aliquando, si per sumptus licuisset, imprimendos, quos tamen Mss. reliquit; scripsit etiam Latinè, & recitavit publicè Neapoli

6 *Orationem funebrem* in laudem Nobilium Neapolit. Caroli Sangrii, & Josephi Capycii, quibus solemne funus jussu Caroli III. Regis Austriaci, nunc VI. Rom. Imp. Neapoli celebratum est, impress. in libro, cui titulus, *Publicum Caroli Sangrii, & Josephi Capycii &c. Funus &c.* Neap. per Felic. Moscam an. 1704. in fol.

Cum vero Neapoli Sacr. Canonum publicam Cathedram, quæ tunc vacabat, *Laudatus* peteret, invidi quidam, ne illam adipisceretur, scriptum evulgarunt, quo probare nitebantur, Monachis minimè conveniens esse, ut publicè scientias, minusque Sac. Canones docerent; coactus proinde illud refellere, nobili, ac erudito libello id statim præstitit, ostendens tùm ratione, cùm Majorum exemplis, optimè ad Monachos pertinere, scientias quaslibet, sacras præsertim, etiam publicè tradere, cum id ipsum maximo Orbis commodo, celeberr. Monachor., ex quibus plerique præcipuas Europæ Academias instituerunt, summâ cum laude peregerint; Titulus libello hic fuit,

7 *Pro Monasticis Viris* ad J. Can. Catedram aditum sibi jure parantibus, examen responsi cujusdam Consulti adversus Monasticos Viros adpetentes Cathedras J. Can. Neapoli 1697. in 4. pagg. 40. Perrarus libellus est, cum pauca admodum exemplaria publici Juris sint facta, sed rarâ item eruditione, & exquisitâ crisi egregiè refertus. Composuit etiam

8 *Breve Chronicon regalis Neapol. Monasterii SS. Severini, & Sosii Ord. S. Bened.* Congreg. Casin., & præteriti sæculi XVII. Virorum Illust., qui in ipso floruerunt; ad Josephum S.R.E. Cardinalem de Aguirre Ord. S. Bened. scriptum an. 1696. in fol., Ms. apud Authorem, qui illud Neapoli Romam afferendum curavit an. 1709., ut à me legeretur, ex quo plura pro hac Bibliothecâ desumpsi, suis locis opportunè inserenda, semper cum proprii Authoris commendatione;

De eo Bened. Bacch. in Vita sua à semet ipso scriptâ, impressâ post ejus obitum, Venetiis anno 1723. in 34. tomo Ephem. Lit. Italiæ pag. 313. n. 19. his verbis „ „ Usus est etiam ibi doctâ, sinceráque consuetudine docti, amicissimique D. Bene- „ dicti Laudati, in Neapolitana Sapientia publici Philosophiæ Professoris.

BENEDICTUS LUCCHINUS patria Mantuanus, in Cœnobio S. Benedicti de Padolyrone propè Urbem Mantuam Monasticis Institutis se mancipavit anno 1539., die 11. Junii. Ejus præcipuum studium in historiis præsertim Ecclesiasticis fuit, ac ingenti labore, inter alia, Chronicon scripsit de Familia, & Gestis celeberr. Comitissæ Mathildis, a Thebaldo Principe opus deducens, qui magnum illud Asceterium primus condiderat, in quo Corpus ejusdem Mathildis diù quievit, usque ad Urbani VIII. Pont. Max. tempora, qui in Vaticanum Templum illud transferendum, ac in splendidiss. Sarcophago recondendum curavit. De hujus gloriosæ Heroidis originariâ stirpe multi postea scripserunt, inter quos Bened. Bacchinus noster (ut supra in eodem dictum est) aliique, quorum satis prolixum Catalogum texit Felix Contelorius in Genealogiâ ejusdem Mathildis impressâ Interamnæ apud Arnazzinum anno 1657., & nuper Marchio à Puteo, qui in pluribus à Lucchino dissentit. Is postea creatus Abbas plura Cœnobia gubernavit, demumque Monasterii Mantuani, ubi Professus fuerat, dum regimen sustineret,

provectâ valde ætate mortalitatem deposuit an. 1599. his relictis lucubrationibus

1 *Chronica della vera origine dell' Illma, e famosiss. Contessa Matilda, e de' suoi Antecessori, e Discendenti fin da Tebaldo primo Fondatore del famoso Monastero di S. Benedetto Mantuano, insieme coi privilegi à quello conceduti da molti Sommi Pontefici, & Imperatori, colle donazioni fatte da diversi Signori, e le sue SSme Reliquie, Gioje, & Ornamenti, con Luochi, Ville, e Possessioni sottoposte ad esso Monastero, in cui si comprendono ancora le cose notabili, e degne di memoria succedute di tempo in tempo fin ad hora.* Mantuæ apud Franciscum Osannam Impressorem Ducalem 1592. l. 2. in 4.

2 *De Sacrorum à Monachis Institutione Dialogi Italicè*, quos ineditos apud se servabat, teste Arnoldo.

3 *Multa* item *Musica* composuit valdè pulchra, & venusta.

4 Contra Dominicum Mellinum Scriptorem Vitæ laudatæ Mathildis, qui tamen *Epistolam* Apologeticam pro se edidit in eadem vitâ denuò impressâ Florentiæ 1594. apud Georgium Marescottum,

De ipso agit Arn. Wion in additamentis partis 2. lib. 5. pag. 518. primâ autem parte pag. 136. libri secundi citat opinionem quamdam historicam ejusdem Lucchini in hæc verba „ Opinio autem R. P. D. Bened. Lucchini Mantuani Ab. S. „ Mariæ Gratiarum apud Placentiam, in colloquio suo Ms. rerum Ecclesiastica- „ rum cap. 22. est, hunc (S. Stephanum Papam III.) Monachum fuisse Casin., cui, „ & libentiùs, quam præcedentibus subscribo, fulcitur enim, & roboratur aucto- „ ritate Anastasii Bibliothecarii, qui &c. „ Hoc autem Colloquium Lucchini, unum puto ex supradictis Dialogis, de Sacrorum à Monachis Institutione; & rursus par. 2. pag. 103. „ Sunt apud me, & duo alii Hymni Mss. totam vitam ejusdem S. Be- „ nedicti continentes, quos mihi communicavit R. P. D. Bened. Lucchin. Mantua- „ nus, nunc Abbas S. Mariæ Gratiar. apud Placentiam, tunc vero Prior S. Bene- „ dicti de Mantua „ Petr. Ricord. in hist. Monast. Diario 4. pag. 467. ubi eum Musicum, & in eâ scientiâ Compositorem excellentem nuncupat; & Ant. Posse. in Appar. Sacr. par. 1. pag. 209. edit. Colonien. ann. 1608.

BENEDICTUS à S. Germano, Monasterii Casinensis Alumnus evasit anno 1545., die 11. Januarii. Præter naturalem Philosophiam, sacramque Theologiam, trium quoque linguarum intimam notitiam obtinuit, quarum præsidio divinas literas facilius intellexit, ac eruditius enucleavit; sanè Plac. Rom. teste, inter Congregat. nostræ, eo quidem tempore, doctrinâ præstantiores Monachos meritò recensebatur. Floruit anno 1570. Fuit etiam in nostra Congreg. Abbas Senarum, & Castrovillarum, ejus opera hæc numerantur

1 *Expositiones super Psalmos.* 2. *In Psalterium Hebraicum*, & 3. *in Epist. D. Pauli ad Rom. Comment.* Ita Plac. At Arn., & Bucel. habent generatim in Epistolas D. Pauli Comment. 4. *Tractatus de Usuris*; Hæc sacra, alia Philosophica.

5 *Super Libros Perihermenias., Priorum, & Posteriorum.* 6. *de Anima.* 7. *Prædicamentorum Aristotelis Comm., & disputationes.*

8 *Tractatus de imitatione Ciceronis*, liber impressus teste eodem Plac., & Arn., qui tamen nec locum, nec annum impressionis produnt.

9 *Proverbia Animalium*, opus ab eisdem pulcherrimum vocatum.

10 *Apologia* contra calumniantes ejus opera. Laudatur à superius allegato Plac. Rom. in suppl. ad Petrum Diaconum de Viris Ill. Casin. cap. 19. pag. 124. ubi vocatur Vir egregius, & magni ingenii, in Latinis Græcis, & Hebraicis literis valdè eruditus, in Philosophia autem, ac Theologia doctissimus &c. Item ab Arn. Wion. lign. Vit. l. 2. cap. 63. pag. 406.; ab Ant. Poss. Appar. sac. tom. 1. pag. 208. & subseq. juxtà edit. Colon. an. 1608. „ Monachus Casin., & postea ejusdem Con-,

„ Congreg. Abbas, Latinam, Græcam, & Hebraicam linguam callens, qui vi-
„ vebat anno 1570. „ à Gabr. Bucel. in Bened. Rediv. ad ann. 1570., à Fabiano Justiniano in Elencho Authorum, qui in sacra Biblia scripserunt, ubi recenset ejus Expositiones & Comment. in Psalmos; A Julio Ambrosio Lucenti, in Italia sacra restrict. auct. &c. pag. 987. ubi de Casin. Episcopis, & Abbatibus agitur, ibique nuncupatur Græci, Latini, & Hebraici sermonis scientiss., divinarumque Scripturarum eximius Interpres &c. In nostris reg. pag. 234. dicitur *Vir doctiss. peritus Linguæ Hebraicæ, & Græcæ, multa scripsit*.

BENEDICTUS ex majori Baleari Insula, ubi ortum habuit, Majoricensis appellatus, Romæ in Monast. D. Pauli extrà Urbem inter Monachos admissus est anno 1508. die 24. Febr. Qui ingenii subtilitate pollens, Aristotelicam Philosophiam, quæ tunc maximè vigebat, excoluit quam diligentissimè, in eamque scripsit quædam opuscula, inter quæ,

1 *Plusquam Commentum in Prædicabilia Porphyrii*, & 2. *Quæstiones Universales in Logicam*; Extabant Mss. apud Constantinum Cajetanum.

Floruit anno 1530., teste Gabr. Bucel. in Ben. Red. ad eumdem annum; De eo etiam Arn. Wion. l. 2. cap. 63. pag. 407. In Reg. pag. 47. *Optimus Philosophus multa scripsit*.

BENEDICTUS MORELLUS Ameriæ in Umbria natus, Aretii in Tuscia apud SS. Floræ, & Lucillæ insigne Monasterium D. Benedicti Institutum amplexus anno 1586., die 21. Dec. (cujus etiam Cœnobii postea Abbas fuit, diemque obiit an. 1623.) composuit Italicâ linguâ, ac octavo Rythmo haud parvum,

Poema, quo Vita S. Patris Benedicti tredecim Canticis fusè describitur, quæ in Archivo ejusdem Abbatiæ Aretinæ hodieque asservatur Ms.

BENEDICTUS SETTALA Mediolani Nobili Familiâ natus, ibidem in Monasterio S. Simpliciani Religionis Cœnobiticæ jugum libenter subivit anno 1593., die 7. Martii. Toto autem vitæ decursu veræ pietati, ac cœlestium rerum contemplationi vacavit impensissimè, quod etiam satis indicant ejus quædam opera spiritualia, quæ scripsit, à me olim visa in eadem Bibliot., quæ in Christiana disciplina, ac perfectione absolutè hominem instituunt, nempè

1 *Esercizio dell' anima contemplativa* sopra il Salterio; Opus divisum in capita 50., suntque pulchra, ac valdè utilia in Psalmos Comment.; tomus ingens in fol. Ms. compositum anno 1629. Procemium incipit. *All' Anima desiderosa di entrare per la porta della Contemplatione &c.* Ipsum opus incipit; *Chi brama entrare alla divina Contemplatione &c.* Item.

2 *De Rebus memorabilibus, quæ suâ ætate acciderunt* lib. in 4. in cujus tamen parte præcipua agit de rebus spiritualibus, deque omnibus ad Christianam vitam pertinentibus, Italicè.

In eadem Biblioth. extant duo parva volumina Mss. cum hoc titulo, Primum.

3 *Dialoghi della vita purgativa*; Aliud.

4 *Della Grandezza, e Misericordia di Dio, e della Miseria dell' Huomo*; quæ duo Opuscula licet anonyma, quia tamen ejusdem sunt characteris cum operibus Settalæ Mss. ejusdem itidem esse puto.

BENEDICTUS DE UVA Capuæ nobili, ac vetustâ familiâ prodiit, In Casinensi verò Archisterio provectâ jam ætate sæculo vale dixit anno 1563., die 10. Febr. Viræque doctus, ac piùs, ut ipsametejus opera satis superque ostendunt, & quamvis gracilis, debilisque esset corporis habitudinis, Monasticę tamen Vitæ tenore, & sobrietate validiorem illam in dies reddidit: Suavissimis ornatus moribus, ob idque M. Antonio Columnæ Siciliæ Proregi in paucis charus, ejus Confessiones excepit. Natus ad Poesim studium ad Italicas Musas, eas tamen sacras, ac pror-

ac prorsus Christianas, adhibuit, adeò quidem felicitèr, ut singularia præconia, eo scribendi genere, cujus se primum Authorem fecit, promeruerit, jureque creditus sit res hujuscemodi Epico carmine pro dignitate tractasse, eâ nempè Italici sermonis elegantiâ, ac nitore, eâ soliditate doctrinæ, iisque veræ pietatis documentis ejus libri sunt præditi, ut non minus utilit., quam oblectamen. Lect. indè percipiant. Utinam sic omnes canerent-Uvæ carmina ita inscribuntur.

1 *Le Vergini prudenti, cioè il Martirio delle Sante Agnese, Agata, Lucia, Giustina, e Catarina in ottava rima.* Florentiæ ex Typographia Bartholomęi Sermartelli, an. 1582., opera Scipionis Ammirati in 4., iterumque ibidem an. 1585., & tertio Regii Lepidi apud Flavium & Flaminium Bartholum anno 1608. in 4.

2 *Doroteo, overo Istruzione per la Gioventù, Poema in ottava Rima*; Florentiæ opera Camilli Peregrini, & Regii Lepidi apud eosdem, eisdem annis in 4.

3 *Del Pensier della Morte, Stanze 50. in ottava Rima*, Florentiæ apud Sermartellium 1582. operâ ejusdem Ammirati: Ista tria opera iterum junctim excusa sunt Venetiis anno 1599. apud Lucium Spinedam, sed valdè mendosè.

4 *Il Trionfo de Martiri in terza rima* Regii Lepidi apud eosdem.

5 *Tragœdia Jephtæ Ducis Israelitici, deque ejus moribus, & bellica virtute*; ibidem anno 1587.

6 *Rime spirituali* lib. 1. Florentiæ unâ cum ejusdem generis Carminibus duorum insignium Poetarum, cum hoc titulo, *Parte delle Rime di D. Benedetto dell' Uva, di Gio: Battista Attendolo, e di Camillo Pellegrino, con un breve discorso dell' Epica Poesia. In Firenze nella Stamparia del Sermartelli* 1584. *in* 8. Carmina autem Benedicti de Uva in hoc libro pertigunt. usque ad pag. 50.

7 *Il Trionfo delle Vergini, de' Confessori, e de' Beati.*

8 *Commentaria in Dantem Poetam.*

9 *Epistolarum l.* 1. Plura ex his extant Casini in Bibliotheca Mss.

Benedictum de Uvâ egregiis præconiis efferunt inter alios Arn. Wion lign. vit. lib. 2. cap. 63. pag. 406. Plac. Rom. in supplem. cap. 25. pag. 128. & sequen., ubi vocatur, Vir disertus, Poeta insignis, & admirabilis. Jo. Bap. Marus in Annotat. ad eumdem Placidum. Ant. Poss. in Appar. sac. par. 1. pag. 210. edit. Colon. ann. 1608. ubi eum floruisse dicit anno 1570. Gabriel Bucelin. in Bened. Rediv. Angelicus Aprosius in Bibliotheca Apros. pag. 415. & sequen. Scipio Ammiratus in Epistolâ ad Felicem Ursinam Siciliæ Proreginam Marci Antonii Columnæ Uxorem; cui librum de Martyrio quinque Virginum consecravit, plura in Benedicti singularem commendationem dicit, linguæ ejus puritatem, sententiarum majestatem, metri dulcedinem, doctrinæ copiam, & sublimitatem, miramque in carminibus pangendis claritatem, & amęnitatem singulari prudentiæ conjunctam, selectissimis encomiis deprędicans. Laudat quoque illum in alio opere cui titulus, *I Ritratti* pag. 251. & etiam opusculorum par. 2. pag. 249. & 354.

Eadem fere dicit Camillus Peregrinus, qui *Dorotheum*, seu, *de Institutione Inventutis*, *Aloysio Carafa*, Stiliani Principi obtulit, asserens, rarum hunc, ac nobilem Poetam tot, tantisque dotibus cumulatum fuisse ut, in eum D. O. M. prærogativas omnes insigni Poetæ efformando necessarias congessisse videatur. Iterumque in dialogo cui nomen, *Il Carafa*, (apud Infar. pag. 3. & 4.) *overo dell' epica Poesia* pag. 107., eundem librum (*Il Doroteo*) magni faciendum dicit, utpote pulcherrimum, omnibus poeticis ornamentis insignitum, sicut etiam alia ejus opera, sensusque profundiss. continentem, novis dicendi phrasibus illustrem, & novitate, ac sublimitate styli non ipsi Torquato Tasso inferiorem, ex quo Dialogo pag. 165. constat Benedictum eidem Torquato Tasso amicitiâ junctum fuisse. M. A. Maltempi editionis an. 1545. Urbeveteri l. 2. cap. 2.

Petr.

Petr. Ricord. hist. Monast. Dial. 4. pag. 466. à tergo, inter Illustres Scriptores ex Monastico Ordine tunc temporis viventes, Benedictum de Uva enumerat, insignique Elogio prosequitur „ Costui si può dire (e così è stimato dà chi lo co-
„ nosce) uno de rari, e singolari Poeti d' Italia. Ha scritto, e sovente scrive nella
„ nostra Toscana lingua bellissime Rime spirituali, con tanto studio, & arte, che
„ con molta ragione di lui si potrebbe dire : *Omne tulit punctum, nam miscuit utile*
„ *dulci*; perciochè adornando i suoi, & honorati concetti con leggiadrissimi colori
„ poetici, giova parimente, e diletta „ Et post operum enumerationem subdit „
„ Si ritrova hoggi Priore di S. Liberatore, Badia posta nell' Abruzzo unita à Monte
„ Casino, il quale mi stimo, che del continuo scriva, essendo egli d' anni 35., ò
„ incirca, appunto sul fiore della sua età „ Hocque anno 1575., quò Ricordatus suam edidit Romæ historiam.

Angelus Gryllus in suis Epistolis Venetiis impressis anno 1612. pag. 329. talem ad Benedictum de Uva scribit Epistolam.

„ Al Padre D. Benedetto dell' Uva Monte Casino. Non dispiaccia V. P. à se-
„ stessa, ne stimi da meno il suo Poema, per quello di Torquato Tasso, che con
„ tanto, e sì publico applauso è pure adesso uscito in luce, perche sicome de' me-
„ riti, così sono i gradi di gloria. E se io dicessi che le vostre cinque Vergini pru-
„ denti nel genere loro non sono inferiori alla Gerusalemme, non crederei di me-
„ ritar biasimo. Egli è ben vero, che avendo il Tasso tentato maggior impresa, e
„ condottola à felice fine, come V. P. la sua, ne viene a restare in maggior con-
„ siderazione. Mà che non state voi per fare a lato a tanto rivale? Gran cose spe-
„ ro; & il Dorotheo può far fede, che se aveste tentato quel genere, non avere-
„ ste in darno aspirato al primo luogo, & non vi dorreste del secondo; State sano,
„ & amatemi. Di Brescia &c.

Jo. Marius Crescim. lib. 2. Comment. in Historiam suam Vulgaris Poeseos par. 2. pag. 258. summè laudat Benedictum de Uva, tamquam veræ, ac perfectæ Poetices exemplar, adeò ut si Petrarchæ Triumphi deperderentur, Benedicti de Uva Triumphus Martyrum jacturam compensare posset, subditque, Benedictum liberalium artium, & solidiorum scientiarum penitiora attigisse arcana; antequam Monachum indueret, multa scripsisse poetica, rara felicitate, ac venustate, & ingenii vi inexplicabili; Sed opera quæ Deo jam consecratus, tùm tertio, tùm octavo rythmo composuit, adeò excellere, ut præstantioribus ejus generis carminibus adnumerari possint: æque floruisse vitæ sanctitate, ac doctrinæ præstantia, & res caducas reliquisse viridi adhuc ætate sub Gregorio XIII. Libro autem 3. eorumdem Comment. pag. 266. specimen ejus Carminum affert Italicum Epigramma, quod ibi legi potest. Ejus etiam meminit in ipsa historia Vulg. poes. l. 4. pag. 289. secundæ editionis ann. 1714.

Insuper de eo agunt Julius Ambr. Lucenti in Ital. Sacr. restr. auctâ &c. pag. 1000., ubi dicitur *Discipulus Angeli Sangrini, Poeta insignis, & ea tempestate admirabilis*. Marcus Antonius Maltempi editionis perquam raræ Urbeveteri an. 1545. l. 2. c. 2. Nicolaus Toppius in Bibliot. Neapol. pag. 44., sed nimis jejunè; dicit tamen eum celebrari a Carolo Marcello ejus Conterraneo in lib. Epigrammaton. fol. 250. At Leonardus Nicod. in additionibus ad eundem Toppium pag. 48. & sequen. pluribus eum laudat, Scipionis Ammirati, & Camilli Peregrini testimonia, ipsaque eorum verba in medium adducens. In nostris regest. pag. 234. *Poeta insignis multa scripsit*.

Benedicti de Uva de se ipso. Martyr. 2.

Tu anche a i versi miei nobil soggetto
Lucia, chiara del Ciel luce, sarai

Ogn' altro Carme, che può dar diletto
Ad oziosi è divulgato assai

A chi

A chi noto non è, da chi non letto
Amor col fuoco, e con gli strali homai?
Chi non sa l' opre de' Guerrier di Marte
Ch' empion di sogni le moderne carte?
Nuova strada miglior tentar si deve
Cui vestigio segnato ancor non haggia
Non per acquisto far d' un' aura lieve
D' honor, che 'n Lete il nome mio non caggia,
Ma per piacer' almen con alcun breve
Dono al Signor della Celeste piaggia
Ch' ei pur creonne, e per noi rese adorno
Lo Ciel di stelle, e se l' Aurora, e 'l giorno.
Io dal vago Giordan d' Arno alle sponde
La santa Lira condurró primiero,
E coronato il crin di sacra fronde
Primo dirò di quel Drappello altiero,
Che sparse il proprio sangue a guisa d' onde
Con mente lieta in testimon del vero,
E lasciando quaggiù squarciato il velo,
Per foco, e ferro si fè strada al Cielo &c.

BERNARDINUS CAMPANARI nobili familiâ Verulis ortus, in Sacro Casin. Archisterio Deo consecratus est per solemnium votorum nuncupationem anno 1619. die 14. Julii, cujus postea Monasterii nobiliores provincias sibi demandatas egregiè, ac utilitèr administravit, Vicarii scilicet Generalis totius Casinensis Diœceseos, ac celeberrimo Archivo Præfecti, ejusdem tabulis ritè collocatis, atque illustratis; erat etiam sacris, humanisque literis præsertìm J. U. scientiâ ab ineunte ætate haud mediocriter excultus, quibus auxiliis fretus Apostolicum Ministerium Concionandi præclarè admodùm obivit; sed in primis Hetruscis, Latinisque Musis impensè addictus, iisdem haud quaquam invitis plura Latina Epigrammata optimæ notæ conscripsit, quorum aliqua leguntur impressa in fronte nonullorum Operum, quæ nostri Monachi ejus tempore ediderunt, præcipuè.

Epigramma in laudem Marci Antonii Scipionis scribentis Elogia Abbatum Casinensium, incipit. *Dum memoras titulos, & Sacri jura Casini &c.*

Aliud in laudem D. Placidi Puccineli pro sua historia Ugonis Hetruriæ Principis, incipit. *Hetruscus Princeps nostris majoribus olim &c.* ut in eisdem Scip., & Puc. referemus. Item scripsit libellum, cui titulus

Relatio Status Monasterii Casæ Marii ad Emum, & Rmum D. Cardinalem Barberinum, Authore R. P. D. Bernardino à Verulis Archivista Casinensi: Extat Ms. in eodem Archivo Casinen.; Ejus memoriam literis consignavit Cornelius à Neapoli (de quo infra) in Elogiis Mss. omnium Monachorum, qui Casini suâ ætate vixerunt ab anno 1636. his prorsùs verbis. „ D. Bernardinus Campanarus „ ex Civitate Veruli nobili genere natus, Monasticum Institutum promisit die 14. „ Julii 1619. sub Magistro P. D. Zaccharia à Fractis. Vir sanè peritiâ legum insi„ gnis, Concionator eximius, Poeta nobilis. Post Decanatus honorem, Gene„ ralis Vicarii munere omni rectitudine functus est. Rarissimo hic patientiæ „ exemplo malam valetudinem diu sustinuit. Jam proximus electioni Episco„ patus, aliter Deo disponente, vitam hanc caducam cum æternâ felicitèr Ca„ sini commutavit.

BERNARDUS BISSUS natione Ligur, patria Genuensis Monasterii S. Catharinæ ibidèm Alumnus evasit anno 1668. 30. Nov. Optimum sortitus ingenium, & insignes animi dotes, tempus omne, viresque sacris studiis dicavit. Jus Canonicum, Ecclesiasticos ritus, Morelem Theologiam plures annos in laudato Cœnobio docuit, haud vulgari doctrinæ opinione, quæ deinceps multo magis invaluit, cum præclara quædam ejus opera typis impressa in publicum prodiere tali ornata programmate.

Hierurgia, sive *Rei Divinæ peractio*, Sacr. Rituum, & Ecclesiasticar. Cæremoniar. ea omnia complectens, & exactissimè tradens, quæ alibi sparsa reperiuntur, quæque ad omnes omnino Ecclesiasticas functiones pertinent. Mysteria insuper omnia ex Sanctis Patribus, aliisque probatiss. Authoribus excerpta aperiuntur

tur ad mentem Summor. Theologorum, Præcepta obligantia confirmantur, Dubia occurrentia breviter diluuntur. Universa quidem, prout præcipuè conferunt ad praxim tom. 2. in fol. Genuæ ex Typographia Josephi Bottarii 1686.

2 *Decas ad moralem scientiam*, miscellaneos tractatus continens, sive selecta pro Conscientiæ casibus in sacro pœnitentiali foro passim occurrentibus; ubi quamplurimæ novæ difficultates dilucidantur. Genuæ 1693. ex Typographia Antonii Georgii Franchelli in fol.

3 *Crisis de probabilitate* ex Academia Monachorum Casin. in Monast. S. Catharinæ Genuæ. &c. Instante pro impressione Illmo D. Abbate Octavio Lomellino. Ibidem Typis Jo: Bapt. Scionici 1694. in 12. Qui libellus inscio Authore impressus est sub nomine D. Nicolai Mariæ Monsa, unius ex Bissi discipulis, nunc Cœnobii S. Benigni in eadem Urbe Genuensi Abbatis. Hoc tamen opusculum interdictum fuit à Romanis Censoribus. Composuit etiam alios

4 *Undecim tomos in fol. de rebus moralibus*, typis quidem paratos, sed qui, ob difficultatem expensarum pro editione, remanent adhuc Mss. in predicto S. Catharinæ Monasterio, ubi ipse diem suum obiit, anno 1716. die 25. Maji, ætatis suæ 68.

Ejus *Hierurgia* laudatur a Jo. Baptista Musto J. U. D. Theologiæ moralis Professore, Canonico Pœnitentiario Ecclesiæ Metropoleos Genuensis, in Epistola ad Jo: Stephanum Pastorium, quæ libro Decadum præmittitur, ita loquente: „ Non sine divinæ providentiæ consilio ad manus meas pervenisse autumo lucubrationes istas P. D. Bernardi Bissi, ut quas Authoris modestia (aliis ex operibus eximiâ jam partâ gloriâ) tenebris languescere sinebat, solertia mea ad lucem revocaret. Neque latitare diù debuerant aureæ Decades hæ, quæ ad publicam utilitatem promovendam opportunè &c. „ Jo. Mabil: Itin. Ital. pag. 226. de Hierurgia ejusque Authore cum laude meminit, licet sub nomine: *Diction. Sacror. Rituum.* Bened. Bacc. in Ephem. Liter. an. 1691. pag. 70. „ Speriamo di aver presto alla luce un grosso tomo di dieci trattati di morale Canonica del P. D. Bern. Bisso, di cui già havessimo il Jerolessico con grande commodo, & utilità degli Studiosi di simile Professione. Non ponno certo essere se non utilissimi in riguardo della dottrina accreditata dell' Autore „ In Ephem. vero anno 1693. refertur, & laudatur ejus *Decas ad moralem scientiam*, vocaturque Sacror. Canonum, & Cæsarei Juris peritissimus. Bern. Pez Epistolâ X. Apolog. in Catal. Scriptor. Ord. nostri pag. 223. memorat Bissi Hierurgiam, ut opus absolutiss.; idemque habet Felix Egger Id. Ord. Hier. Bened. 1717. lib. 2. par. 3. diss. 8. n. 3. pag. 554. A. J. Fr.

BERNARDUS CASTILLIONIUS patriâ item Genuensis, itemque Sac. Canonum Professor, licet multo ante Bissum tempore, nempè duobus ab hinc sæculis floruerit, eodem tamen fine sibi proposito Pontif. Juris studiosos pro viribus adjuvandi, quo faciliùs, & commodiùs latissimam doctrinam possent memoriâ complecti, non parvo sanè labore, nec minori diligentiâ adornavit

Repertorium Alphabeticum, & Summarium Sententiarum uniuscujusque Capituli Canonum Decretalium, novum opus &c. Brixiæ anno 1505. apud Magistrum Aruntem. In nostris Regestis inter Alumnos S. Hieronymi Sylvariæ extra Genuam invenitur *D. Bernardus à Castiono* professus anno 1489. die 15. Augusti qui forte hujus Repertorij Auctor fuit.

BERNARDUS CLAVELLUS Arpinas S. Severini Neapolis Sodalis fieri voluit anno 1582. die 5. Decembris. Satis autem illustre argumentum historiæ scribendæ nactus est, cum Arpinum patriam suam, Volscorum olim valdè celebrem Civitatem, ruinis, ruderibusque ferè nunc obrutam, conatus est calamo suo in antiqui nominis revocare splendorem, Arpinate historia edita, vel ob id lectu

dignissima, quod in ea Caji etiam Marii, & M. Tullii Ciceronis, quos ibidem natos esse constat, res gestas, mores, militiam, facundiam, & obitum, Italico sermone, perquam accuratè, nec indisertè tractaverit. Ejus libri titulus talis est.

L' antica Arpino patria di Cajo Mario, e di Marco Tullio Cicerone lib. 6. In Napoli per Costantino Vitale l' anno 1626. *in* 4.

De eo Philippus Rondininus in lib. de Monasterio Casæmarii impresso Romæ an. 1707. pag. 39., ubi dicit, eum erudito examine animadvertisse M. Tullii domum in deliciis, fuisse in ipso hodierno Cœnobii situ collocatam. Nicolaus Toppius in Bibliot. Neap. pag. 47. Bern. Pex Epist. X. Apolog. pag. 250.

Jo: Baptistæ Portæ Neapolitani Philosophi

Nobilitat Cicero Arpinum, Mariusque; tua sed
Et Cicero, & Marius nobilitatur ope.

Legitur in principio ejusdem Historiæ Arpinatis.

BERNARDUS Messanæ in Sicilia natus, ibidem in Monast. S. Placidi Professus vitam Cœnobiticam anno 1569. die 15. Junii: Claruit anno 1595. scripsit

De miraculis in Inventione SS. Placidi, & Sociorum factis, librum unum, quem Ms. fuisse penes D. Hieronymum à Perusia Casinatis Archisterii Præsulem CXV. Auctor est Wion Lign. Vit. parte 1. l. 2. cap. 63. pag. 408. & parte 2. lib. 3. ad diem 3. Augusti pag. 262.

Item de eo agunt Ant. Possi. Appar. Sac. to. 1. pag. 216. edit. Coloniens. ann. 1608. Anton. Mongit. in Bibl. Siculâ par. 1. in additionibus pag. 10.

BERNARDUS PLACENTINUS dictus, licet ex Oppido Burgovallis Tari, haud tamen longè à Placentia, ex Familia Terzi, Professus est Monasticam Regulam in Cœnobio S. Georgii Maj. Venet. an. 1438. die 24. Augusti, quo tempore nostra Congreg. nondum unito Casinensi Asceterio, *S. Justinæ de Padua* adhuc vocabatur. Evasit Bernardus vitæ, ac doctrinæ merito Abbas prædicti Monast. S. Georgii Majoris, ac deindè S. Justinæ Patavinæ, S. Mariæ in Urbe Florentina, S. Benedicti in Agro Mantuano, totamque Congreg. an. ferè 30. sex vicibus Præses, pluriesque Diffinitor moderatus est. Ubique, ut erat singulari prudentiâ, ac industriâ præditus, ingentia commoda, & utilitates Cœnobiis attulit; præcipuè Patavino, quod trina gubernatione rexit, ubi plura ædificia construxit. Hierophylacium multiplici suppellectili Sacra ditavit; Vestes Sacerdotales ex Serico albo, & auro crispante, pulcherrimi operis, ac maximi pretii elaborandas curavit: Chorum opere tessellato per egregios Artifices Franciscum Parmensem, & Dominicum Placentinum, adornavit, Bibliothecam denique instituit, codicibus, pluteis, aliisque ornamentis insignem. Præter œconomicam diligentiam, humanioribus, sacrisque literis excelluit, ut varia opuscula metro exarata veræ pietatis, ac religionis sensibus referta liquidò ostendunt; Gestis, scriptisque celebris, virtutum, laborumque fructum percepturus in Cœlum, ut spes est, emigravit, anno 1486. Ejus lucubrationes hisce titulis distinguuntur:

1 *De contemptu mundi, & assumenda Religione, & de Institutione Novitiorum* lib. 1. 2. De *Primordiis Institutionis Monachorum Congregationis S. Justinæ* lib. 1. 3 *Quomodo debeat Religiosus in Monasterio conversari, & de modo orandi* lib. 1. 4 *De resurrectione Christi* lib. 1. omnia unico libro comprehensa, excusa sunt post ejus obitum Cremonæ an. 1511. sub hac Epigraphe. *Opuscula D. Bernardi Placentini diversi generis carmine*. Item scripsit:

5 *De Passione Christi* lib. 1. 6 *De Ascensione Domini* lib. 1. quæ duo opuscula simul cum præcedentibus extitisse Mss. in 4. suo tempore in Bibl. S. Georgii M. testatur Arn. Wion, qui de Bern. agit Lig. Vit. l. 2. cap. 63. pag. 408., & lib. 5. c. 7.

At ego

B

At ego an. 1718. vidi in eadem Bibl. *Bernardi Abbatis S. Georgii M.* præter duo illa priora opuscula *De contemptu Mundi*, *& de sumenda Religione* Mss. in 4. sign. n. 1318 hæc item alia,

7 *Panegirico del P. S. Benedetto Ms.* signato n. 317. 8 *Della Traslazione de' Corpi de' Santi esistenti in S. Giustina*, carmine. 9 *Della Traslazione di molti Corpi Santi in S. Simpliciano di Milano*.

Agunt honorificè de eo extrà Arn. loco cit. Ant. Poss. Appar. Sac. tom. 1. pag. 228. Jac. Cavac. hist. S. Just. lib. 5. pag. 229. & seq. & pag. 250. edit. Patav. ann. 1696. ubi eum Virum rerum usu celebrem, & Sanct. eminentem vocat. Constant. Cajet. in Bibl. Aniciana. Fortunatus Schola, Plac. Puc. in Chron. Abbat. Florent. pagg. 53. & 54., iterumque in App. de Viris Ill. ejusdem Abbatiæ Floren. pag. 15., & seq., ubi laudato ejus ingenio ab operibus conscriptis, narrat eum præfuisse Abbatiæ Florent. an. 1460. Constan. de Notariis in *Duello Ignorantiæ*, *& Scientiæ* par. 2. lib. 3. pag. 363. Petrus Maria Campius in hist. Eccles. Placen. par.. lib., pag. 313., l. 513. In nostris Reg: pag. 58. dicitur *Abbas senex Præses*, *insignis in omnibus scientiis*.

BONAVENTURA FINARDI nobili familiâ Bergomi natus, Veneriis in S. Georgio M. D. Benedicti institutis nomen dedit anno 1690. die 11. Junii, & post navatam ibidem primùm, ac deinde Romæ in nostro D. Anselmi Collegio Scholasticis facultatibus, ac J. Pont. sedulam operam, iisdem disciplinis, Neapoli, Venetiis, postremò Romæ nostros Alumnos propitia ingenii, ac doctrinæ famâ XXIV. propemodum annis instruxit; Romæ sanè in prælaudato Collegio integris sex annis, præstituto nimirum ab Innocentio XI. ad docendum ibidem tempore, eâ eruditionis laude Sac. Canones est interpretatus, ut illi a Clemente XI. (a quo inter Sac. Indicis Consultores cooptatus est) ad aliud Sexennium idem docendi munus sit prorogatum; Precipuæ quoque Congreg. nostræ dignitates Prioris videlicet, Prothesaurarii, demumque Abbatis, minimè interrupto decursu, ultrò ei delatatæ fuerunt; Sed præclara ejus merita majora ad huc requirunt. Creatus fuit anno 1727. Abbas SS. Faustini, & Jovitæ Brixiensis Urbis, & anno 1729. Abbas S. Euphemiæ in eadem urbe, & totius Congreg. Præsidens; Vivit, diùque vivat ad Congreg. nostræ decus, & meam pariter utilitatem; Præterquamquod enim primam operis hujus qualiscumque partem diligentissimo discussit examine, plures insuper notitias ad eam spectantes per humanitèr suppeditavit; edidit

1 *Theses*, *& asserta Philosophica*, Venetiis anno 1707., apud Jacobum Thomassini in 12. & iterum ibidem aucta anno 1708. apud Dominicum Milochum in 4. Quæ ideò hic referenda existimavi, quia eorum momenta, & Auctoritates, præter communem morem, non solum ex Aristotelis textibus, verùm etiam identidem ex Sacra Scriptura, SS. Patribus, Philosophis aliis, Poetisque desumuntur, quod sanè nèc parvi fuit temporis, nèc contemnendi laboris. Promittit quoque, cùm primùm per otium licuerit, in lucem se editurum

2 *Opus concinnatum ex celebrioribus J. Pontif. Controversiis publicè Romæ se Præside, disputatis*, cujusquidem operis materiam duobus tomis suffecturam, paratam habet, eamque penès ipsum vidi, licèt non adhùc in certum ordinem, methodumque dispositam.

Ejus cum laude meminit, inter doctiores nostræ Congreg. hac ætate florentes Viros, Angelus M. Quirini nunc S. R. E. Cardinalis, Annot. 11. ad pag. 55. dissertationis suæ, *De monasticâ Italiæ historiâ conscribendâ*, impressâ Romæ 1717. pag. 94. his verbis „ Bonaventura Finardi in officio suo, quòd eo magnâ cum laude
„ fungatur, ultra Sexennium. Legibus statutum, summi Pontif. decreto, perma-
„ nere jussus; *& paulo post eâdem paginâ* „ Sac. Canonum peritissimus, edito jam


 „ in Sac.

„ in Sac. Ind. Congreg. præclaro doctrinæ suæ specimine profecto meretur „. Anonymus Mediolanensis, idest Jo. Gaspar Beretta, in *Responsione ad Censuras tres in dissert. suam Italiæ medii Ævi*, Mediolani 1729. pagg. 105. & 106. Jo. Andreas Astezati in *Defensione trium veterum documentor.* &c. Brixiæ 1728. pag. 6.

Addenda Lit. B. pag. 70. lin. 42.

BARNABAS PARMENSIS non fuit scriptor, sed tantùm editor Vitę S. Jo. Ab. hæc enim iisdem prorsus verbis edita reperitur in Actis Sanctorum Ord. S. Bened. tom. 7. & ex prę viis observationibus circa finem a Jo. Mabill. eidem Vitæ additis intelligitur, eam desumptam fuisse ex antiquiss. Codice Ms. Ecclesiæ Placentinæ; Ejus autem Author licet Anonymus, credi nihilominus potest vel unus ex ipsius discipulis, vel aliquis discipulorum ejus familiaris, quod quidem verosimilius videtur ex iis, quæ pag. 8. & 9. ejusdem Vitæ narrantur; Barnabas ergo nihil aliud præstitit, quam editionem ejus Vitæ curare, & nuncupatoriam Epistolam D. Mauro Parmensi S. Jo. Evangel. Abbati, eidem præfigere.

S. verò Bernardi Uberti Episcopi Parmensis Vitam a Barnaba typis traditam nullibi hactenus invenire potui, ideoque quid ad eam Barnabas contulerit asserere minime possum. De eodem Sancto plures quidem Scriptores agunt, Arnold. Wion in lig. Vit. Alphon. Ciac. in Vit. Pont. Philip. Ferrarius de SS. Ital. Didacus de Franchis in Vit. S. Jo. Gualberti, Ferd. Ughell. Ital. Sac. Bonav. de Angelis in Hist. Parmen., & novissimè ejus Vitam scripsit D. Thesaurus Veli Monachus Vallumbrosan. & Abbas S. Praxedis Romæ, ubi etiam eam imprimendam curavit apud Gulielmum Facciottum ann. 1712. Cardinali Odoardo Farnesio Episcopo Parmensi dicatam.



CÆSA-

C


ÆSAR GOTHO, & Spatafora natione Siculus Patriâ Messanensis, Monasticum institutum apud S. Placidum Messanæ elegit anno 1634 die 24. Julii. Vir solertis ingenii, & ad ardua quæque pertractanda, ac expedienda negotia aptissimus, eruditionis vero minimè vulgaris; nam viginti propemodùm annorum spatio, scholasticas non modò scientias, sacras videlicèt, & naturales, verum etiam Mathematicas disciplinas Genuæ publicè docuit, magnâ Nobilium frequentiâ, ac plausu; Juvenis adhuc fuit Sac. Theologiæ Doctor, tùm S. Inquisit. Siciliæ Consultor, & Censor, & Messanen. Academiæ Prior. Venetiis in Monasterio S. Georgii M. degens impugnanda suscepit opera Victorii Siri Monachi ex nostris, qui postea Ludovici XIV. Francorum Regis Historiographus evasit, tunc verò ibidem commorantis; jamque primum tomum confutaverat, cum rerum subinde mutata facie, ulterius non est progressus. Assumptus postea ad Religionis gradus, Prior fuit Monasterii S. Mariæ de Lacroma apud Ragusium; quo tempore Archiepiscopus Ragusinus Romam ad limina Apostolorum proficiscens, Cæsarem Glem Vicarium totius Diœcesis reliquit, adeò ejus virtutem, ac doctrinam perspectam habebat; Creatus deinde Abbas magnificum Cœnobium in Urbe Messanensi (nam antiquum Monasterium extra Urbem situm est) à fundamentis excitare est aggressus, sed cum edito, ac insigni loco delineatum, Urbis munitionibus officere posse videretur, nondum completum, ab Hispanis occupatum fuit, ac solo æquatum. Postea Monasterio S. Nicolai de Arenis Catanæ præfuit, & Cong. Universam Diffinitoris munere gubernavit: Cum autem apud omnes Siciliæ Dynastas magnâ esset in æstimatione, bis ad Catholicum Regem Philippum IV. Patriæ Orator profectus, tantam scientiæ suæ, prudentiæque opinionem Regi injecit, ùt eum in Episcopum nominare jam decreverit, fuissetque procul dubio paulò post ab ipso etiam Pontifice electus; nisi Messanenses in infaustam illam defectionem anno 1672. mox prorupissent, quâ omnia susque, deque acta sunt. Gallis autem Messanâ potitis, Cæsar ab eisdem Judex Siculæ Monarchiæ, quæ in quibusdam rebus Ecclesiasticis suprema quædam à Pontif. Max. olim concessa Siciliæ Regibus, ut asserunt, est auctoritas, constitutus fuit, quod munus annos fermè quatuor exercuit, donec Hispanis redeuntibus, Cæsar cum aliis plurimis cujusque ordinis patrium solum vertere coactus, plures annos variis in Monasteriis Italiæ, Senis nempè, Aretii, Arimini, exulàvit, demùm an. 1701. à Philippo V. Borbonio, qui post Caroli II. Austrii mortem, ad Hispanam Monarchiam pervenerat, restitutus in Patriam, ut reliqui Messanenses ob eamdem causam olim proscripti, quinque adhuc annos ibidèm vitam protraxit; cum jam antea anno 1690. in Comitiis Generalibus Perusii celebratis, restituta ei fuisset, jussu Alexandri VIII. Abbatis dignitas, cujus à tot annis ea de causa expers fuerat. Tandem extremam agens senectutem, octogesimum scilicèt nonum ætatis annum, vitales auras reliquit anno 1706. Varia, dum licuit, scripsit, sed hæc tantùm, quæ subnecto, nancisci potui.

1 *Il Genio Tiranno de Galli sincero avviso a' Prencipi bramosi della felicità de' loro Dominii*. Venetiis anno 1649., apud Juntas in 4. cujus quidem operis aliquot exemplaribus in Hispaniam transmissis nomen Cæsaris Gotho præfixum fuit, reliqua suppresso proprio, sub nomine *Monsieur du Chatres*, ex quo multa desumpserat, prodiere.

2 *Pre-*

2 *Presa di Portolongone*: Messanæ apud Hæredem Petri Brea anno 1647.
3 *Il Zimbello*, adversus Victorium Siri, impress. sed sine nomine.
4 *Il Politico indifferente* contra eumdem impress. eodem modo: horum duorum Librorum editionis locum scire non potui.
5 *Contro il primo Tomo del Mercurio di Vittorio Siri* tom. 1. Ms.

Vidi illum Aretii anno 1691. septuaginta quatuor annorum senem, proceræ valde staturæ, dulcis, ac eruditi sermonis, ac jucundæ consuetudinis.

De eo agunt perhonorificè Antonin. Mongit. in Bibl. Siculâ ubi eum omnium literar: genere instructum; eruditione, & virtute conspicuum vocat „ Petr. Ant. „ Torn. in Epistolâ nuncup. *de duabus Triremibus*. Jo. Evang. à Panormo in Ana- „ gramate pag. 136. Roc. Pyr. de Abbat. Siciliæ pag. 280.

CAMILLUS MANCINI à Catana dictus, sed revera patriâ Leontinus in Sicilia, apud S. Nicolaum de Arenis in eâdem Catanensi Urbe Monasticam Professionem iniit anno 1663., die 21. Jan. Floruit porrò non minùs scientiis, quàm probitate: octo annorum spatio Tyrones in regulari disciplinâ diligentissimè instituit; Scholasticas facultates plures annos tradidit, Doctoris Laureâ in Catanensi Universitate donatus; Abbas deinde constitutus varia Siciliæ Monasteria; inter quæ prædictum S. Nicolai annis quinque summâ prudentiâ, ac patris affectu, eximiâque integritate administravit. Demum Abbas S. Benedicti de Militello cum esset, Catanæ in Monasterio suo diem clausit extremum anno 1709. Reliquit à se composita

1 *Selva Miscellanea di varie materie spirituali appartenenti alla perfezzione religiosa, con l' autorità de SS. Padri, e con gli esempii del nuovo, e vecchio Testamento*. Extat Ms. in suo Monasterio.
2 *Ceremoniale Episcoporum*, seu *Benedictionum*, ubi ea omnia, quæ de Romano Pontificali Auctores hucusque scripserunt, examinantur juxta ritus S. Romanæ Ecclesiæ. Ms. ibidem.

CAMILLUS MASSARUS patria Capuanus in Cœnobio Sanctissimæ Trinitatis apud Cavam Monachis nostris adnumeratus fuit anno 1624. die 17. Nov. Hic correxit, perpolivit, & optimo charactere suâ manu exscripsit

Dictionaria, seu *Indices Alphabeticos* tomis sex distinctos, Privilegiorum, aliorumque Monumentorum celeberrimi Archivi Caven. à D. Augustino Venerio (de quo supra pag. 66. & seqq.) olim compositos. Extant in eodem Archivio Cavensi Mss.

De eo, ut & de iisdem Mss. loquitur Camillus Peregrinus in hist. Principum Longobard. in Appendice primi libri pag. 298. edit Neapolitanæ anni 1643.
„ In exitu proximè anteacti mensis Octobris, cum Salernitanæ Urbis Archiva,
„ quantùm per eam opportunitatem licuit, lustrassem, eodem anno ad præclarum
„ Cavense Monasterium me contuleram, quod jam olim, sed verè à limine inspe-
„ xeram, ad Longobardorum Principum nupèr à me conceptos Chronicos Cano-
„ nes absolvendos, idoneis chartulis refertissimum. Eas itaque dùm sedulus per-
„ biduum ferè illic manens, essem scrutatus, scrinia mihi reserante vigilantissimo,
„ cultissimoque ipsorum Custode D. Camillo è Capua, in eadem Sacra Æde Mo-
„ nasticam D. Benedicti Regulam professo, cujus laboriosam, eruditamque dili-
„ gentiam summo nitori, nec minori fidei adjunctam in describendis suâ manu
„ omnibus propemodùm ejusce Archivi vetustis tabulis, descriptisque in plura re-
„ gesta per tempora, perque classes dirigendis, habent præsentes, habebunt po-
„ steri multiplici cum utilitate acceptissimam &c.

CAROLUS nobili familia de Baccis Aretii in Tuscia ortus, Monasterii SS. Floræ, & Lucillæ ibidem Alumnus anno 1629. die 25. Aprilis evasit. Floruit Scho-

Scholasticis disciplinis, eâ præsertim Theologiæ parte, quæ mores ad præscriptum Christianæ Religionis componit; Illam Florentiæ complures annos non tantum Monachos docuit, verum etiam apud Sanctam Mariam Novam (amplissimi videlicet Xenodochii Templum) singulis festis diebus publicè explanavit haud parvâ utriusque Cleri, aliorumque Eruditorum frequentiâ. Sub idem tempus Joan. Carolus de Wierzchowice Kopec Palatinus Poloniensis * & M. D. Lithvaniæ Senator, & Castellanus Trocensis *, in ordinem nostrum mire propensus, Monasticam Congregationem, Casinensis ad instar, in Poloniæ Regno instituí maximo studio percupiens, opesque, ac operam pro Monasteriis erigendis pollicitus, enixè à Patribus nostris probatos, gravesque Monachos novellæ Congreg. fundamenta jacturos, efflagitabat, quibus obtentis, ipse quidem Monasterium Castro-Casinense, alias Chorodiscense, fundavit, à quo Congregatio illa Castro-Casinensis appellata est; Michael vero Casimirus Radziovius S. R. Im. Princeps, & Dux in Olyka ejus exemplum sequutus, Monasterium S. Crucis erexit, eaque Monasteria Casinensis Abbatis Jurisdictioni, ac regimini subdita laudati Proceres voluere, donec paucis ab hinc annis Clementis XI. auctoritate, ipsoque Casinensi Abbate annuente, ut in unam per totam Poloniam Congregationem, simul cum antiquis Monasteriis convenire possent, ab ejus obedientiâ, & subjectione absoluta sunt. Inter cæteros itaque ad eam provinciam obeundam delectos, fuit etiam Carolus Baccius, utpotè qui religiosam pietatem insigni sapientiæ conjunctam præseferebat. Eò igitur profectus Prioris munere, deinde Abbatis Monasterii S. Crucis egregiè functus est, ibidemque plura scripsit, & naturalem Philosophiam tradidit; Sed Monachis Castro-Casinensibus Sarmatarum * irruptionibus, qui Leopolim usque populabundi pervenerant, solum vertere coactis, Carolus regressum in Italiam maturavit, libros vero, & lucubrationes suas in totam moralem Theologiam prælo destinatas, vixque Barbarorum flammis ereptas Monachis cujusdam Cœnobii Ordinis nostri Poloniam inter, & Germaniam siti commisit, qui eâ Viennam missuros se quam primum spoponderunt; at neque hoc ab ipsis præstitum fuit, nec libri illi deinceps ullo umquam pacto recuperari potuerunt; In Italiam igitur redux Carolus Romæ apud S. Paulum (ubi deinceps persistit) morales Prælectiones habuit, & an. Jub. 1675. in ea Basilica Pœnitentiarii munus exercuit. Valdè senem vidi illum ibidem ego adolescens, in eodem Cœnobio Religionis rudimenta ponens; mirabar confecti Virum ævi in Bibliotheca Librorum aggeribus circumseptum, integros ferè dies transigere, adeo nec in decrepita quidem ætate inexplebilem discendi sitim potuit extinguere; noluitque studium literarum prius adimi sibi, quam vitam; an. demùm 1683. Romæ in Ædibus D. Calixti, quod Monachorum S. Pauli, in Transtyberina regione, æstivum hospitium est, optimus Pater, omnibus charus in senectute bona diem obiit, diuturnum sui desiderium relinquens; erat enim oris honestate, prisco morum candore, regularis disciplinæ zelo, aliisque virtutibus plurimum venerabilis. Opus, quod publicâ luce donavit, hujusmodi gaudet titulo.

Anno 1670.
* Plosko.
* Troki.
* Tartarorum.

De principiis Universæ Theologiæ Moralis, seu de actibus humanis, tomus 1. in tres tractatus distributus, in quorum 1. de Conscientia, in secundo de Voluntario, & Involuntario, ac ejus effectibus, & in tertio de Actione humana in genere, ejusque Circumstantiis; necnon de una specie ipsius, hoc est de bonitate morali, breviter, ac dellucidè ferè omnia præcipuè controversa tractantur; In quo novis doctrinis quamplurima, præsertim contra Communes opiniones à priori demonstrantur ab Authore. Opus nedum omnibus Studiosis, & Jurisperitis valdè utile, verum etiam cunctis Theologiæ Moralis Professoribus, & Confessariis, maxi-

maximè necessarium. *Florentiæ Typis Vincentii Vangelisti, & Petri Martini Typographorum Ser. M. Ducis ann. 1667. in fol.*

Præter autem ea Mss. quæ in Poloniæ finibus reliquit, quædam alia, quæ secum Romæ habebat, post ejus mortem, ex legum nostrarum præscripto, Aretium ad ejus Monasterium delata, in Tabulario reposita sunt, inter quæ,

Alphabetum morale, sed ordinatione indigens.

Jo. Mabil. in Biblioth. Eccles., quæ ad calcem libri de studiis Monasticis legitur num. 12. inter Selectiores Casuum Coscientiæ Tractatus Caroli de Baccis Theologiam moralem recenset; idem habet Bern. Pex Epist. X. Apolog. pag. 224; Et Felix Egger Idea Ord. Hierar. S. Benedicti l. 2. par. 3. dissert. 8. pag. 557.

CAROLUS MARIA MILLIARIUS patria Bellunensis, Patavii in Cœnobio D. Justinæ sacro, Monasticæ Regulæ jugum subiit anno 1706., ubi optimarum disciplinarum studiis haud mediocriter cum profecisset, scholasticas, quas egregiè didicerat, jussus scientias docere, Philosophiam primùm, mox Theologiam discipulis ibidèm tradidit; Nec interim humaniorum literarum, latinique sermonis elegantiorem cultùm neglexit; Ejus ego Perusiæ anno 1717. in ipso Generalium nostræ Congreg. Comitiorum ingressu, audivi insignem, & ab omnibus valdé commendatam

Orationem ad optimarum literarum studia more majorum prosequenda pareneticam. Aliam item scripsit

Orationem in funere Clementis XI. Pont. Max. habitam in Templo S. Justinæ Patav., Ad Emum Principem Annibalem Cardinalem Albanum, Patavii, Typis Conzatti anno 1721. in 4. pag. 31.

CASIMIRUS VINCENTIUS CHRANOVIUS (vel patria linguâ Chranouski) Polonus Monachus factus est in Poloniæ Regno, sed postea an. 1675. in Italiam venit, & in Monasterio Casinensi receptus, ibidem aliquandiu veluti nostræ Congr. Monachus, religiosè vixit, deinde Romæ in Monasterio S. Pauli commoratus est, ubi ego tunc Monasticum Tyrocinium ponebam anno 1678. Erat autem Vir Rhetoricis Studiis apprimè excultus, & in Concionibus Sacris & Academicis orationibus plurimùm exercitatus. Casini cum degeret, scripsit satis eruditè ac luculentèr

Vitam, & Virtutes Ven. Servi Dei Rmi quondam P. Zaccharia à Fractis Ord. D. Benedicti Congreg. Casin. Abbatis, Neapoli ex Typographia Anton. Gramignani an. 1677., ubi in fronte se ipsum subscribit Monachum ejusdem Ord. *Congr. Casin.*, quia nimirùm inter Casin. Monachos, Casin. more interim vivebat; Sed post aliquot annos ex Congr. nostra (ut ei liberum erat) egrediens, ad suos in Poloniam (si quidem rectè memini) reversus est; Sicut autem ei plurimum debere Congr. nostram profitemur, quod nobili stylo vitam hujus Servi Dei literis consignavit, sic inter nostræ Congr. Scriptores illum ideò retulimus, quia ipsemet talem se nominavit.

CASIMIRUS FRESCHOT natione Sequanus in superiori Burgundia patriâ Vesontinus * & ibidèm D. Benedicti Monachus, cum ea Regio Ludovici XIV. Gallorum Regis armis quateretur, in Italiam migravit, nec inauspicatò quidem, nam Italis insertus, plura Italicè scribens, haud postremum inter Italos Scriptores nomen adeptus est. Romæ primum in D. Pauli Cœnobio hospes exceptus, aliquandiù permansit, Bononiæ deindè apud D. Proculum à nostris item perhumanitèr habitus, demùm anno 1689. in Gener. Comitiis Perusiæ celebratis inter Casin. Monachos peculiari decreto fuit adscriptus. Haud levem scholasticis Scientiis operam impendit, Abderitæ præsertim, aliorumque veterum Philosophorum placitis, quæ tunc temporis curiosorum quorumdam studio è tumulis eruta, evi-

* Besançon.

reviviscebant, præcipuam tamen curam ad Historias conscribendas adjecit; breviter tamen, ac veluti summatim, ut eo libentiùs, & avidiùs legerentur. Ejus porrò ferax ingenium maximè enituit in ludo Geographico, quem honestæ Juventutis gratiâ adinvenit, quo posset eodem tempore, & animum oblectare, & mentem erudire, nam in plura spatiola papyrus graphicè divisa, exhibet oculis totius Orbis Regiones propriis numeris aptè distinctas, brevibusque descriptionibus illustratas; in quæ spatia cum projecti tali inciderint, statim colludens, illius Regionis situm, nomen, Religionem, ac politiam referre, ac explicare debet, quo memoriæ exercitio facilè etiam intellectus instruitur. Quæ scripsit, quæve in lucem emisit, hæc ferè sunt.

1 *Series eorum, quæ in aperitione, & observatione Portæ Sanctæ Basilicæ D. Pauli* ab Emo Dño Dño Francisco Cardinali Barberino Sacri Collegii Decano ritu sacro peracta sunt an. Jub. 1675. Clemente X. Pont. Max. feliciter sedente, narrata per D. Casimirum Freschot Sequanum Monachum in Sancto Paulo, Romæ Typis Michaelis Herculis 1676. in 4.

2 *Exarata Gentilitio D. Pauli gladio ejusdem Apostoli Vitæ Synopsis*. Romæ typis ejusdem Herculis 1675. in 4. opusculum tùm prosâ, tùm vario Carminis genere compositum.

3 *Mellistua Uranodia, Poesis moralis devota* Emo Dño D. Francisco Cardinali Barberino per D. Casimirum Freschot Sequanum Monachum in S. Paulo. Romæ typis ejusdem anno 1676. in 4.

4 *Giuoco Geografico*. Venetiis anno 1679.

5 *Pregj della Nobiltà Veneta, ovvero l' origine di tutte le Case patrizie colle loro armi, e Personaggi più cospicui, che ne sono usciti*. Venetiis typis Andreæ Coletti an. 1682.

6 *Ceremonie Nuzziali di tutte le Nazioni del Mondo. In Venezia anno* 1685. *in* 12. Author est Dominus De la Gaya. Translator ex Gallico Feschotus, ut ex Præfatione „ In questo piccolo raguaglio, per dilettare qualunque Italiano, che
„ non habbia voluto la briga d' apprendere la lingua Francese, ha faticato con mol-
„ to spirito la penna del Signor D. Casimiro Frescotti, il quale senza dubbio appa-
„ gherà colla sua virtù la curiosità publica „ est pag. 161.

7 *Relazione di Genova, suoi diversi stati, ultime differenze, & aggiustamento colla Corona di Francia*. Bononiæ apud Montium 1685.

8 *Idea Generale del Regno d' Ungheria, sua descrizione, Costumi, Regi, e Guerre con i motivi dell' ultima sollevazione, Invasione de' Turchi, Assedio, e Liberazione di Vienna, e progressi dell' armi Cristiane*; Prodiit primum Venetiis, deinde ampliata, Bononiæ 1684. apud Josephum Longum, & iterum ibidem apud Montium 1686.

9 *Descrizione della Luigiana, ò Paese nuovamente scoperto da' Francesi nell' America Settentrionale del P. Luigi Enepin recolletto Francescano portato dalla lingua Francese &c.* Bononiæ apud Jacobum Montium 1686. in 12.

10 *Successi della Fede in Inghilterra colla Storia dell' ultime Eresie fino alla felice Libertà data alla Religione Cattolica dal Regnante Giacomo II. &c. con la vita, e Morte del Duca di Monmouth* Bononiæ 1685., iterumque ampliat. ibidem apud eumdem Montium 1682. 12. quem librum refert Bened. Bacchinus in Ephem. lit. anno 1687. pag. 127. & seq.

11 *L' Eresia estinta nella Francia*. Bononiæ an. 1687.

12 *Carmen Amœbeum, De Pietatis, & Ingenii Concordia* impressum in libro Carminum Academicorum Concordium Ravennatum (quibus Casimirus adscriptus fuit) Bononiæ 1687. par. 2. pag. 12.

13 *Panegyris in laudem Cardinalis de Aguirre*. Bononiæ.

14 *Memorie Historiche, e Geografiche della Dalmazia*. Bononiæ 1687. apud Jacobum Montium: quem etiam librum refert idem Bacchinus in Ephem. Liter. anni 168. pag. 22. & seqq.

15 *Pro funere Rmi Patris D. Angeli Mariæ Arcioni Abbatis Religiosissimi*. Placentiæ in Episcopali Typographia Thomæ Zambelli 1689.

16 *Supplementum ad Annales Mundi, sivè ad Chronicon Universale Philippi Brietii Abbavillæi Soc. J. ab anno 1660., ad 1692.* Venetiis apud Hertz eodem an. 1692. quod supplementum à Freschoto concinnatum, non autem ab alio Soc. J. Sacerdote, ut falsò, & per Typographi mendacium in fronte libri dicitur, clarè demonstrat Benedictus Bacchinus Ephem. Lit. tom. 6. pag. 378. En ejus verba; „ e nel frontispicio di questa si soggiunge: *in hac vero ultima editione additum fuit supplementum usque ad an. 1692. à Soc. J. Sacerdote*: Quest' ultima assertione, è d' „ un pregiudizio considerabile non meno al vero Autore del supplemento, che à „ dottissimi Padri della Compagnia di Gesù, che non hanno bisogno, nell' am- „ mirabile copia de' loro Scrittori della bugia venale dello Stampatore, che gli at- „ tribuisca la fatica d' altro soggetto: Effetto è dunque di giustizia il far sapere a' „ Letterati, che il mentovato supplemento è produzione del P. D. Casimiro Fre- „ schot Benedittino, il quale con le lettere originali d' instanza, e di ringrazia- „ mento scrittegli dall' Hertz, ha giustificato appresso noi l' opera sua fatta con ot- „ time notizie, & in maniera ben degna della preziosità del libro, a cui è soggiun- „ tà. Contentavasi egli, che venisse publicato col suo nome nascosto modestamen- „ te sotto di un Anagramma, ma lo Stampatore ha voluto, con una bugia, mani- „ festare la propria ingratitudine, è mala fede „. scripsit etiam

17 *Memorie Istoriche della casa Arcioni. In Parma per li Pazzoni, e Monti 1693. in 4.* quod opus protestatur Auctor, se suscepisse in testificationem Amoris, & grati amini erga Rmum P. D. Angelum Mariam Arcionum Abbatem, à quo plura beneficia se accepisse confitetur, cujus proinde orationem funebrem, ut modo diximus, vulgaverat an. 1689.

18 *Li fasti di Luigi il Grande, ò sia le Vittorie, Conquiste, & altre azzioni memorabili di Sua Maestà Cristianiss., assegnate ciascuna al giorno, mese, & anno, che sono accadute, trasportati dal Francese.* Bononiæ apud Petrum Mariam Montium 1700.

19 *Il cuore in Pace, ò sia l' arte di vivere in pace con ogni sorte di Persone, saggio morale, trasportato dal Francese.* Bononiæ apud eumdem eodem anno 1700.

Prælo parata.

20 *Venezia Combattente, e Trionfante dal principio della sua fondazione*, stylo panegirico.

21 *De Leopoldi I. Cæsaris Victoriis*, poema heroicum.

22 *Ristretto dell' Historia di Polonia sino a' tempi correnti.*

23 *L' Imperio d' Occidente sua fondazione dal Romano Pontefice, e le cose seguite trà Papi, & Imperadori, a cagione dell' Autorità.*

De eo mentionem facit Jo: Cin. Bibl. Vol. Pluteo 9. pag. 26. & seq.

CELSUS A FALCIBUS patriâ Veronensis Monachus Benedictinus edidit haud contemnendo stylo

1 *Vitam B. Toscanæ de Jebeto*, quam an. 1473. die 23. Julii, ut ipsemet testatur in fine, absolvit, quæ postea fuit impressa Venetiis apud Andream Bocchinum, & Fratres an. 1567. in 4. in libro Raphaelis Bagattæ, Sanct. Veronensium. Item.

2 *Vitam Venerabilis Euphrosynæ Vincenti Venetæ*, natæ an. 1407. quam Author complevit an. 1505. die 1. Apr., & Petro Dandulo Episc. Vicentino dicavit, est Cod. pergamenus in 8. extans Venetiis in Bib. FF. Prædicatorum SS. Jo. & Pauli, ut testantur, præter Thomasinum Bibliot. Ven. pag. 24., Authores Ephem. Liter. Ital.

Ital. tom. 28. ann. 1717. art. 5. pag. 120. & sequen., qui omnes Celsum à Falcibus Monachum Benedict. appellant, eumque prædictorum operum Authorem asserunt, ideòque errasse dicunt Gerardum Jo. Vossium l. 3. de Historicis Latinis tom. 2. c. 8. pag. 620. edit. Lug. Bat. an. 1651. ubi *Celsum Maffei* Veron. Canonicum Regularem Lateran. scripsisse affirmat, Vitam B. Tusculanæ (pro Tuscanæ) anno 1474. per indicium tamen, ut ipse ait, ex Veronensium Scriptorum syllabo; quod erratum etiam deprehendit Marchio Scipio Maffei ex quodam Ms. Genealogico Familiarum Veron. *Francisco del Bene Authore* anno 1506., in quo habetur, Celsum à Falcibus Veronen. Monachum Benedict. edidisse Vitam B. Tuscanæ de Jebeto egregiè scriptam. Sanè in nostris Regestis inter SS. Nazarii, & Celsi Professos invenitur *D. Celsus à Verona* an. 1459. die 29. Augusti, qui satis probabiliter horum opusculorum Author credi potest.

CELSUS alter itèm Veronensis dictus; quia in Pago Rota Agri Veronen. natus, Familiâ Guglielmi, Patavii apud S. Justinam inter nostros adnumeratus est an. 1536. die 22. Julii, ubi adeò laudabilem se exhibuit, omnes Religiosi hominis virtutes præseferendo, ut ejusdem Monasterii iteratò Abbas, & semèl quoque S. Georgii M. Venetiar., imò totius Congreg. Præses duabus vicibus sit constitutus, quibus in Magistratibus plurimis sanè titulis cùm de Patavino Cœnobio, tùm de Universa Congregatione optimè est meritus: Scripsit libellum tali donatum titulo,

Narrazione della Traslazione de' Corpi Santi dalla Chiesa vecchia alla nuova di S. Giustina di Padova, con alcuni de' più segnalati miracoli fatti nella medesima Traslazione: In Padova per Giuseppe, e Fratelli Sardi anno 1562. in 8., quo an. Celsus erat S. Justinæ Prior, quo etiàm accidit illa Translatio, quam Jac. Cavac. hist. S. Just. lib. 6. fusè describit, sicut & præcipua prodigia, & miracula tunc patrata; qui libellus denuò impressus fuit Patavii anno 1628. in 8.; At de ipso Celso Veron. Cav. pag. 294. hæc habet,, Successorem habuit (Julianus Placentinus)
,, D. Celsum Veronens. Monachum nostrum, quem mores mitissimi, ac multa in
,, Venetum nomen observantia his calamitatibus medendis aptum indicabant. Cel-
,, sus ab ea curâ ad intermissam diù extructionem novi Templi se contulit, cui trien-
,, nio plùs præstitit, quàm cæteri vicennio. Ingentes columnas, quarum tantum
,, bases extabant, integras effecit. Marmoream Coronidem totam absolvit, in-
,, gentes absides ad latus duxit, latissimum in fronte parietem extulit, Sacella duo-
,, dena inferius absolvit, & pag. 298., & seq.,, Rediit Celsus noster......Nec Anno 1588.
,, diutiùs supervixit, qui octogenario major, etiam omnium primus in Cœmete-
,, rium à se constructum illatus est. Huic genus ex pago Rota propè Calderium vi-
,, cum agri Veronensis, sed corporis venusta quædam gravitas, & animi magnitu-
,, do, qualis ex regali familiâ. Apprimè liberalis, sibi pauperrimus, illius virtutis
,, splendore, & hujus exemplo, etiam magnorum Principum benevolentiam ade-
,, ptus fuit. Virum innocentis vitæ, ac multæ pietatis vix aliquando reperimus
,, quidquam meditantem, præter divinas res, vel sacras preces, & Psalmos reci-
,, tantem. Bis Congreg. præfuit, ac piè, ut vixerat, defunctus est,, Plac. Puc. in Chr. Abbatiæ Floren. pag. 64. aliquot mensibus eidem Abbatiæ eum præfuisse narrat, quo tempore Laurentius Ciati vitam Hugonis Hetruriæ Principis à se descriptam, quæ manu exarata adhùc extat in eâ Bibliothecâ, Celso dicavit; Et in alio opere, cui titulus: *Origo, & Processus historicus de Ill. Abb. Floren. Viris* pag. 18. n. 54. Monasticæ disciplinæ observantiss., ejusdemque retinendæ percupidum, & maximè zelotem illum vocat.

CHERUBINUS MYRTIUS Trevirensis patriâ Monachus Cœnobii Sublacensis factus est anno 1592. die 25. Oct., & Decanus, scripsit optimo stylo, & magnâ diligentiâ,

2 *Chronicon Sublacense*, ex vetere renovatum, emandatum, & auctum, adjunctis Tabulis temporum Annalibus, ac duplici Indice, anno Virginei partus 1629. Illud prius scripserat D. Villielmus * Capisacchius anno 1573. Myrtius vero ad sua usque tempora est prosequutus; extat ibidem Ms. & etiam in sacro Sublacensi Specu.

De eo par. 2. L. V.

1 *Bullarium* continens privilegia Summ. Pontif., Imper. ac Regum Sac. Monasterio Sublacensi concessa, ex originalibus, & vetustis transumptis, serie annorum descriptum 1623. ordine alphabetico, extat Ms. ibidem.

Narrat autem Myrtius Chronici sui cap: 31. pag. 150. rem scitu dignissimam, nec injucundam, patratam in eodem Sublacensi Cœnobio, nempe primum omnium tota Italia artis Typographicæ experimentum:

„ Non ægrè ferat, quæso Lector, si insuero ratione temporis, rem non planè „ ab instituto nostro alienam, nempè laudabile studium Monachorum Sublacen. „ Theutonicorum, quod ad decus eorum, atque Monasterii quodammodò spectare videtur, nempè quòd nobilissima librorum Typographia paucis antè annis in „ inferiori Germaniâ enata, & in lucem profecta an. D. 1453. in Hollandia, in „ Civitate Herlem per Jo. Cuthembergam, quæ tamen ars postea Moguntiæ per „ dicti Inventoris famulum in meliorem redacta fuit excudendi formam, quâ certè in Mundo nulla dignior ars, atque utilior extitit, quæ antequam Romæ intro- „ duceretur per Conradum, & Arnulphum Magistros æternâ memoriâ dignos, pri- „ ma Typographiæ rudimenta in Monasterio Sublacen. exercuerunt; Hospitio „ namquè à Monachis Germanis benignè suscepti, artis suæ præclara posteris reli- „ querunt monimenta, nam inibi opera Lactanti * Firmiani in D. Scholasticæ Cœ- „ nobio excuderunt die 3. Oct. an. Nativ. Dom. 1465., qui erat Pontificatus Pauli „ II. annus secundus, ad cujus rei memoriam eadem opera excusa adhuc in Bibl. „ Sublac. Monasterii conservantur *. Hi Magistri indè Romam petentes, Urbem „ arte sua illustriorem effecerunt. Ibi in primis excusa fuerunt D. Hieronymi opera, „ ut testatur Epistola præfato Pont. Paulo II. dicata, quam legi, & hæc breviter an- „ notare non me piguit ad nationis meæ Germanicæ decus, & gloriam „ Hæc Myrtius, qui in chartulà à se additâ subdit hoc exastichon haud sanè illepidum.

* De Divinis Institutionibus adver. Gen. lib. 7. de Ira Dei ad Donat., & de Opificio hominis ad Demetriadem,

* a me visa dudum ann. 1719., in quorum fine sic dicitur: Anno Dom. 1465: Pont Pauli Papę II. anno 2. Indict. 13. die verò antè penultima Mensis Oct. in Ven. Monasterio Sublacensi.

Aspicis illustris Lector, quicumque libellos,
Si cupis artificum nomina nosse; lege
Aspera ridebis cognomina Teutona forsan
Mitiget ars Musis inscia verba Virum.
Conradus SWenheim, Arnulphus Pannartzque Magistri
Romæ impresserunt talia multa simul.

Ita refert Myrtius; At Michael Maittaire A. M., qui novissimè Annales Typographicos scripsit, ediditque Hagæ Comitum apud Jo. Vaillant an. 1719., Impressor. nomina, & Operum editiones, quoad fieri potuit, per ann. progressum indicans tom. 1. pag. 42. prædictum Lactantii opus excusum quidem fuisse asserit primo Sublaci eodem anno 1465., sed quo Impressore, incertum relinquit, imò indignatur, omnibusque illud legentibus indignandum autumat, *Opus tanta artis pompa, & adamussim exactum*, Typographi nomine carere; Quo autem tempore Conradus SWemheym, & Arnoldus Pannartz (ita namque eum semper appellat, non Arnulphum, ut Myrtius) Romam venerint, ut artem exercerent, fatetur se definire non posse. At ego Cherubino Myrtio in eodem loco, ubi prima illa Firmiani impressio facta fuerat, existenti, ejusdemque loci memorias, & monumenta propriis oculis perlustranti, de illius impressionis Authoribus Conrado, & Arnoldo *, facilè credendum existimo. Cæterùm Maittaire pag. 62. & 63. indicat versiculos illos supra à Myrtio relatos, legi in fine Libri Episto-

Arhulpho:

larum

larum D. Hieronymi ab iisdem Romæ editarum, quibus duos alios addit à Myrtio prætermissos, nempè

Petrus cum fratre Francisco Maximus *ambo*.

Huic operi optatam contribuere domum. Ex quibus cognoscimus totum Epigramma Romæ fuisse compositum, fortè à Jo. Andrea Episcopo Aleriensi, & Papæ Bibliothecario viro apprimè docto, qui in eamdem Typographicam Romanam Impressionem eodem tempore egregium studium, & operam impendebat, ut ex Præfatione ab ipsomet Aleriensi libro illi præfixà liquidò constat. In eàdem Sublacen. Bibl. extat paritèr, Operum D. Hieronymi Romæ primò impressorum exemplar à me ibidèm visum prædicto an. 1719.

CHRYSOSTOMUS CALVINI à S. Gemiliano Calaber, Casinen. Monasterii Alumnus effectus ann. 1530. die 26. Julii, Vir, Latinâ, Grecâ, atque Hebraicâ linguâ, & Theologicâ Scientiâ suo tempore celebris, morum insuper innocentiâ illustris, Reformator ob id Monaster. Insulæ Melitę in Adriatico Mari (vulgò Meleda) floruit ann. 1560., quo eodem an. electus fuit Archiepiscopus Ragusinus, cedente Ludovico Beccatello Bononien. Constat autem ex Plac. Rom. (loco infra citando) Chrysostomum

Plures tractatus de Græca in Latinam linguam transtulisse, inter quos *Sermones XXI. S. Dorothei* impress. Venetiis an. 1574. apud Bologninum Zalterium.

De eo agunt Arn. Wion Lig. Vit. l. 2. cap. 29. pag. 296., qui ejus in Archiepum ordinationem ann. 1560. assignat; quam tamen Jo. Bapt. Marus in Annotat. ad supplem. laudati Plac. Rom. de Viris Ill. Casin. in an. 1564. rejicit, idque ex Actis Consistorialibus. Ipse verò Plac. ibidèm cap. 12. pag. mihi 121. vocat Chrysostomum Virum Sanctitate insignem, & in scientiis doctissimum, in Grecâ autèm linguâ valdè eruditum. Julius Ambr. Luc. in Ital. Sac. restr. auct. &c. pag. 986. cum appellat Græcæ linguæ peritiss. literarum præstantiâ florentem, & vitæ sanctimoniâ percelebrem. Hilarion Corbetta (de quo infra) in libro Epistar. Latino quidem sermone scriptarum, sed Græcis sententiis, ac verbis identidèm interjectis, qui manu exaratus reperitur Papiæ in S. Salvatoris Bibl. à me visus anno 1686. pag. 181. Epistolà ad Chrysostomum datâ,, Ex multis didici te cum in omnes,
„ tum in eos, quibus Religionis es conjunctus necessitudine, tantâ præditum hu-
„ manitate, ut omnia in optimam partem interpretari soleas, maximè quæ à vir-
„ tute proficiscantur,, & in aliâ Epistola ad eumdem pag. 990.,, Et tibi plurimùm
„ gratularer, cui fortuna esset elargita, quæ paucis solet mortalibus, & mihi gaude-
„ rem, quod tandem nostro in hoc Ordine Virum nactus essem, qui cum studia,
„ literæ interiores, Urbanitas, & cætera, quæ ad copulandas voluntates nostras
„ pertinere videntur, mihi essent communia &c.

Dum hæc scriberem, Romam appulit R.mus P. D. Bernardus Sorgo nobilis Ragusinus, Abbas, & Præses Congregationis Melitensis (quæ à Chrysostomo ad instar nostræ Casinensis reformata, & instaurata olim fuit), qui nonnullas ad Chrysostomum pertinentes notitias mihi perhumanitèr communicavit, ex quibus hæc potissimùm de eo nobis innotescunt; Missio ejus, Paulo III. jubente, ad formandam, denuoquè instituendam laudatam Congreg., quà provinciâ adeò egregiè est perfunctus, ut Congreg. ejusdem Pater, ac Reformator hodieque à Mon. Melit. nuncupetur, illudque ipsum in causâ fuerit, cur Ragusini Proceres in Archiep. à Sum. Pontifice eum postularent; Excellens doctrina, Latini præsertim, Græci ac Hebraici Sermonis peritia, pluresque Nobiles Ragusini scientiis, Grecâque linguâ ab eo instituti, & cucullo Monastico donati, interque eos Basilius Gradi (de quo supra L. B.) qui omnes Viri admodum insignes evaserunt, omnesque variis in locis Episcopi creati sunt. Ejus denique obitus, qui ei feliciter

con-

contigit Ragusii in suo Episcopatu an. 1574. die 16. Febr. ætatis suæ 80., quo itèm die recurrente in Ecclesia Monasterii S. Jacobi (quod præcipuum memoratæ Congr. Cœnobium est) quotannis ei solemniter parentatur. Oratio autem funebris in ejus exequiis Ragusii habita, qua præclara ejus gesta narrantur, typis consignata dicitur, in eàque etiam asseritur Chrysostomum Trident. interfuisse Concilio, quod utique verissimum est; Ut enim habetur in libro impresso Venetiis in 4. anno 1552. sub signo spei cum hoc titulo: *Generale Concilium Tridentinum continens omnia, quæ ab initio usque ad finem in eo gesta sunt*, ad finem videlicet earum Sessionum, quæ sub Paulo III. Tridenti celebratæ sunt, antequam Concilium Bononiam transferretur, inter Abbates.... adfuit *Chrysostomus Neapolitanus*, qui procul dubio est Chrysostomus Gemilianensis, Neapolitanus dictus, quia ex Neapolitano Regno; quod plerisque aliis contigisse, nimirùm ut Neapolitani vocentur, quamvis aliis in Urbibus, vel Provinciis Regni ejusdem exortis, haud semèl supra monuimus. Idem adhùc evidentiùs constat ex Philippi Labbei Conciliorum tom. 14. col. 751. in Conc. Trid. Ses. 5. anno 1546., ubi inter Abbates, qui eidem Sessioni præsentes fuerunt, recensetur *Rev. D. Chrysostomus Gemilianensis Abbas SS. Trinitatis de Cajeta Calaber*; Imò (ut narrare pergit Labbeus) col. 773. 775. 786. & 789. Chrysostomus interfuit etiam Sess. 7. & 8. celebratis Tridenti anno 1541., demùmque Sess. 9., ac 10. habitis Bononiæ eodem anno.

Nec cuiquam facessere debet negotium quòd in quibusdam impressis Concilii Tridentini exemplaribus, hunc præferentibus titulum: *Sacrosancti Concilii Tridentini Canones, & Decreta*, præsertìm in illo, qui excusus est Venetiis anno 1670. typis Conzatti in 8. ad calcem, in Catalogo *Legatorum*, *Patrum*, *Oratorum*, *& Theologorum*, *qui ad eamdem Synodum convenerunt*, *à principio usque ad finem*, *ad diem videlicèt 4. Decembris* 1553. sub Pio IV. Pont. Max. pag. 235. inter Abbates, quatuor dumtàxat è nostra Congregatione legantur, *Simplicianus* nimirum de Vultulina (de Valle Tellina) Ab. S. Salvatoris Papiæ, *Stephanus* Cataneus Novarien. Ab. S. Mariæ Gratiarum, *Augustinus* Loscus Hispanus Ab. S. Bened. de Ferraria, & *Eutichius* Cordes Antuerpien. Ab. S. Fortunati apud Bassanum; nam in ejusmodi libris nulla habitâ, vel ignoratâ illorum Theologorum ratione, qui primis illis sess. antè translationem Tridenti peractis, interfuerunt, ii tantùm recensentur, qui resumpto in Civitate Trid. Concilio fuerunt præsentes; imò nec omnes quidem, nam ut ex laudato Labbeo col. 815., aliisque Authoribus constat, duo etiam alii Abbates, *Marcus* nimirum à Brixia Ab. S. Vitalis Ravennæ, & *Eusebius* à Parma Ab. S. Mariæ Gratiarum sess. 13. ann. 1551. interfuerunt, quibus si tres illi, qui antè translationem adfuerunt Tridenti, *Chrysostomus* nempè Gemilianen., *Lucianus* de Othonibus, & *Isidorus Clarius* (de quibus suis locis) addantur, novem profectò inveniuntur Abbates, & Theologi à Casin. Congr. toto Concilii decursu, diversis tamen temporibus, Tridentum missi; quibus addas *Honoratum* Fascitellum Epum Insulanum Monachum olim Casinen., qui sub Julio III. eidem Concilio interfuit.

Antonius Gigante in Vitâ Ludovici Beccatelli Bononiensis, Archiepiscopi Ragusini, quæ extabat Ms. apud olim Equitem Prosperum Mandosium pag. 58.
„ Haveva intanto Ludovico per homo à posta significato alli Signori Ragusini la
„ volontà del Pontefice, e messi loro in considerazione quattro soggetti, di uno
„ de' quali essi facessero elezione, ò non restando sodisfatti di quelli, ne elegesse-
„ ro un altro à gusto loro, à favore di cui egli farebbe la rassegna. I nominati da
„ lui furono Monf. Cirillo allhora Commendatore di S. Spirito, il P. Frate Angelo
„ Giustiniani, che poi fu Cardinale, Francesco Martelli da Reggio, che era stato
„ suo

„ suo Auditore, mentre fu Nunzio à Venezia, & il P. D. Crisostomo Calvini di Ca-
„ labria dell' Ordine di Monte Casino, tutti homini insigni, e per bontà, e per
„ dottrina, e per esperienza di qualsivoglia grado, e dignità &c. Vedendo esser ta-
„ le l' ordine del Papa, risolsero di eleggere frà li nominati il P. D. Crisostomo, come
„ persona più atta di tutti, sì per aver la lingua del Paese, come per esser prattico
„ del governo di quella Chiesa, essendosi gli Arcivescovi passati in molte cose ser-
„ viti dell' opera di lui &c. „

De eodem novissimè Felix Egger Idea Ord. Hier. Bened. tom. 1. par. 2. dissert. 3. art. pag. 234. In nostris Reg. pag. 233. *Archiep. Rag. pietate, & Relig. insignis, fuit ad Conc. Trid.*

CHRYSOSTOMUS nobili familiâ Nicolini Florentiæ natus, ibidèmque in Monasterio S. Mariæ, quod Antonomasticè Abbatia (vulgò Badia) nuncupatur, Monachus fieri obtinuit anno 1586. dies 1. Nov., quem Vitæ Sanctimoniâ plurimùm floruisse, multisque à Deo revelationibus, apparitionibus, ac divinis colloquiis fuisse illustratum, ejusdem Abbatiæ Florentinæ monumenta * testantur. In linguæ verò Græcæ studio admodum profecisse disertè probat opusculum S. Jo. Chrysostomi è Græco in Hetruscum sermonem ab eo translatum, cujus titulus est,

* Necrolog. Monach. Ab. Floren.

Ragionamento di S. Giovanni Crisostomo Arcivescovo di Costantinopoli, dove prima esorta al rammentarsi di Dio, e de' Giudicii suoi, & insegna, come si habbia à stare nelle Chiese per udire gl' ufficii divini; di poi affettuosamente invita all' opere della pietà, & biasimando i vizii, mostra i rimedii loro dalle sacre lettere: nuovamente tradotto di Greco in Toscano per D. Crisostomo Nicolini Monaco della Badia di Firenze, al Signor Filippo Averardo Salviati. Extat Ms. Romæ in Bibl. Sapientiæ in 2. tomo Miscell. Sacr. Constan. Cajet. pag. 236. dividitur in capita 18. constatque paginis integris 16.

Sed cum inter opera D. Jo. Chrys. typis edita, quæ vidi, & in Guilielmi Cave hist. Liter. Scriptor. Eccles., ubi diligentissimè opera S. Jo. Chris. tùm genuina, tùm suppositititia recensentur, ejusmodi opusculum minimè invenire potuerim, suspicio orta est, vel illud ejusdem S. Doctoris opus non esse, vel ex diversis Chrysostomi locis à Nicolino, vel alio aliquo in unum opusculum conflatum, sicut idem Cave LIX. homilias ad Populum Antiochenum, quæ in quamplurimis latinis editionibus XXI. ejusdem S. Doctoris genuinis homiliis, ad prædictum Pop. Antioch., subnectuntur, nihil aliud esse affirmat, quam apandismata quædam, & Centones ex aliis Chrysostomi operibus præsertìm ex ethicis locis consarcinatos, ut etiàm in notis suis monet Fronto Ducæus Soc. Jesu.

De eo Plac. Puc. in Chron. Abbat. Flor. pag. 143. Petrus Ricord. Hist. Monasticæ Dial. 1. pag. 4. cujus Interlocutorem eum constituit.

CLARA MARGARITA COZZOLANI patriâ Mediolanen., Monastico D. Bened. sodalitio in S. Radegundis Virginum Collegio, quod Congr. nostræ subest, in eadem sua Patriâ an. 1620. nomen dedit. Hæc à Phil. Pic. C.R.L., in Athenæo Liter. Mediol. pag. 747. celebratur ab ingenii præstantiâ, & à Musicæ facultatis peritiâ, qua Dei laudes non solum ipsa scientissimè canere, sed etiam alios suavitèr modulari percupiens, plura musica opera in lucem emisit, nempè.

1 *Primavera di fiori Musicali à 1. 2. 3., e 4. voci dedicata all' Emo Signor Cardinale Monti Arcivescovo di Milano* 1640.

2 *Mottetti à 1. 2. 3. 4. voci al Sermo Prencipe Matthias di Toscana. Venezia* 1642.

3 *Scherzi di Sacra Melodia; Venezia* 1648.

4 *Salmi à 8. voci concertati con Mottetti, e Dialogi à 1. 2. 3. 4., e 5. voci all' Illmo Monsf. Baduer Vescovo di Crema. Venezia* 1650.

Eam

Eam hoc encomio prosequitur modò laudatus Pic. „ Frà queste Religiose (di S.
„ Radegonda di Milano) merita sommi vanti D. Chiara Margarita Cozzolani.
„ Chiara di Nome, mà più di merito; e Margarita per nobiltà d' ingegno, rara,
„ ed eccellente, che sè nell' anno 1620. ivi s' indossò quell' habito sacro, fece nell'
„ esercizio della Musica riuscite così grandi &c.

CLEMENS ARCELLI nobilis Placentinus S. Sixti Alumnus factus anno ..... & postea Decanus, Vir simplex, & rectus, qui floruit circa an. 1626. scripsit sincero, & minimè fucato stylo, qui propterea veritatem prodit, & undique pietatem spirat, Petr. Ant. Tornamira teste.

Vitam, & Miracula Ven. Servi Dei Hieronymi Arminii, qui obiit Placentiæ magnâ Sanctitatis famâ eodem an. 1626, quæ Ms. asservatur in Bibli. ejusdem S. Sixti. Nos autem tam de Clemente, quam de Hieronymo agimus etiam in nostro Catalogo Virorum Sanctitate Ill. ex nostra Congregatione.

CLEMENS DE RODULPHIS à Novellaria S. Benedicti de Mantua sodalis anno 16. fuit Vir inculpatæ Vitæ, Decanus, & Tyronum Magister; Moralis scientiæ studiosissimus, quam plures annos docuit, & Caramuelis doctrinæ impensè addictus, edidit libellum, Augustino Isimbardo Ep: Cremon. dicatum, in quo DD. Auctoritates, aut potius Allegationes ad Tractatus morales pertinentes disposuit pro Parochorum utilitate, cum hoc titulo.

Directorium Parochorum, omnia ad eorum potestatem, decentiam, & obligationem spectantia compendiose complectens. Brixiæ 1679. apud Jacobum Turlinum in 12. pagg. 281. præter Eplam nuncupatoriam.

COELESTINUS Botta patria Cremonensis, Monachus Ord. Bened., uti vocatur à Francisco Arisio Cremon. Liter. tom. 1. pag. 240. ad ann. 1427, diciturque acri præditus ingenio fuisse, & Philosophicis, Theologicis, & Legalibus scientiis investigandis magno studio incubuisse, scripsisse autem

1 De Veneratione Sanctorum lib. 5.
2 De non alienandis Bonis Ecclesiasticis lib. 3.
3 De Puritate cordis lib. 2.

Non tamen explicat Arisius fuerit ne Cœlestinus Congreg. nostræ Monachus, vel in quo Cœnobio professionem emiserit: potuit quidem esse, cum an. 1427, quo iste floruisse narratur, nostra Congreg. jam ab annis XVII. extaret; Sed cum certa documenta ad id probandum hactenus mihi deficiant, rem in ancipiti relinquo, donec alterutrum liquido constet.

COLUMBANUS A BOBIO Scholasticis literis præcipuè Philosophicis enituit sæculo XVI; Mediolani namque in nostra Bibl. Glassiatensi anno 1688. vidi, cursim licet, satis prolixa Commentaria in plerosque Aristotelis libros ab eo composita, videlicet

1 *Commentaria præclara in quatuor priores libros Arist. de physico auditu* an. 1572. 2 *In IV. posteriores ejusdem libros de eodem physico auditu*, an. 1580. 3 *In quatuor libros de Cælo, & Mundo* an. 1584. 4 *Commentaria in 1. 7. 8. 9., & 12. lib. Metaphysicorum Aristotelis* 1586. magna sane volumina in fol., & ut ibi dicitur, maximis laboribus confecta: ubi etiam vidi quædam alia volumina rerum philosophicarum eàdem prorsus manu exarata. In nostris Regestis inter Alumnos laudati Cœnobii Glassiaten. invenitur D. Columbanus à Bobio cognomine *Querclus*, Professus ibidem an. 1564., die 20. Augusti, ac deinde an. 1602. Abbas Cæsenæ, quem ratione temporis, ac Patriæ horum Commentarior. Authorem existimo.

COLUMBANUS BORDONUS Ticini Regii, seu Papiæ, patrium solum obtinuit, ibique in S. Salvatoris Cœnobio Monasticum induit Cucullum an. 1605. die 21. Nov., animum vero bonis literis, tàm soluta oratione, quàm metro devincta,

C

vinctâ, sedulò excoluit. Itaque in Monasterio S. Justinæ cum degeret, habuit.

1 *Orationem in Festo S. Justinæ*; scripsit quoque

2 *Relazione della Traslazione di Santa Giustina*.

3 *Variæ* quoque *inscriptiones*, quæ pluribus in locis Ecclesiæ, & Monasterii S. Justinæ, præsertìm verò supra Januam *Cellerariæ*, uti vocant, Gymnasii, & Bibliothecæ leguntur, ejus ingenii sunt fœtus, ut Valerianus Castillionæus (de quo infra) testatur in Ep.; ubi de supradictâ Columbani Oratione fert judicium.

COLUMBANUS nobili genere Brixiæ ortus familiâ de Bressaninis, in S. Benedicto Mantuano Monasticæ militiæ rudimenta posuit ann. 1569. die 20. Nov. Floruit literis sacris, humanisque, Linguarum cognitione, & Musarum cultu, suorumque studiorum fructum edidit unà cum Nicolao à Salodio * Monacho itèm Mantuano,

* Salò ad Lacum Benacum,

1 *Epitaphia*, *& Elogia tam Græca*, *& Hebraica*, *quam etiam Latina*, *Italica*, *& Hispanica* insculpta apud Campesium in tumulo Theophili Folengii, aliàs Merlini Coccai, unde illa Ant. Wion diligenter exscripsit, & in 1. tomo lib. 2. cap. 18. pag. 464. *Ligni Vitæ* imprimenda curavit, provido sanè, prudentique consilio, nam secus ex eodem tumulo temporis longævitas, ac loci situs ea penitus delevisset, uti reverà haud ita multò post delevit, ab Angelo propterea Gryllo, aliis eorum vice substitutis. Transtulit insuper ex Latino in Bergomense Alpinorum Rusticorum vernaculum idioma,

2 *Metamorphoses Ovidianas* circa an. 1630. ut refert Jo: Marius Crescimb. in Hist. Vulg. Poeseos lib. 1. in fine; Necnon Jo. Cinellus Bibl. Volant. plut. 7. pag. 104. ubi Academici quoque Aldeani, idest Nicolai Villani hac de re testimonium adducit his verbis „ Nicola Villani à carte 71. 88. 89. &c. fa menzione con gran lo- „ de d' una Trasformazione delle Metamorfosi d' Ovidio in lingua Bergamasca di „ D. Colombano Monaco Casin. Gentilhuomo di Brescia: e perche quella fatica è „ mano scritta, per un saggio ne da in luce alcune, che quivi possono vedersi. Nicolaus autem Villani meminit Columbani à Brixia in libro, cui titulum fecit *Ragionamento dell' Academico Aldeano sopra la Poesia Giocosa de' Greci, de' Latini, e de' Toscani, con alcune Poesie piacevoli del Medesimo Auttore. In Venezia 1634. Appò Gio: Pietro Pinelli in 4.* & primo pag. 70. sic de eo loquitur „ Porremo in „ questo luogo una bellissima Parodia in lingua Bergamasca ad una ottava delle „ Metamorfosi dell' Anguillara composta da un gentilissimo Poeta. L' Anguillara „ dice così,

Pria ch' il Ciel fusse, il mar, la terra, e 'l foco
Era il foco la terra, il Cielo, e il mare.
Ma il mar rendea il Ciel, la terra, e 'l foco
Deforme il foco, il ciel, la terra, e 'l mare
Ch' ivi era, e terra, e Cielo, e mare, e foco
Dov' era e Cielo, e terra, e foco, e mare.
La terra, il foco, e 'l mare era nel Cielo.
Nel mar, nel foco, e nella terra il Cielo

La Parodia del Bergamasco dice così.

Dò ghera erbe, formai, butir, e Euf,
Li ghera, Euf, butir, erbe, e formai,
Formai, erbe, butir composta coi Euf,
Butir coi erbe, e insèm i Euf col formai.
Ol formai col butir i erbe coi Euf,
No iera butir, Euf, erbe, e formai.
Ol Sguatter, che compos questa mesture
La chiamè Torta, e xi se chiama ancura.

Deinde sequitur de nostro Columbano sic disserens „ Habbiamo poi un Nembo di altre Poesie, che ne Dramatiche sono, ne narrative; ma sono per lo più „ sentenze, capricci, e fantasie, che dall' istesso Poeta ne vengono raprefentate. „ E queste sono i Capitoli, le Canzoni, le Canzonette, i Cantici, i Sonetti, i Madrigali, le Frottole, i Rispetti, i Desperati, le Ballate, le Barzellette, le Stampite, i Riboboli, gli Strambotti, gl' Indovinelli, e tutte le altre maniere simiglianti, che sotto il capo vengono della Lirica poesia.

Pag. itèm 88. redit Aldeanus ad Metamorphoses Ovidianas à Columbano translatas, inquiens „ Tali sono le Trasformazioni d' Ovidio, trasformate di „ novo in lingua Bergamasca da un che s' appella;

Baricol Dottor di Val Brembana,

„ Con trasformazione ancora della sentenza, e tall' ora di parte dell' argomen- „ to. Questo Poema, secondo il mio parere, giostra del pari, e forse avvanza „ tutti gli altri, che in sì fatto genere di poesia composto ànno per fin quì gl' Ita- „ liani. Trovasi scritto a penna in varj luoghi, e particolarmente nella libreria, „ che fu del Sig. Card. d' Este. E degno è per certo di venire ormai alla luce del „ mondo, e di esser consacrato per via delle stampe all' immortalità. Il vero suo „ autore fu Don Colombano Monaco Casinense, e Gentilomo di Brescia; Ma per- „ che egli si veggia, che noi ragionevolmente lodiamo questo autore, e per fare „ anche venir voglia ad alcuno di cavarlo fuora, porremo in questo luogo il prin- „ cipio del suo primo canto, secondo che ne è stato trasmesso da un' amico nostro.

Intitulatiù del prum tratàt de ste Cantastorie.

Le Muse dol Parnas Comina, e Zuana
Ol merdasorles me han intulat.
Baricocol, Dottor de Val Brembana
A Zanpeder Fritada m' ha indrizat
Dignissem Presidet de la Duana,
E in l' art de la Cusina dottorat
Opera de gran spasi, e utilità
A Tugg' color, che n' han oter da fà.

Inagg ch' agh fus ol mar, la terra, e 'l Cil,
Nè ghera indrigg gne invers della natura
Ma la pariva prope un gran Porcil
Perche tugg i elemegg jera sotsura.
Ol dur col tender, e 'l gros col sutil
Favan tugg quangg insem una mestura.
L' umid col sec, col fred urtava ol cald
Ol gref contro al lezer gha stava sald.

Dol Merdasorles d' Uvidi Ol liber prum.

La Voluntat am tira a plu podì
A cantà cert menestre rescaldade,
Persò aspreghe tugg quangg o i me Fachì
A dam alturio a dì quater bajade.
Zà che si stagg casù de fam scrivì
In lengua, come s' usa in le valade:
E azzò che ognù lezend sto scartafazz
Am daghe del Poeta in sùl Mostazz.

Sequuntur aliæ Octavæ Rythmicæ, ejusdem generis, & linguæ usque ad numerum 200. In nostris Regestis pag. 40. Sic de eo dicitur. Plura scripsit *linguâ Bergomensi*. Ejus autèm opus Metamorphoseon Ovidii translatarum &c. extat Ms. etiàm Brixiæ in Bibliotheca Monasterij nostri S. Euphemiæ unà cum alijs ejusdem lucubrationibus poeticis eadem linguâ Bergomensi.

CONSTANTINUS BELLOTTUS patriâ Biditiolensis * Professus S. Jo. Evang. Parmensis Urbis factus est ann. 1558. die 12. Junii, ac deindè S. Michaelis de Teliore (qui est vicus Diœcesis Parmensis) Prior, ut dicimus, *Titularis*. Hic Sanctiss. Pont. Gregorium M. ex Benedictinorum albo ab Emo Card. Baronio expunctum, claro, eruditoque volumine, Dialogi methodo composito, (quod etiam Constantinus Cajetanus non uno libro præstitit) Ordini nostro egregiè vindicavit, ac jure optimo restituit: Quamvis autem Ant. Gallonius Romani Oratorii Presbyter, Baronii vindex, seu potiùs ipsemet Baronius sub ejus nomine, apologeticum pro sua assertione contra C. Bellottum ediderit an. 1604. & quidem satis acerbè, cui plures alii Authores adstipulati sunt, quos videas apud Dupinium Novæ Bibl. Eccles. tom. 17. pag. 133. Constantini tamèn Sententiam, imò totius antiquitatis, eruditissimi quique ex nostro Ordine propugnarunt, scilicèt præter supralaudatum C. Cajetanum, Matthæus quoque Lauretus, Raynerius Anglus, Angelus de Nuce, & novissimè celeberr. atque doctiss. Jo. Mabill. Opus Bellotti hunc titulum præfert.

* Bidixxolo, in territorio Brixiano antiquum Oppidum ad ripam Benaci lacus vulgò Lago di Garda.

Gregorius M. Instituto Sanctissimi P. Benedicti restitutus; opus tribus colloquiis distinctum; Brixiæ in ædibus Polycreti Turlini anno 1603.

Alle-

Allegatur, & laudatur, à Bened. Hæpht. Prolegom. 19. in vitam S. Bened., & in Comment. in cap. 1. Reg. num. 14. ab Angelo de Nuce in Notis ad Chronic. Leonis Ostien. cap. III. pag. 551. num. marginal. 2016. ubi loquens de Monachatu Benedictino S. Gregorii M. „ Qua de re (inquit) egregiam operam exantlavit „ præter Bellottum, & Cajetanum, Raynerius de antiquitate Benedictinorum in „ Anglia „ Ab Andrea Raynerio Abbate olim Parmensi in Hist. paneg. S. Anselmi tom. 1. in præfatione ad Lectorem. A Ludovico Jac. à S. Carolo in Bibl. Pontificia lib. 2. A prælaudato Jo. Mabill. in Bibl. Eccles. ad calcem Tractatus *de Studiis Monasticis*. A Leone Allatio in Apibus Urbanis pag. 273. in Syllabo Authorum, quorum opera, scriptisque est usus. L. C.

CONSTANTINUS CAJETANUS natione Siculus, patriâ Syracusanus ex Familiâ tamen Pisis oriundâ, quam eamdem esse cum stirpe Gelasii II. Pontificis Max. ex Cajetanis Urbis Cajetæ Ducibus, & Campaniæ Principibus, idem Constantinus asserit in vita ejusdem Gelasii à Pandulpho Pisano olim conscriptâ, & ab eo Commentariis illustratâ, atque editâ; Natus est anno 1560. patre Barnaba Senatore Syracusano, & Equite Regio, ex Marchionibus Sortini, & Principibus Cassari, Octavii, & Alphonsi Cajetani Soc. Jesu Frater. Ingressus vero Monasticam Religionem Catanæ apud S. Nicolaum de Arenis an. 1586. die 29. Oct., humanis, divinisque scientiis apprimè floruit, magnamque nominis celebritatem ex Ecclesiasticæ antiquitatis eruditione planè singulari sibi comparavit, præsertim in eruendis è latebris, atque tenebris rerum præclarè à Benedictinis, quà scripto, quà facto gestarum, illustribus, gloriosisque memoriis; Quamobrem, assumpto Vindicis Benedictini titulo, plurimùm gloriabatur. Incredibile autem dictu est, quot lucubrationes scripserit, quot opera aggressus fuerit, licèt non omnia perpolire, & ad severioris critices amussim corrigere potuerit. Catholicæ Religionis zelo æstuans, Gregorianum Collegium Romæ in Transtyberina Regione, propè Ecclesiam S. Benedicti in Piscinula, excitare est adortus, eo quidèm consilio, ut Religiosi Alumni sub D. Benedicti institutis militantes, exemplo majorum adversus Catholicæ veritatis hostes calamo, & voce inde in aciem prodirent, quarto propterea ad id voto constricti. Cujus etiam Collegii an. 1621. ipse Constant. Præsidens à Pont. Max. est constitutus. Licet autem opus adeò egregium, variis de causis, perficere, ac stabilire non potuerit, ejus tamen occasione, ut refert Anton. Mongitore in Bibl. Sicula verbo *Constantinus Cajetanus*, Gregorius XV. Collegium de Propaganda Fide Romæ erigi ad radices Montis Pincii, eique superiùs laudatum Collegium à Constant. cœptum uniri jussit, ingenti adeò Catholicæ fidei utilitate, & amplificatione, ut omnes noruat; institutæque à se ibidem Sac. Cardinalium Congreg., Cajetanum Consultor. creavit, cui propterea moriens idem Constant. libros suos, aliaque omnia, quæ habuerat, testamento legavit, cum jampridèm Sum. Pontificis authoritate extractus è Claustris, & à Regularium Prælatorum subjectione exemptus fuisset, ut prædicti Collegii Gregoriani ædificationi, ac regimini commodiùs, ac faciliùs vacare posset, quod quidem laudabile opus molitum se esse non satis existimans, calam... m quoque contrà hæterodoxos validè strinxit, libris haud vulgaris doctrinæ in lucem editis; Clementi VIII., Paulo V., Gregorio XV., Urbano VIII., & Innocentio X. Summis Pontificibus ob Ecclesiastic. rerum eruditionem valdè fuit acceptus, nam à Paulo V. titulo Abbatis S. Baronti Pistorien. Diœc., Abbatiæ nostræ Florentinæ adnexi, insignitus, à Gregorio XV. redditibus Prioratus S. Mariæ de Latinâ in Siciliâ (qui tamen nostræ Congreg. minimè est) donatus fuit, ut ex Roccho Pyrrho, de Abbatiis Siciliæ, refert Anton. Mongit., loco suprà citato, nominibusque *familiaris*, & *Continui Commensalis sui* decoratus, ut ex Bulla Erectionis Colle-

Collegii Gregoriani data an. 1621. die 18. Maii, quæ legitur in Bullario Casinensi Cornelii Margarini tom. 1. pag. 300. & seqq. Ipse Constantinus in impressis libris, & iisdem Pontificibus dicatis, se ipsum S. D. N. & Apostolicæ Sedi *à sacris, & secretis Literarum monimentis* appellat, quæ causa fuit, ut à nonnullis Scriptoribus Historiographus Romani Pontificis nuncuparetur. Imò Bernardus Clavellus, Plac. Puc., & Anton. Mongitore ajunt Constant. à Paulo V. opera Cardinalis Baronii, cujus ille præclarissimos labores in adornandis Ecclesiasticis Annalibus pro virili adjuvabat, Vaticanæ Bibliothecæ Custodem fuisse electum. Verum hac de re diligenti factâ perquisitione in Catalogo Vaticanæ Bibl. Custodum, nulla Constantini mentio inventa est: Sed nec Angelus Rocca tom. 2. suorum operum novissimæ Romanæ editionis anni 1719. pag. 199., ubi Custodes omnes Vaticanæ Bibl. recenset, eum inter illos enumerat; Nec ipse Constantinus umquam se Bibliothecæ Vaticanæ Custodem nuncupat, nuncupaturus certè, si reverà à Paulo V. electus, & à Successoribus usque ad Innocentium X. ut vult Mongitorius, confirmatus fuisset: Extat quidem in Bibl. Sapientiæ Romanæ in 1. tom. Miscellan. prophan. ipsius Costant. Cajet., Epistolæ cujusdam, an. 1612., ad eum inscriptio: *Al Molto Rev. Patre D. Constantino Cajetano Decano Casinense, e Archivista Apostolico meritissimo*. Crediderim igitur ipsum, annuente, vel hortante Pontifice in Vaticana Bibliotheca, vel etiam in Apostolico Archivo diutius versatum, libros omnes ad libitum, veluti peculiari facultate sibi à Pontifice tributa, pervolutasse, atque hinc ortam opinionem, quod ejusdem Archivi, vel Bibliothecæ Custos fuerit.

In hist. Arpin. lib. 6. pag. 239.

Sed inter ea, quæ Cajetanum celebrem admodum reddiderunt, fuit liber de Imitatione Christi, quem Thomæ Kempensi abjudicavit, & Jo. Gesseni, vel Gerseni Abbati Vercellensi attribuit, imò potius restituit; Acribus namque studiis diù, ut ipsemet Cajetanus asserit, inter Gallos, & Theutonicos de Auctore aurei Opusculi concertatum fuerat, aliis Thomam Kempensem Theutonicum, seù Belgam, Canonicum Regularem, aliis Jo. Gerson Gallum Cancellarium Parisiensem ejus libri parentem autumantibus, dumquè illi adhuc de Authore altercarentur, Cajetanus reperto in Aronensi Codice (nam erat antiquorum monumentorum diligentissimus pervestigator) gemino libri parente, litem ab ipsis ad Benedictinos, & Canonicos Regulares avertit, quod sanè disceptationes peperit majores, & celebriores; nam pro Gersene, præter alios, plures etiam ex D. Mauri Gallicana Congreg., & quidem eruditissimi, invictè pugnaverunt. At Constantinus ad extremum usquè senium studiorum, ac scriptionis perductis laboribus, nominisque immortalis gloriâ apud posteros stabilitâ, naturæ tandem debitum persolvit Romæ an. 1650. ætatis suæ circiter 90., & in supramemoratâ Ecclesiâ paræciali S. Benedicti in Piscinula, haud longè à prædicto Gregoriano Collegio, quam fuisse paternam domum ipsius S. Benedicti idem Cajetanus affirmat, sepultus fuit, qua de re in absolutissima descriptione Italica recentioris Romæ nuper factâ, ibidemque impressâ anno 1708. per Michaelem Angelum, & Petrum Vincentium Rossi Bibliopolas tom. 2. pag. 158. sic legitur.

„ Giace quì sepolto dalla parte del Vangelo, Costantino Cajetano Monaco Be-
„ nedittino assai dotto, senza veruna memoria, il quale morì alli 7. del mese di
„ Settembre del 1650. in età di 85. anni, avendogli accelerato la morte un suo fa-
„ miliare, che gli rubbò diversi codici Mss. della sua Bibliotheca collocata nel già
„ vicino Ospizio de Benedettini Oltramontani, situati presso la Chiesa di S. Cecilia,
„ ed ora trasferito altrove „. Sed jam Constantini opera videamus.

Opera impressa.

1 *Sancti Petri Damiani S. R. E. Cardinalis, & Episcopi Ostien. opera, multis ex Biblio-*

Bibliothecis collecta, argumentis, observationibus, notisque illustrata tom. 1. *continens Epistolarum lib.* 8. Romæ ex Typographia Aloysii Zannetti an. 1606. in fol. Paulo V. Pont. Max. Quæ quidem notæ doctæ sunt, ac præclaræ, veram, & Catholicam doctrinam sapientes, quidquid in oppositum blateret Gaspar Zieglerus in *Sidirozilo* Ecclesiastico edito Wittembergæ 1672. cap. xi. a §. 7. usque ad §. 16., ubi ejus explicationes, & notas in Epistolam ad *Firmum* refellere, & confutare frustrà, ac perperàm nititur. 2. *Tomus Secundus* complectens *Sermones de Sanctis, & Sanctorum historias* Romæ apud Gulielmum Facciottum an. 1608. in fol. 3. *Tomus tertius* continens *opuscula Theologica, & moralia*, Romæ anno 1615. ex Typographia Mascardi in fol. Hi tomi tres simul recusi sunt Lugduni an. 1623., sumptibus Claudii Landri in fol. 4. *Tomus quartus pias quasdam orationes, ac diversi generis metra, & Rythmos exhibens*, cui adduntur Collectanea in vetus testamentum, ex opusculis ejusdem Damiani ab Anonymo illius Discipulo excerpta, & Petri de Honestis Clerici Ravennatis Regula Clericorum ante annos 500. scripta; quibus omnibus præmittitur ejusdem Cajetani Apologetica præfatio pro libris S. Petri Damiani, contrà Gabrielem Pennottum Canonicum Regularem, Authorem Historiæ tripartitæ Ordinis sui; Romæ anno 1640. Urbano VIII. Pont. Max.

Quatuor hi tomi simul prodierunt etiam Parisiis sumptibus Caroli Castellain 1642., & iterum 1663. in fol. Epistolæ verò seorsim editæ fuerant cum notis ejusdem Cajetani Parisiis 1610. in 4.

5 *B. Amalarii Fortunati Ord. S. Benedicti Cardinalis, & Archiepiscopi Trevirensis Vita*. Romæ Typis Jac. Mascardi 1612. ad Scipionem Card. Burghes. in 4.

6 *De tribus Sanctis Ildephonsis*. Venetiis.

7 *SS. trium Episcoporum Religionis Benedictinæ luminum, Isidori Hispalensis, Ildephonsi Toletani, Gregorii S. Romanæ Ecclesiæ Card. Episcopi Ostiensis Vita, & actiones recensitæ, ac notis illustratæ*: Addidit ex sua Bibliotheca aliquot ejusdem S. Isidori scripta nondum edita. Romæ 1616. apud Jac. Mascardum in 4. ad Philippum III. Hispaniarum Regem.

8 *Animadversiones in vitam S. Anselmi Episcopi Lucensis*; leguntur inter monimenta contra Schismaticos à Jacobo Gretsero Soc. Jesu publicata. Ingolstadii 1613. in 4.

9 *Venerabilis Viri Joannis Gersen Abbatis Ord. S. Benedicti, de Imitatione Christi lib. 4. recensiti, & permultis in locis ex vetere Ms. Codice restituti*; Accessit ejusdem Costantini *Defensio pro hoc ipso Librorum Authore*; necnon eorumdem Librorum methodus practica, & brevis Epitome ex eo met opere depromptæ, in quibus vitæ perfectæ forma describitur. Romæ ex Typogr. Jac. Mascardi 1616. in 12. Ad Paulum V. Pont. Max. Contrà hunc librum scripsit Heribertus Rosweidus é Soc. Jesu, cui statim respondit Cajetanus, recuso supradicto opere, & addito libello cum hac Inscriptione

10 *Concertatio priore editione auctior, cui accessit Apologetica responsio pro hoc ipso Librorum Authore Jo: Gersen, adversus Heribertum Rosweidum* Romæ 1618. in 8. & Parisiis an... Ann. autem 1644. iterum edidit librum alium cum hoc titulo.

11 *Gersen restitutus*, sivè *Apologetica responsio pro magno Dei Servo Jo. Gersen Abbate Italo Benedictino, germano Authore librorum 4. de Imitatione Christi adversus Vindicias Kempenses Heriberti Rosweidi Soc. J.*, necnon adversus libellos omnes, qui ad hanc usque diem pro Thoma Kempensi editi sunt, venerabilium P. Canonicor. Regularium S. Augustini Italor., Gallor., Belgar., Germanor., vel aliarum quarumcumque nationum. Romæ 1644. ex Typogr. S. Congreg. de Propaganda Fide in 8. Bernardino Spadæ S. R. E. Card. & iterùm ibidèm Innocentio X. Pont. Max.

Hæc

Hæc autem Constantini assertio veluti bellicum cecinit, pluresque Authores in contrarias acies armavit, nam pro Thoma Kempensi calamos exercuerunt præter RosWeidum, & Nicolaum Desnos, Frontonus, & Zerlinus Canonici Regulares, Gregorius Hesserus, Jo. Bollandus, Theophilus Raynaudus, Ribadeneira, Schulengius, Gautierus Soc. J., Henricus Somalius, Gabriel Naudæus, Chiffletius, Cancus Abbas Barlenensis, aliique, & novissimè Anonymus Canonicus Regularis editis *Vindiciis Kempensibus*. At pro Gersene aperto marte pugnarunt Julius Nigronius, Bernardus Rosignolius, & Jac. Sirmondus è Soc. J., quibus accessit Jo. Launojus Theol. Parisien. ex Monachis verò nostri Ord. Robertus Quadrimarius, Francisci duo Walgravius, & Delfavius, & Jo. Mabill. evulgatis anno 1677. *Animadversionibus in Vindicias Kempenses*, quæ Adversariis silentium imponere visę sunt. Porrò de universa ista concertatione integram dissertationem scripsit Ludovicus Dupin. ad calcem *Novæ Bibliothecę Scriptorum Ecclesiasticorum* Sæculi XV, ubi tamen proniorem se in Gersonem ostendit.

12 *De Monachatu S. Gregorii M.*, *ejusque Discipulorum l.* 2. Augustæ Vindelicorum apud Jo. Krugerum 1610., & Salisburgi 1620. Hujus operis meminit Georgius Draudius Bibliot. Class. pag. 38., & Angelus de Nuce Notis in Chronicon Leonis Ostien. pag. 551. numero marginali 201. Laudatus autem Mabill. pro eodem D. Gregorii Monachatu Benedictino insignem libellum edidit anno 16..... Qua de re vide præallegatum etiam Dupinium ejusdem Bibliothecæ tom. 17. pag. 133. editionis Amstelod. 1710.

13 *Libri duo* pro Joanne Diacono S. R. E. Card. *de Monachatu S. Gregorii M.*, *ejusque Discipulorum*. Salisburgi 1620. in 4. Paridi Lodronio Archiep., & Augustæ Vindelicor: apud Jo. Kruger anno 1621. in 4., & Romæ 1620. in 8. adversus Neoterici cujusdam conjecturas ad Paulum V. Pont. Max. Hi libri pro Jo. Diacono, & de Monachatu S. Gregorii M. extant etiam Mss. in Bibliotheca Sapientiæ Romanæ, in tomo, cui titulus, *P. D. Constantini Cajetani opera Mss.*

14 *Historia Columbi novi Orbis Inventoris*, in qua manifestis rationibus probatur D. Bernardum de Bueill' Montis serrati Monachum, Indiarum primum Patriarcham, Romanique Pontificis Vicarium, una cum duodecim Religiosis Sociis novo Orbi fidem Christi feliciter primò invexisse; quæ quidem fortunata expeditio, Bueillii, Sociorumque consecrata sanguine, suscepta fuit ab Apostolicis viris anni 1493.

15 *De Erectione Collegii Gregoriani in Urbe Epistola Encyclica* ad Abbates, & Præpositos Congregationis, Romæ ex Typographia R. Cameræ Apostolicæ anno 1622. in 4. Hanc Epistolam sæpè citat Hæphtenus in Disquisit. Monast. sicut etiam libros de Monachatu S. Gregorii M., & libros duos pro Jo. Diac.

16 S. Columbanum Abbatem Bobiensem, & Luxoviensem cum suis, fuisse Ord. S. Benedicti, *Assertio*; Inter Scholia in vitam S. Magni * à Martino Abbate Forsensi * scriptam Augustæ Vindelic. 1627. in 8.

* Atagni Habet Leo Allatius. * Farfensi)

17 *Giudizio sopra la vita del Rè David scritta dal Sig. Ranuccio Pichi Segretario dell' Altezza di Parma*. Romæ anni 1631.

18 *Gelasii II. Papæ Sacri Casini Monachi ex Cajetanis Urbis Cajetæ Ducibus, Campaniæ Principibus, Vita à Pandulpho Pisano ejus familiari conscripta, nunc primùm edita, & Commentariis illustrata à D. Constant. Cajet. Gelasii ipsius Gentili, Abb. S. Baronti ex Congregat. Casin., atque Abbate Præsidente I. ac Fundatore Romani Collegii Gregoriani*. Romæ ex Typograph. Caballina anno 1638. in 4. ad Urbanum VIII. Commentariis autem hisce in Gelasii vitam additamenta plura subjecit ad calcem, à pagina scilicet 137. usque ad pag. 160.

19 *Vita, & Passio S. Erasmi Antiochiæ Episcopi, & M. Cajetæ Urbis Patroni*

scripta

scripta à Jo. Cajetano Casin. Monacho, qui & Gelasius Papa II. edita verò, & scholiis illustrata à D. Constant. Cajet. ejus Gentili. Romæ ex Typrophica Caballina anno 1638.

20 *Carmen in libros Ligni Vitæ, & eorum Authorem Arnoldum Wionem*, supra a me transcriptum in eodem Arnoldo, impressum Venetiis anno 1595. in prædicti ligni vitæ libro 1. una cum Epigrammate ejusdem Constantini ad ipsum librum.

21 *Lettera sopra il Crocifisso esistente nella Basilica di S. Paolo di Roma*, Edita in Epistolis memorialibus Abbatis Michaelis Justiniani tom. 3. Epistola 39. pag. 233. Romæ apud Tinassium 1675. in 12.

22 Latinitate etiàm donavit *Vitam Ven. Servi Dei Gargiæ Cisnerii Abbatis Montis ferrati*, hispanicè olim scriptam à Laurentio Ayala Benedictino Theologo, ut ipsemet Cajetanus perspicuè affirmat in sequenti libro par. 2. cap. 7. pag. 172.

23 *De Religiosa S. Ignatii, sive Enneconis Fundatoris Soc. Jesu per Patres Benedictinos Institutione l.* 1. Venetiis 1641. apud Chrystophorum Thomasinum.

24 *De Libello exercitiorum ejusdem ab exercitatorio Ven. Servi Dei Gargiæ Cisnerii Abbatis Benedictini*, magná ex parte desumpto, liber alter; Venetiis anno eodem. Probat autem in eo libro præter alia, Confessionis quoque Gen. usum antè S. ipsum Ignatium, ac insupèr meditandi modum per puncta, & etiam dimittendi à Religione eos, qui vota simplicia tantùm emiserant, apud Bened. viguisse; de quo tamen exercitiorum libello vide M. Ant. Scipionem gravissimum æquè, ac disertissimum Scriptorem in Elogiis Abbatum Casin. pag. mihi 76., & seq. Ego enim cùm nostratium Scriptorum libros referendos susceperim, jam tertiò profiteor, eorum assertiones, si quando alicui minus arrideant, approbare, vel contra quemlibet propugnare mihi mentem non esse, de earum veritate aliorum, quorum præsertìm interest, judicium esto. Ego eas, quo authoritatis loco sunt, planè relinquo; non enim criticam, sed historicam Bibliothecam compono.

Contra priorem librum, de religiosâ scilicet S. Ignatii per nostros institutione scripsit P. Jo. Rhò Soc. Jesu, edito libro, quem appellavit *Achates ad Constantinum Cajetanum*, sed utrumque legi Sac. Indicis Congreg. prohibuit. Verum quidem est librum de S. Ignatii, sive Enneconis religiosâ Institutione adulteratum, & corruptum ab aliquo nebulone, impressum fuisse. Quamobrem ipse Abbas Constantinus illum (sic impressum) respuit, tamquàm Benedictino Monacho, eoque Præsule indignum, Casinensi familiæ, quæ D. ipsum Ignatium in vivis agentem humanitate, ac cultu maximo Casini, & apud Albanetam, alibique prosequuta est, injurium, & denique venerationi, quæ Divo ipsi debetur Ignatio, haud satis congruum. Qua de re nupèr laudatus Marcus Antonius Scipio in Elogiis Abbatum Casin. pag. mihi 78. in appendice *de S. Ignatio Lojola complures dies pietatis studiis apud Albanetam animum excolente*, sic inter cætera loquitur „ Quo iniquiùs ferendum nobis est, ac dolendum magis, inventum esse
„ superioribus diebus nescio quem, qui opusculo D. Constantini Cajetani Abbatis,
„ pluribus jàm evulgatis reconditæ eruditionis lucubrationibus percelebris, præfixo
„ nomine Venetiis impresso, probrosa in S. Ignatium, ejusque Societatem inserere
„ sit ausus, quæ præterquam quod ab Authoris proposito themate, ac scopo aber-
„ rant longissimè &c. tantùm abest, ut prudens quisquam sibi persuadeat, ab ho-
„ mine religioso, eodemque Præsule, non tàm canicie capitis, quàm vitæ totius
„ innocentèr, laudabilitèrque traductæ famá venerando, exarata fuisse, typisque
„ Christiano Orbi ad legendum propinata &c. „ Idem sentire se testatur Daniel Bartholus in vita S. Ignatii Italicè scripta lib. 1. pag. 59. secundæ editionis Romanæ 1659. „ Certamente perche egli (Author scilicet prædicti libelli) contro ogni
„ dovere si è usurpato il nome di un Religioso del Ven. Ordine de' Monaci Casine-

si, quel-

„ si, quella savissima Congregazione non ne á sofferta la vergogna &c.„ statimque affert decretum Comitiorum Generalium Ravennæ celebratorum ann. 1644. contra Authorem talis libelli, quem ipsi etiam nostræ Congregationis Antistites, Constantinum Cajetanum, aliumvè nostri cœtus Monachum esse, minimè se credere profitentur. Sed hunc Cajetani librum corruptum, & depravatum fuisse, luce clariùs etiàm patet ex supplici libello sex paginarum in fol. ab eodem Constantino Sac. Indicis Congregationi oblato, qui Ms. legitur in 3. tomo Miscellan. Sacr. ejusdem Cajetani in Bibl. Sapientiæ Romanæ existente.

„ SS. D. N. Pont. Max. Innocentio X. atque Emis, & Revmis DD. S. R. E. „ Cardinalibus S. Congreg. Indicis &c. quibus singillatim enumeratis sic incipit. „ „ Iterùm provoco ad vos Principes Ecclesiæ militantis, Judices Consultissimi, „ nam cum Jo: Rhò magnam mihi intulisset injuriam, affirmando, me scripsisse „ calumnias contra Ven. J. Societatem, cum minimè scripsissem, quin imò falsitatis me accusans, falsas plurimas enumeravit contumelias, cùm nihil ejusmodi „ excogitaverim; non enim maligna illa contra Societatem scripsit, vel scribere „ potuit Constantinus, sed potius I. E. N., & quod mirum est, ex eadem S. S. qui „ anno x. antequam Constantinus suum composuisset, ipse librum ejusmodi ca- „ lumniis contextum, & fœtentem, juris publici fecit; cujus titulus est, *Vidà del* „ *Patriarcha San Ignacio de Loyola Fundador &c.* en Caragosa 1631. & Madriti la- „ tinè 1637., Hic est lapis offensionis, & petra scandali, occasio livoris, & odii, „ male parta contra Constantinum, ejusque librum, cum ejusmodi errores à N. ope- „ re translati fuerint in Costantini opus Venetiis post annos x. editum. Quapropter „ vocatus à vobis Emis Principibus S. Congreg. Indicis, innocentiam suam ape- „ riens contextis calamo verbis sic locutus est.

Emi, & RR. DD. S. R. E. Cardinales &c.

„ Postquam Venetiis editus fuit liber noster de Religiosa S. Ignatii, sive Enneco- „ nis Fundatoris Soc. J. per Patres Benedictinos institutione aliquot scatens errori- „ bus, utpotè inter alia, literà illà Florentinorum &c. Sac. Congreg. Emorum „ Cardinalium Indicis librorum petiit, & habuit à me copiam recti originalis, & „ cum ultrò dedissem in fine illius manu mea signatum ita notavi. Ego D. Constan- „ tinus Abbas Cajetanus Syracusanus Romani Collegii Gregoriani Præses Ord. S. „ Bened. affirmo, superiores duos libros, cum Præfatione ad illos à me fuisse con- „ scriptos, atque in eis scribendis conatus meos adhibuisse, ut Apostolicæ Sedis le- „ ges, & decreta persanctè servarem; Quamobrem, quæ Veneta editio nomine „ meo impressa, atque ab hoc meo exemplari diversa, & quidèm religiosis auri- „ bus offensiva, continet, tamquam non mea, respuo, & infringo. In cujus rei „ fidem hanc apocham mea manu scripsi, subscripsique hac die 10. Martii A. C. „ 1642. Idem qui supra D. Constantinus Abbas Cajetanus m. pp.

Et post quędam, de Libro ejusdem Rhò *Achates* dicto loquens „ quare à vobis „ Principibus Cardinalibus Jure, & meritò inter maledicos enumeratus, ut maledictis damnatus est &c. „ Plura denique profert de S. Ignatio scitu quidèm dignissima, quæ tamen nimis longum, & ab instituti mei ratione alienum esset referre: hoc solùm dixero de Constantino Cajetano, deque hisce duobus libellis, sic in Indice librorum prohibitorum haberi pag. 427. juxtà editionem Romanam anni 1711., De Religiosa S. Ignatii, sive Enneconis Fundatoris Soc. Jesu per „ PP. Benedictinos Institutione, deque libello Exercitiorum ejusdem, ab Exercitatorio Ven. Servi Dei Garzie Cisnerii Abbatis Benedictini, magnà ex parte desumpto, Constantini Abbatis Cajetani Vindicis Benedictini, quos ipse Abbas Co- „ stant. tamquàm suppositios, sive adulteratos pro suis non agnoscit „ Achates verò Jo: Rhò absolutè, & sine ullo additamento, ibidèm prohibetur. Sed tandem libellos hos dimittamus, ut alios recensere possimus.

26 De

26 *De singulari Primatu S. Petri* Principis Apostolorum in Ecclesia Dei, & Domini N. J. Christi, Evangelicis, atque Apostolicis demonstrationibus confirmato.

27 *De Romano S. Petri Domicilio, ac Pontificatu concertatia*, adversus perduelles Ecclesiæ Romanæ hostes Hæreticos, & Schismaticos à fide Catholica devios, qui adventum S. Pètri Romam inficiantur, & geminum Caput Petrum, & Paulum Ecclesiæ Dei perperàm appingunt. ad Innocentium X. Pont. Max.

Qui duo libri impressi sunt Romæ 1698. in Bibliotheca Maxima Pontificia, quæ prodiit operâ, & expensis Illmi D. Thomæ Roccaberti Archiep. Valentini tom. 8. extant etiam Mss. in laudatâ Bibl. Sapientiæ Rom. alibique.

Opera manu scripta.

1 *De Præstantia Religionis Benedictinæ*, seu de causis quatuor ejusdem Regulæ, Materiali, Formali, Finali, & Efficiente; ad Universos Christiani Orbis Principes Viros Commentaria Encyclica, Parænetica, Apologetica tom. 2. lib. 4. Qui Autographi extant Venetiis in percelebri D. Georgii M. Bibliotheca in fol.

2 *Annales Benedictini tom.* 2. in eadem Bibliotheca. De his Annalibus sic Jo: Mabill. in Præfatione 1. tomi Annalium Ord. S. Benedicti Parisiis 1703. num. 8. „ Vereor, ut quid elimatius, ac solidius (Chronicis scilicet Benedictinæ Historiæ „ ab Antonio Yespesio compositis) elucubrare potuerit Constantinus Cajetanus, „ qui in Commentario ad vitam Gelásii II., ait, se habere præ manibus Annales Be„ nedictinos, quos, propediem editurum se dicebat. Verum qualescumque illi fue„ rint, ad manus nostras minimè pervenerunt.

3 *Acta S. Patris Benedicti, S. Scholasticæ. V. ejusdem Sororis, S. Placidi Abbatis, & M. S. Gregorii M. Papæ, S. Petri Cœlestini Papæ V. S. Thomæ Aquinatis*: de his Allatius in Apib. Urb., & Lud. Jac. à S. Carolo in Bibl. Pontificia pag. 292.

4 *De Dignitate Ord. S. Benedicti Magni* Monachorum Patriarchæ Occidentalium Legislatoris eximii, Orientalium Censoris acerrimi, adversus quasdam novitates Monachorum D. Basilii Apologia.

5 *Responsio juridica* adversus F. Martinum Fernandez Hermoso, & alios de Habitu Benedictinorum nigro, de ejus nempè antiquitate, & præstantia, eoque usum fuisse S. Pàtrem Benedictum.

6 *De antiquitate Regular, & Ord. Canonicorum Regularium S. Augustini l.* 1. Qui liber extat etiam in Bibliotheca Monasterii nostri S. Michaelis Archangeli Montis Caveosi in Apulia cum hoc titulo. *De Antiquitate Canonicorum Regularium S. Augustini Commentarius Apologeticus ad SS. Patrem Benedictum omnium per Occidentem Monachorum Patriarcham, & Legislatorem.* Constat triginta duobus Capitibus, in quibus evincitur antè annum millesimum regulam Canonicorum Regularium, illosque Mundo ignotos omninò fuisse, & impugnatur præcipuè Pennottus Canonicus Regularis in sua hist. tripart. Hæc Constantinus, quæ quidem ego (ut meum fert institutum) sincerè narro, sed non ita tamen ut sátis agitatas ab utriusque partis Scriptoribus tùm antiquis, tùm recentioribus hisce de rebus controversias, denuò refricari, iterùmque suscitari velim: Utinam cœpissent numquam, vel aliâ saltem ratione pertractatæ fuissent. Item

7 *De Sacrosancta Sede Transtyberina Collegii Gregoriani*, in qua Princeps Apostolorum primùm sedit; puto autem hoc opusculum idem esse cum supradicto n. 27. impresso in Bibliotheca Pontificia, scilicet de *Romano S. Petri Domicilio*. Extat etiam in Bibliotheca Sapientiæ Romanæ in tomo, cui titulus *P. D. Constantini Cajetani* opera Mss. cum hac epigraphe *de Principe loco Sedis Apostolicæ Transtyberino, in quo S. Petrus Apostolus primùm sedit ann.* 7., & S. Paulus annis ferè 2. evangelizavit, & Benedictus per annos octo initia hausit Scientiæ, & Sapientiæ Dei, atque Apostolicæ suæ Religionis auspicia.

8 *De Sanctitate Luciferi Episcopi Calaritani libri Apologetici duo.*
9 *De Joachino Calabro Abbate Apologeticus.*
10 *De Sacrosanta Basilica Vaticana lib.* 1. etiam in Bibliotheca Sapientiæ &c.
11 *De Veneratione SS.* lib. 2. de quibus Plac. Puc. in vita Comitis Ugonis pag. 70.
12 *De Nummis, & Numismatibus*, atque iis præcipuè, quæ Virginis Deiparæ formâ, & nomine obsignata sunt, libri duo, qui extant in supradicta Bibliotheca S. Georgii M., sicut & pleraque suprarecensita: De his autem duobus libris mentionem facit Hyp. Mar. Bibl. Marian par 1. pag. 295. & Philippus Labbe in Bibl. Nummaria; in calce Catalog. Librorum Antonii Teisserii pag. 440. In eadem S. Georgii M. Bibliotheca vidi anno 1718. librum Ms. sign. n. 433. Constantini Cajetani. *Veritas Veneta.*
13 *In Vitam Bonifacii PP. VIII. ex Cajetana Familia Commentaria cum Apologia* pro ejusdem Bonifacii ingressu legitimo ad Pontificatum, prudenti regimine, & gloriosa morte; de hoc libro Ludovicus Jac. in Bibliotheca Pontificia.
14 *Variarum Concertationum, tum Sacrarum, tum Politicarum; Volumen.*
15 *Vita, & Miracula S. Rosaliæ ex Cæsareo Gallorum, & Marsorum Comitum Sanguine.*
16 *Vitæ Sanctorum, & Beatorum Insulæ Siciliæ, cum notis, & animadversionibus*, collectæ operâ ipsius, & Octavii Cajetani è Soc. J. ejus Fratris.
17 *Martyrologium Benedictinum*, hoc est de Sanctis Ord. S. Benedicti.
18 *Kalendarium Benedictinum*, in quo acta Servorum Dei, famâve Sanctitatis Illustrium ex ord. S. Benedicti breviter describuntur.
19 *De admirabili Sacramento Divini Altaris, & Divinæ Mensæ Convivio*, ex doctiss. Benedictinæ Familiæ Patribus, ac Sacris ejusdem Ordinis Ritibus illustrato.
20 *De Divino Cultu Deiparæ Mariæ Virgini* à S. Benedicto, ejusque Alumnis singulariter exhibito, & in alios propagato.
21 *De Cajetana Familia Commentaria* ab anno Christi 700. ad nostra tempora; quibus etiam quamplurium Nobilium aliarum Familiarum origines, & memoriæ describuntur.
22 *In Vitas Summ. Pontificum Alexandri II. Gregorii VII. Victoris III. Urbani II., & Paschalis II. Commentaria.*
23 *De Sancta Clave Sacræ Domus Lauretanæ*, quæ extat in Sacrario Monasterii S. Mariæ Farfensis.
24 *Vitæ Sanctorum adhuc ineditæ, cum notis, & scholiis, quamplurimæ, nempè CCC.*
25 *Opuscula diversa* veterum Patrum tom. 3.
26 *Apparatus ad 4. tomos S. Petri Damiani* continens diversi generis Indices, & variæ eruditionis notas, & scholia.
27 *Bibliotheca Benedictina Aniciana*, veterum Patrum, Doctorumque Benedictinorum libris nondum evulgatis exornata to. 3. ingentibus sumptibus, & laboribus collectis, in quos rariores antiquitatis, ac eruditionis thesauros congessit.
28 *Sermones, & alia Opuscula Jo: Gersen Benedictini* Abbatis S. Stephani Vercellarum; de quibus Leo Allatius in nova Apium Urbanarum recensione.
29 *Opuscula quædam* S. *Ambrosii Authperti* Magistri in humanioribus literis Caroli Magni, & Abbatis S. Vincentii de Vulturno prope Capuam.
30 *Opuscula* S. *Bertharii Abbatis Montis Casini, & Martyris* ex Sanguine Regum Gallorum.
31 *Opera S. Bruni, vel Brunonis ex Abbate Casin. Episcopi Signini* tomis 4. comprehensa, notis illustrata; quæ postea Venetiis typis tradidit D. Maurus Marchesius, de quo infra.
32 *Opuscula, & Epistolæ* S. Columbani Abbatis Bobiensis cum *notis, & argumentis.*

mentis. Præterea scripsit *Opusculorum* tom. 2. In quorum primo sunt hæc.

33 Tractatus de *Dispensatione in voto Religionis, & Continentiæ*.

34 Tractatus de *Rerum dimensione, pondere, mensura, ac numerorum origine, & usu*, ubi etiam de Numismatibus B. M. V. ut supra.

35 Tractatus de *Scopo Psalmodiæ* in ordinibus ad docendum institutis usitatæ.

36 Tractatus de *Sanctorum Canonizatione*.

In secundo autem tomo hec sunt.

37 *Sermones Variorum à se collecti*, de Laudibus S. Scholasticæ; item

38 *Oratio Encomiasta S. P. Benedicti*. Item.

39 S. Joannis Capuani Abbatis Casinensis *Chronicon Casinense à se collectum, & divulgatum*.

40 De Sacris Imaginibus Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, quos inter medius pictus est S. Benedictus Abbas, *Dissertatio Apologetica*; extat etiam in Bibliotheca Romanæ Sapientiæ in tomo, cui præfixus est titulus, *P. D. Constantini Cajetani Opera Mss.* cum Appendice ad Concertationem prædictam; sed in hac re hallucinatum fuisse Cajetanum plerique sentiunt, ut Jo. Mabill. Itineris Italici tom. 1. par. 1. pag. 131. nu. 25., ubi diligentissimâ observatione adhibitâ, concludit, imaginem illam mediam, esse Beatissimæ Virginis, sicut etiam Benedictum illum, qui picturam efformandam curavit, non Benedictum Papam, PP. Sed Presbyterum P. R. B. & Monachum legendum fuisse.

41 Opera Thomæ Gualterii Galli Benedictini Abbatis S. Andreæ Vercellarum *notis, & scholiis illustrata*.

42 *In libros Institutionis S. Ignatii &c.* ad Rev. Patres Jesuitas Præmonitio, & Præfatio prima, in qua omnes omnium Religiosorum Ordines, non tantùm Jesuitas, magnam habere cum regula S. Benedicti affinitatem insinuatur. Præfatio secunda de Religiosis aliis familiis, quæ S. Benedictum Abbatem agnoscunt Patriarcham & Legislatorem. Præfatio tertia de Monastica S. Petri Damiani Professione in S. Patris Benedicti Regulâ, ac duobus Religiosis Ordinibus sub eadem Regula, ab eodem institutis, altero videlicet S. Petri nunc Cœlestinorum Monachorum Eremitarum; altero S. Claræ nunc Clarissarum Sanctimonialium* reclusarum. Hæc Cajetani Mss. Opera fere omnia extant in supradicta S. Georgii M. Bibl.; & etiam in Monasterio S. Nicolai de Arenis Catanæ, & alibi, quorum Elenchum exscribere voluit me dictante Georgius Guilhelmus Leibnitzius Serenissimi Ducis, & Electoris Hannoveræ Georgii, olim Consiliarius Status, & doctiss., atque eruditiss. Bibliothecarius, Florentiæ in nostro S. Mariæ Monasterio, ubi tunc temporis, nempe anno 1690. Philosophiam docebam. In præfata Bibl. S. Georgii M. extat etiam aliud opus Constant. Cajetani, sic prænotatum. *De Monarchia Siciliæ*; Jurepatronatu Regio, Scripturarum numerosa Collectio, & pro, & contrà per varios Authores; ejusdemque super eadem materiâ opus meditatum, & ordinatum variis tomis, seu fasciculis dispositum, & unitum, partim Italicè, partim Latinè, ac etiam Hispanicè; ità ut in hac materia nihil amplius desiderari queat; cum enumeratione variarum controversiarum, cum Romana Aula exortarum, ac Scripturis hinc indè emanatis tom. 2. primus in 4. secundus in fol.

*Sic ibi

Cæterum Constantinus, ut dicitur in supralaudata Bibl. maxima Pontificia, innumera alia Mss. reliquit, quæ per varias Bibliothecas sunt dispersa.

Et sanè ego ipse olim vidi Romæ apud Patrem D. Cladium Stephanotium Procuratorem Glem in Urbe Monachorum S. Mauri (qui tamen omnia hujus generis mittebat in Galliam) hæc etiam Cajetani Mss. nempè.

1 *Benedictinos Patres jure* antè alios Regulares in amplificanda, & conservanda Fide Clericis Sæcularibus non concedere.

2 *De aptitudine, & habilitate Monachorum ad prædicandum.*
3 *De ordinibus Equitum sub Regula S. P. Benedicti militantium.*
4 *De Visione beatifica magno Benedicto Viatori concessa*; deque ejusdem Progenitoribus, patria, domo &c. & de extrema Orbis necessitate, apparente M. Benedicto, & Idololatria per eum extirpata.
5 *Apostolatus Angliæ*; Originale ejusdem valdè prolixum.
6 *De singulari M. Benedicti Sanctitate* in fol. Testimonia Pontificum, & Cardinalium de eadem; Encomia SS. Patrum, & Doctorum de eodem.
7 *De SS. Apostolorum Petri, & Pauli Martyrio, Sepulchro, Basilicâ &c.*
8 *Utrum Regula S. Augustini Eremitis data fuerit.*
9 *Diarium Sacrum Benedictinum*, in quo per totius anni circulum die quolibet inveniuntur Sancti, & Sanctæ, famâve Sanctitatis illustres, qui in Regula S. Patris Benedicti militarunt; omnia juxtà Gregorianam Kalendarii rationem, atque Eccl. historiæ veritatem recensita. Accessit Tractatus singularis de Martyrologio Ecclesiæ Romanæ, *Benedictinorum Diario prediariis distinctus*, Scriptus per contemplationem in anno ætatis suæ suprà octogenario, atque ad patriam properante. Ms. originale; Quod quidem Diarium idem puto cum Martyrologio, & Kalendario Benedictinis suprà inter ejus Mss. numero 17., & 18. pag. 130. recensitis; Extat etiam in Bibliotheca Sapientiæ Rom. in tom. Operum Mss. P. D. Constant. Cajet. ubi hæc insuper ab eo composita, & lucubrata inveniuntur.

Phrasis confusa; fortè sic legendum, à Benedictino - rum Diario præ aliis Diariis distinctus.

1 *Exercitium Spirituale ad implorandam Dei misericordiam*: est in primo tomo Miscellaneorum Sacrorum pag. 23.
2 *Sylva variarum rerum cu venerandæ Vetustatis monumentis*, in tertio tomo pag. 368. constat paginis 15.
3 *Liber Apologeticus de fidei sinceritate, ac vitæ innocentia magni Servi Dei Joachimi Abbatis Ord. S. Benedicti Congreg. Florensis in Calabria Institutoris*, Est liber valdè prolixus in 3. tom. Miscellaneor. Sacr. pag. 520., quem eumdem esse puto cum eo, quem suprà eadem pag. 130. n. 9. retulimus.
4 *Quinque prudentes Virgines Evangelicæ Benedictinæ* Deo Sacræ: Helizabet, Hildegardis, & Gertrudis Abbatissæ, Rosvvida, Methildis Sanctimoniales, & earum libri Spiritu Sancto dictante conscripti, ex Aniciana Bibliothecæ suæ Codicibus à D. Constant. &c. recensiti, scholiisque illustrati &c.

Sed ego in hoc tomo deprehendere non potui nisi opera S. Hildegardis, quæ sunt valdè prolixa, forsan alia alibi extant.

Item in alio tomo, cui titulus *P. D. Constantini Cajetani opera Mss.*
5 *De Aniciana Familia liber.*
6 *Alcune rivelazioni, e miracoli* del P. S. Benedetto.

In Catalogo librorum Mss. Bibliothecæ Collegii Gregoriani de Urbe ab eodem Constantino fundati (ut suprà diximus) qui Ms. extat Romæ apud S. Callixtum in Archivo Procuratoris Generalis Congregationis nostræ, sic legitur, in Serie Scriptorum de rebus Italicis:
1 *Siculi aliquot illustres* D. Constantini Cajetani R. 5. 29.

In Serie Scriptorum rerum Benedictinarum:
2 *Casin. Congreg. res* per D. Constant. Cajetanum R. 2. 37.
3 *De Sancti Gregorii Monachatu* D. Constantini Cajetani R. 1. 14. 27. R. 2. 45. R. 5. 6. 3.

In Serie Scriptorum rerum Hispanicarum:
4 *Regii Philippi II. Exequiæ*, Syracusæ per D. Constantinum Cajetanum R. 5. 57.

Et hæc quidem sunt Opera à Constantino elucubrata quæ hinc indè pervestigare potuimus: Librorum verò aliorum Authorum, quos ille comparaverat, Indi-cem,

cem, ipsemet Constantinus describendum curavit, præfixo titulo „ I. M. B.
„ Index Librorum Bibliothecæ Anicianæ Collegii Gregoriani Ordinis S. Bene-
„ dicti de Urbe, Ordine Alphabetico confectus; quos omnes libros bono pu-
„ blico, atque Alumnorum præsertim Benedictinorum, acquisivit Rmus P. D.
„ Constant. Cajetanus Syracusanus Monasterii S. Nicolai de Arena Catanen. Profes-
„ sus, Abbas Præsidens, & Fundator Apostolicus ejusdem Collegii Gregoriani
„ Romæ die 31. mensis Januarii, anno Christi 1645. Dividitur in tres portes 1.
„ Nominum 2. Cognominum 3. rerum, sivè materiarum.

Subnectitur deindè alius Index valdè curiosus cum hoc titulo „ Libri rubati
„ da Gioseffo Visca da Piperno nel mese di Giugno, Luglio, e primo d' Agosto
„ 1636. dalla Libraria dell' Abbate D. Constantino Gaetano, di cui era Servitore,
„ che perciò fu messo in prigione à di 7. Agosto „ Sunt autem quamplurimi.

Omnes tum impressi, tum Ms. Cajetani libri post ejus obitum, uti suprema illius voluntas fuerat, Collegio de *Propaganda Fide* cesserunt, ut liquet ex sequenti attestatione in fronte ejusdem tomi 3. Miscell. Sacr. „ Io Vincenzo Greco Ret-
„ tore del Collegio di Propaganda Fide ho ricevuti li sudetti libri in numero di
„ 308. „ Sed postea Mss. omnia jussu Alexandri VII. in Romanæ Sapientiæ Bibliothecam à se erectam, fuerunt translata. Sunt illa sanè permulta, viginti tomis in folio (si rectè memini) vel eo amplius contenta, quos omnes diligentissime, nec sinè magno labore aliquot ab hinc annis perlustravi. Quæ ipsius Constantini sunt fœtus, superius indicavimus; Quæ vero aliorum (magno quidem numero) in nostris Analectis, singillatim exprimimus.

Cæterum de Constantino Cajetano maxima cum laude agunt, Leo Allatius in nova Apum Urbanarum recensione, ubi non solum fere omnia Const. refert opera, sed etiam Virorum doctissimorum eumdem laudantium coronam innectit „
„ Constantini (inquit) cum laude meminere quamplurimi, inter eos non contem-
„ nendi Cæsar Card. Baronius in Annal. Ecclesiasticis sæpius, & anno 1072. pag.
„ 414. fatetur ideò à Clemente VIII. Romam accersitum Cajetanum, ut impressio-
„ ni operum B. Petri Damiani præesset. Robertus Card. Bellarm. de Scriptoribus
„ Ecclesiasticis in Damiano. Franciscus Suarez de Religione in particul. Arnoldus
„ Wion in Ligno Vitæ. Antonius Possevini Appar. Sac. Clemens Raynerius de
„ Apostolatu Anglicano Benedictino. Franciscus Bivarius Comm. in Flav. Lucium
„ Dextr. Bartholom. Gavant. in Rubr. Brev. Franciscus Avantius in Manuali Simpli-
„ cium. Jac. Gretserus adversus replicatorem Calvinianum. Jo. Salas in primam
„ secundæ S. Thomæ. Andreas Salazar in Notis ad Regul. S. Benedicti, Lucas Wa-
„ dingus in Not. in opusc. Sancti Francisci, & Annalibus Francisc. Christophorus Be-
„ soldus Spicilegio Politico, & Juridico. Maximilianus Sandæus Academicorum
„ Comment. lib. 5. Michael Ghislerius tom. 1. Comm. in Hierem. Octavius Cajeta-
„ nus (ejus frater) in Notis de Sanctis Siciliæ, & in Historia Siciliæ. Andreas Victorel-
„ lus, & Ferd. Ughel. Addition. ad Ciaccon; Ant. Yepes Chron. Ord. S. Benedi-
„ cti. Abrahamus Bzovius Compen. Annal. Baron. Constantinus Bellottus de Mo-
„ nachatu S. Greg. M. Martinus Martinez Apologia de Patronatu Hispaniæ S. Emi-
„ liani. Carolus Stengelius, Lucida Corona Religionis Benedict. & Monasterio-
„ logia, quam Constantino inscripsit. Jac. Sirmundus in opusculis pag 692. Lau-
„ rus in Orchestra. Sylvanus Razzius de Sacris Virginibus. Ludovicus Ferrarius
„ de Epistolis missivis: Dominicus de Mariglìac in præfatione ad Jo: Gersen à se
„ Gallicè translatum. Federicus Ulbaldinus ad vitam S. Damasi Papæ, & alii; in-
„ ter eos Constantinus Cajetanus, & Archivorum Pervestigator diligentissimus,
„ & de antiquitate Ecclesiastica benemeritus, & planè doctus, & doctiss., & de
„ antiquitate merendi cupidiss., & eruditiss. Pater, & Pius, & Gravis, & Elo-
quens,

„ quens, & Elegans, & Vir clariss.: passim non sinè omnium admiratione audit „: hęc Allatius. Quamvis posteà ipsemet acrius in Constantinum suum acuerit calamum, perindè, ac si præterita Encomia, novis esset vituperationibus deleturus, motus præcipuè ex dissertatione apologeticâ de Sacris Imaginibus Apostolorum Petri, & Pauli, quos inter medium delineatum S. P. Benedictum arbitratus est Cajetanus, ut suprà dictum est pag. 131.

Cæsar Baronius Card., qui ab Allatio 1027. primo loco citatur tom. 11. pag. 1072. „ Quod autem (inquit) ad ejus (S. Petri Damiani) attinet scripta, hìc ea „ cuncta recensere non immoramur, nam modo an. scilicet 1604. apud nos man„ dato Bmi D. N. Clementis PP. VIII. laborat D. Constantinus Cajetanus Siculus „ Monachus Congreg. Casin., ut Viri SS. monumenta undique collecta prælo su„ bjiciat, quod propè diem spero fore; In his enim pervestigandis, & exemplaribus „ plurimis hinc indè perlatis magno studio corrigendis, studio indefesso laborat à „ quo, & ejusdem Petri Vitam accipies uberius scriptam „. Qui Baronius (ut asse„ rit Anton. Mongitore) ejus eruditionem veneratus in suorum Annalium lucubra„ tionibus, ipsum sibi adjutorem elegit; quapropter multis in locis lumen se à Con„ stantini scientiâ accepisse fatetur, ut tom. 11. anno 1002. num. 4. anno 1065. n. „ 16. anno 1072. pag. 9. num. 34. tom. 12. anno 1119. num. 3. „. Plac. Puc. pluries in suis Operibus Cajetanum citat, & laudat, præsertim in Nomenclaturâ Abbatum pag. 12. in Chron. Abb. Flor. in App. hist. de Vir. Illust. Abb. Flor. cap. x. pag. 80., & in vita Comitis Ugonis pag. 69. Valerianus Castilionæus (de quo infra) in præfatione primi tomi Annalium Casin. à se Italicè conscriptorum, qui Mss. asservantur in Bibliotheca S. Simpliciani Mediolan., ita de Constantino in margine „ Don Constantino compose una Libraria di stampo, e di Mss. in Roma „ applicata poi da Papa Innocenzo X. alla Congregazione di Propaganda Fide, co„ me cosa insignissima „. Franciscus Valgravius Anglus Benedictinus, literis conspicuus, in Epistola ad Lectores, antè Libros de Imitatione Christi Jo. Gersen Abbatis, Parisiis impressos anno Christi 1638. Constantinum hujusce Auctoris *Illustratorem* vocat. Authores Ephemer. Literat. Italiæ tom. 35. impres. Venet. 1724. art. VIII. pag. 218., & tom. 36. art. 1. pag. 12. & 13. Aloysius Novarinus Clericus Regularis Theatinus tom. 1. opusculorum pag. 61. Josephus Silos in hist. Cleric. Regul. lib. 1. pag. 141.

Deniquè Constantinum allegant, & commendant sæpissimè Romanus Hay in Aula Ecclesiastica, & Horto Crusiano, Gabr. Buc. in Annal. Benedictinis. in Menologio, in Bened. Rediv. & alibi, Benedictus Haphtenus in Disquisit. Monast. præcipuè Comment. in Præfat. Vitæ S. P. Benedicti, n. 13. Camillus Peregrinus in hist. Principum Longobardorum Neapoli 1643. pag. 119., & alibi. Hip. Mar. Bibl. Marian. par. 1. pag. 294. & par. 2. pag. 199. Anton. Mong. Bibl. Sicul. par. 1. edita ann. 1708. Franc. Abela *descrizzione di Malta* pag. 588. Bern. Pez Epistola X. Apologetica pag. 225. Bibl. Max. Pontif. suprà laudata tom. 7. pag. 27. ubi etiam Authorum, qui Constantinum laudant elenchus texitur, Ludov. Ant. à S. Carolo in Bibl. Pont. l. 2. .. Casimirus Oudin in supplem. ad Bellarm. de Script. Ecclesiasticis. Philippus Labbe Bibl. Bibliot. pag. 416., & in Bibl. nummaria pag. 249. Nicolaus Ant. Bibl. Veteris Hispaniæ Romæ editæ anno 1696. tom. 1. l. 5. c. 4. n. 159. pag. 265. col. 1. Jo. Rossi in Vita Bonifacii VIII. pag. 37. . Jo. Ferro, Teatro d' Imprese par. 2. pag. 84. & 89. & 438. ubi varia Symbola à Constantino inventa describit. Ant. Teisser. in Catal. Auth. qui lib. Catal. scrips. Georgius Matthias Coniglus Bibl. Vet. & nov. Altorfii 1677. col. 1. Felix Egger Id. Ordin. Hier. Bened. l. 2. par. 3. dissert. 8. pag. 570. & sequen. Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson Hist. Eccl. tom. 9. in tabul. Chronol. pag. 471. inter celebres Sæculi

XVII.

xvii. Scriptores Cajetanum enumerat., & nuperrimè Anonymus (qui est P. Hyacinthus Serry publicus in Universitate Patavina S. Theologiæ Professor Ord. Prædic.) in disquisit. hist. de *Monachatu Benedictino D. Thomæ Aquinatis apud Casinenses, antequam ad Dominicanum Prædicatorum Ordinem se transferret*, impres. Lugduni 1725. pag. 58. „ Illud tamen (inquit) ad eruditionem non omiserim „ admonere, eam olim D. Constantino Abbati Cajetano, quem Dominicani non„ nulli venerabilem Antiquitatis Scrutatorem appellant, certam, atque constan„ tem stetisse sententiam; quippe qui libro de Religiosa S. Ignatii apud Benedicti„ nos Institutione in Epistola nuncupatoria ad Patres Soc. directa, postquam multa „ retulit, quæ plerique Religiosi Ordines ex Benedictino Instituto mutuati sunt, „ ita subjicit, *Omitto nunc cæremonias, ritusque Benedictinos, quos Sacer hic Ordo* „ *Prædicatorum mei amantissimus quotidie frequentare non cessat; Præterquam quod* „ *Angelicum illud Ecclesiæ lumen Thomas Aquinas Doctoribus Benedictinis non abs re* „ *adscribendus venit*„ Anonymus item Author responsionis *de Fabula Monachatus Benedict. D. Thomæ Aquinatis* qui est Fr. Bernardus de Rubeis Venetus Ord. Prædicat. impres. Venetiis 1624. pag. 6. vocat Constantinum Cajetanum *magni nominis, & eruditionis fama* clarissimum.

Quamvis autem Janus Nicius Erithræus * in tomo posteriori Epistolarum ad Tyrrhenum, Epistola X., idest ad Fabium Chisium tunc Romanæ Curiæ Prælatum, postea Alexandrum VII. Pont. Max. pag. mihi 22. acriter Constantinum carpat, & irrideat, tamquam immodico in Ordinem suum æstuantem zelo, & inconsulto animi fervore in ejusdem Ord. gloriâ vindicandâ abreptum, hoc tamen nihil prorsus Constantini virtuti, ac sapientiæ debet officere. Esto enim in aliquibus nimius fuerit, vel deceptus (quis enim ab omni errato immunis?) Nunquid proinde nævos hosce, quicumque demum hi fuerint, tot præclara opera, totque insignes lucubrationes, veluti Sol tenuem quandam caliginem splendore suo, minimè dissipabunt, ne abolebunt? Verum Erithræi verba minimè dissimulemus „ Sed quid vetera quærimus? Est hic Romæ Abbas quidam ex D. Bene„ dicti Familia Constantinus Cajetano nomine, quem te fortasse arbitror, dum „ eras Romæ novisse, nam in omnium se familiaritates, quibus ingenium, atque „ eruditio aliqua sit, insinuare solitus est. Hic inquam Abbas verbis non re (nam „ præter titulum nihil aliud habet) adeò vehementi, & si dicendum est magis aper„ tè, adeo insano amoris impetu in suum Ordinem fertur, ut quicumque post D. „ Benedictum, ingenii, doctrinæ, & Sanctitatis laude floruerit, & libris editis, „ ad suos transcribere conetur, ut M. Gregorium, Thomam de Kempis, ac mo„ do S. Ignatium Loyolam Societatis Jesu Parentem &c. „ Sed quam rectè, quantoque jure Constantinus M. Gregorium, & Jo. Gersenis librum *de Imitatione Christi*, perperam Kempensi attributum, nostro Ordini asseruerit, vel potius restituerit, recole, quæ supra dicta sunt pag. 124. & 126. De S. autem Ignatii, Monastica per nostros Institutione, vide pariter supra pag. 127. quæ si Erithræus scivisset, vel scire potuisset, illa utique in Cajetanum tam audacter non effutisset; Nemo autem miretur Erithræum eas Cajetani assertiones adeo malè accepisse: solent enim ægrè ferre, qui inveteratis opinionibus, nullo prævio examine sunt imbuti, eas à recentioribus Criticis falsas ostendi, ne & ipsi à veritate aberrasse, quod sanè nollent, videantur; exemplo sit ipse Erithræus, cum in Alexandrum etiam Tassonum, quod Baronium alicujus errati notare ausus fuisset, tam acriter excanduit, quia nimirum, ut sapienter animadvertit Cl. J. Fontaninus in Epistola, *de Alexandri Tassoni Annotationibus in Vocabularium*, ut dicunt *della Crusca &c.* ad Amplissimum Zenum scripta, eidemque Annotationum libro Venetiis impresso 1698. præfixa, piaculum prorsus illa tempestate videbatur,

* Jo: Victorius de Rubeis.

tur, à trita, & communi via vel paululum deflectere, quamvis tutius assequendæ veritatis gratia id demum fieret „ Perche (prosequitur Fontaninus) a' suoi „ tempi (dell' Eritreo) non era per anco divenuta familiare la critica, in cui oggi „ s' impiegano i primi ingegni d' Europa, con utilità della Rupublica Letteraria, e „ perciò sembrava allora gran fallo opporsi a' gravi Scrittori, eziandio colla guida „ d' ottimi fondamenti „

CONSTANTINUS familiâ DE NOTARIIS Nolæ in Campania natus, Neapoli apud S. Severinum Monachum profiteri voluit an. 1584. Fuit ingenio valdè sublimi, & ad omnes tam humanas, quam divinas scientias addiscendas mirè propenso. Accessit diligens, ac juge studium, quo quidem eò brevi pervenit, ut in quovis disciplinarum genere haud mediocriter versatus agnosceretur; quamobrem in Urbe Neapoli optimarum literarum Instaurator, & reparator audire meruit; quin & nostra Congregatio doctrinæ ejus, ac virtutum meritis permota, Priorem claustralem, deinde Abbatem constituit, quo in munere Farsense Cœnobium rexit an. 1621. & 1622. Plura, & sanè egregia opera edidit numeris omnibus absoluta. Inter ea primas sibi vindicant *Duellum Ingnorantiæ, & scientiæ*, & libri de *Parvo Mundo*, ac de *Magno*, raro artificio, ac labore compositi, in quibus styli candorem, concinnitatem, eloquentiam, ac delectabilem varietatem; sermonis insuper Hetrusci elegantiam, & proprietatem (cujus plenius assequendi gratiâ, Senis plures annos transegit) præclaram denique methodum, ac insuetam facilitatem explicandi res difficiles, qui legunt, probant, & laudant, illorumque Authorem de Republica Literaria benemerentem fatentur. Andriæ in Apulia Abbas S. Mariæ Miraculorum, diem suum obiit circa an. 1624. sequentibus evulgatis libris, quorum hi sunt tituli,

1 *Il Duello dell' Ignoranza, e della scienza fatto principalmente nel Campo filosofico diviso in due parti, Sceptica, e Dogmatica*; Mediolani apud Hieronymum Bordonum, Petrum Martyrem Locarnum, & Bernardinum Lantonum anno 1607. in 4. & etiam Venetiis anno 1610. per Matthæum Valentinum; opus insigne, quod nobiliorum disciplinarum, ac prçcipuarum facultatem officina meritò dici potest, nam potiores quçstiones, & selectiora problemata Philosophiæ, Mathesis, & aliarum scientiarum eruditè pertractat, & sapienter dilucidat, accuratam censuram, & acre judicium, primo de erroribus, ac vitiis, de præstantia deinde, & excellentia graviorum, ac celebriorum Authorum solidè pronunciat, nobili, ac nitidâ usus eloquutione,

2 *Compendium Clavis Regiæ D. Gregorii Sayri, Constantino de Notarijs Nolano* Sacri Cavensis Cœnobii Præposito Claustrali Compilatore. Pars prima. Venetiis anno 1613. apud Bern. Juntam, Jo: Baptistam Ciottum, ac Socios in 4.

3 Ejusdem *Compendii pars secunda* ibidem apud eosdem eodem anno.

4 *Del Mondo piccolo ammirabile, discorsi curiosi, dell' humana Perfezione, per ragion di natura, d' arte, e di grazia l. 5. ne' quali con delitatezza, e vivacità di stile si spiegano i più scelti pensieri sì della Teologia Scolastica, e piana, come anche dell' una, e l' altra Filosofia, vi si aggiungono vaghezze Istoriche, e Poetiche, utili per gli Predicatori & Accademici, ed ogni altro Litterato &c.* Venetiis an. 1617. apud Jo. Bapt. Bertanum in 4. & iterum ibidem ampliatum per Hæredes ejusdem Bertani an. 1621. Extat etiam Ms. Neapoli in Bibl. S. Severini *scriptum*, ut ibi in fine dicitur, *die 22. Julii 1613. hora 15.* Quod postea ipsemet Author latinitate donavit, ut asserit Bened. Laudati in Brevi Chron. S. Severini pag. 332.

5 *Il Mondo Grande lib. 5.* Venetiis anno 1617. in 4. opus est Geographicum, Rhetoricum, Historicum, Poeticum &c. in quinque libros divisum, atque pulcherrimum, rerum varietate, & multiplici eruditione conspicuum, ac omnibus

bus bonarum artium professoribus haud parum utile.

6 *Il Cittadino del Cielo ritratto del Salmo: Domine quis habitabit* &c. Neapoli apud Dominicum Ferrantis Maccarane 1622. in 4. opus in 30. Sermones divisum.

De eo perhonorificè agunt Bern. Clavellus in hist. Arpin. præcipuè l. 1. pag. 5. & l. 2. 43. Plac. Puc. in Nomenclatura pag. 12., & in Appar. hist., & in Appar. Sacr. de *Viris Ill. Abbat. Florent.* pag. 85. ubi vocat eum Virum doctiss. & disciplinæ Monasticæ studiosiss.; asserit quoque illum Priorem fuisse prædictæ Abbatiæ Florentinæ, & nonnulla ejus opera enumerat. Nic. Top. in Bibl. Neapol. pag. 68. recensens ejus opus de *Mundo Magno*: „ Opera (inquit) che per la varietà, „ & esquisitezza dello stile, come delle dottrine, congiunge insieme l' utile, e il „ dilettevole, riportato ancora dall' Autore * della Biblioteca exotica fol. 240. litt. N. „ De aliis vero ejus operibus „ diede alla luce con molto applauso de' Lettera- „ ti, il Duello &c. Petrus M. Campi *Historia Ecclesiastica di Piacenza* par. 2. pag. 333. col. 2. In Apologia Gregorii X. Benedictus Laudati in Brevi Chron. Ms. S. Severini par. 2. pag. 330., ubi eum Virum tum Religiosâ probitate, tum eminenti doctrinâ, quam veluti hæreditariam à propria familia traduxit, per omnia illustrem vocat, bonarumque literarum in Urbe Neapoli Reparatorem appellat. Bern. Pez Epist. X. Apologetica. Ad Constantinum de Notariis leguntur aliquot Epistolæ Angeli Grylli amoris, & commendationis plenissimæ, primo quidem in libro ejus Epistolarum impresso Venetiis 1612. apud Juntam, Ciottum, & socios pag. 708. ubi ejus lucubrationes nobilissimas vocat; deinde in tertio tomo earundem Epistolarum, opera Petri Petracii Venetiis anno 1616. per Deuchinum impresso, pag. 136. & 281. & seq. & pag. 325. ubi inter cætera hæc „ „ sempre ritrovo in lei la solita affezzione, e 'l solito amore, mà non sempre la so- „ lita virtù, perche sempre con maggiori studj, e con più virili parti la viene ella „ accrescendo, e dimostrando maggiore, come che oltre il *Duello degli * Ingegni* „ già divulgato, e fatto celebre, e 'l trattato dell' *humana perfezzione*, mi scriva d' „ haver posto mano alla *Fabrica del Mondo grande*, heroica impresa, heroica pen- „ na, & Emula della Divinità; grande in somma è il titolo, grande il concetto, „ grandissima la materia &c. Segua pure V. P. sì sublimi vie..... miri il gran corsie- „ re, che si trova sotto, miri gli arringhi corsi tanto honoratamente, & che ella „ prende le mosse, d' onde altri ti gloria del termine, e miri in conclusione, come „ il Mondo letterato la miri frà molti, e la numeri frà pochi &c.

* Is est Georgius Draudius pag. 197.

* Dell'Ignoranza, e della Scienza.

Flaminii Patè à Messana Casinensis in Microcosmum.

Quo ornatu natura sagax; queis Gratia donis
Æthereis, quave ars perficit arte Virum.
Care hìc Constantine doces, nam gratiæ, & artis,
Naturæque in te est ultima ducta manus;
Hæc triplici conjuncta cupis si ostendere nodo
Te ipsum pinge; simul nam tria solus habes.

Legitur in fronte ejusdem libri

CONSTANTINUS PASOLINUS Poeta, qui teste Arn. Wion. Lign. Vit. l. 2. cap. 64. pag. 411. vivebat anno 1595. scripsit.

Elegiam *de Translatione SS. Parmensium* impress. Romæ anno 1589. in 3. tomo operum Prosperi Martinengii, Typis Francisci Zannetti pag. 233. & subseqq. De eo etiam Poss. Appar. Sac. tom. 1. pag. 387. Et Jo. Mabill. Act. SS. Ord. S. Bened. Sæc. V. pag. 716. n. 4., ubi loquens de Translatione S. Jo. Abbatis Parmensis, quæ anno 1588. in Comitiis sub Paulo Orio Veneto Præside celebrata est „ Con- „ stantinus Pasolinus, inquit, Monachus ejusdem Congr., Elegiam de eadem de- „ cantavit, cujus nonnulla delibare juvat, sic autem incipit.

Quæ nova turritæ miramur gaudia Parmæ
Atque alacres tota fundier Urbe choros? Et cætera, quæ ibi legi possunt; post quæ pergit Mabill. sic „ Addidit Pasolinus non pauca de SS. MM. Ferentino, Vi-
„ tale, Miniate, & Stephano simul cum Jo. translatis, eosque duplici hoc disticho
„ simul complectitur.

Horum membra diu exiguâ in sede reposta
Servavit pietas Religiosa Patrum.
At modò squallenti rursus translata sepulchro
Excipiet tumulo pulchrior urna novo.

CONSTANTINUS ROTTIGNI patria Bergomensis professus est Regulam nostram anno 1712. in Monasterio Sanctæ Justinæ Patavinæ, nomine tamen Cœnobij S. Pauli de Argono Diœcesis Bergomensis, cujus effectus est alumnus. Is liberalibus artibus probè imbutus Sac. Theologiam Florentiæ in nostro Monasterio nunc docet, ubi composuit, emisitque in lucem librum prænotatum

Lo spirito della Chiesa nell' uso de' Salmi; cioè Parafrasi di essi in forma d' Orazione, ò di Esortazione; In Firenze 1728. nella Stamperia di Sua Altezza Reale in 12. tomi duo. Ad Lazarum Pallavicinum Apostolicæ Sedis ibidem Nuncium.

In Epistola Nuncupatoria, itemque in Præfatione ad Lectorem, dicit Author, hoc se opus desumpsisse partim ex Galli Anonymi libro in Italicum Sermonem à se translato, & ubi necesse fuit, correcto, & emendato, & partim ex optimis Interpretibus, ex quibus omnibus opus sic à se confectum notulis aliquot identidem se illustrasse.

CONSTANTIUS A' BRIXIA familia de Salvis, SS. Faustini, & Jovitæ in eadem Urbe Alumnis adscriptus an. 1597. die 28. Oct. unus fuit ex iis Philosophis, qui præterito Seculo XVII. ab Aristotelis placitis, quæ tamquam Delphica oracula Antiquitas venerabunda suscepit, desciscere, & in illum Classicum canere non dubitarunt. Egit id Venetiis in S. Georgii M. Cœnobio, ubi Philosophicas disciplinas, dum celebri famâ, ac plausu doceret, librum scripsit Naturalis Philosophiæ contra Aristotelem, eodem ferè tempore, quo, Bacconus de Verulamio Gassendus, Cartesius, aliique veluti ex condicto Aristotelis Philosophiam evertere audactèr aggressi sunt; non deficientibus tamen, qui has doctrinarum novitates, ut periculi plenas, parumque cum fidei nostræ principiis cohærentes, improbarunt, & impugnarunt. Constantii lucubrationes extant Mss. Venetiis in eadem S. Georgii M. Bibl. à me visæ anno 1718. his titulis distinctæ,

1 *Doctrina de Anima l.* 1. in 4. 2. *De rerum natura* tom. 1. in fol. 3. *Novus ad liberè Philosophandum aditus* tom. 1. in 4. sign. n. 330.

Quædam ex his extare accepi etiam MSS. Parmæ in Bibl. nostri Monasterii S. Jo. Evangelistæ. Scripsit etiam varias orationes Academicas Mss. In nostris regestis pag. 220. dicitur *Platonicus insignis*.

CONSTANTIUS CONTUTIUS Cannariæ Assisiensis Diœcesis castro, in Umbria natus honestà satis familià, modo extinctà, nostræ Congreg. Monachus factus est in Cœnobio S. Petri Perusij anno 1581. die 28. Martij; scripsit

Solatium Afflictorum in dialogo compendiose paratum secundum pium Christianæ religionis cultum, præcipue ijs, qui suorum, vel Amicorum morte turbati sunt. Ubi multa etiam de summâ Providentiâ pertractantur. Pars 1. & 2. Opus est Ms. in 4. extatque apud Rm P. D. Petrum Cannetum Abbatem Classensem Ravennæ Congreg. Camaldulensis. Vixit autem Author circa finem seculi XVI., quo tempore Cogreg. nostræ erat Protector Alexander Card. Perettus, quem plurimâ laude sub initium partis secundæ exornat: nec plura de eo hactenus scire potuimus.

Hujus autem Dialogi Interlocutores sunt Ormiphilus; Logistus, & Synesius.

prima

prima pars constat pagg. 76. Incipit: Ormiph: „ Postquam relaxandi causâ animi,
„ tùm æstus evitandi, placuit, ut in hunc locum ascenderemus, ubi, & apprimè
„ salubri cęlo poterimus summâ cum voluptate commorantes perfrui, existimo op-
„ portunum fore, si nonnihil ad Sacrarum Scripturarum fructuosissimam sylvam
„ pertinens proposuerimus, de quo inter nos hodiernâ die fiat sermo &c. „ 2. pars est
pagg. 47. incipit: „ Ormiph. Possumus, Logiste, paululum deambulare, donec
„ superveniat Synesius, cujus modica mora annus mihi videtur, tanta afficior ju-
„ cunditate, & delectatione detineor ex ipsius, & gratissimis tuis colloquiis &c.
Opus bonæ notæ eodem Canneto teste, multâ undique eruditione tùm Sacrâ, tùm profanâ aspersum, tam prosâ, quam carmine, & contextum ad instar Libri *de Consolatione Philosophica* Severini Boetij, ex quo plura desumpsit; & in operis decursu propositum suum satis nervose demonstrat.

CORNELIUS CODANINUS à Venetiis S. Georgii M. ibidem Alumnus scriptus est anno 1622. die 3. Aprilis, ac deinde Abbas ejusdem S. Georgii, & postea S. Justinæ Patavinæ creatus anno 1674. Floruit sacrarum Literarum studio, præsertìm, quæ Ascetarum corda in divinarum rerum meditatione instruere, quàm facillimè possunt. Quæ verò voce, & calamo piè docuit, exemplo sanctioris vitæ assiduè præmonstravit; Quamobrem sicut vivens Sanctorum operum odorem undiquè diffudit, ita moriens Sanctitatis opinionem apud omnes, qui illum noverunt, reliquit. Scripsit piissimum, ac perutilem libellum, cui titulus est; *Breve, e Metodica Instruzione per l' Orazione mentale di D. Celidoro Nonciano* (est anagramma literarium *Cornelio Codanino Casinense*) *dedicata a' Novizj Casinensi; con nel fine di questa 2. impressione* (primam non vidi) *una aggiunta di alquante considerazioni giaculatorie sopra la Passione di Nostro Signore distribuite per i giorni della Settimana, e dedicata alle Novizie della stessa Congregazione. In Padova per il Cadorino 1674.*

De eo iterùm infrà in Helena Cornelia Piscopia, quàm is Sanctimonialis Benedictinæ Sacrâ veste, sub Sæcularibus Vestibus deferendâ, donavit, ejusque privata vota religionis suscepit.

De eodem perhonorificè loquitur Benedictus Bacchinus in Florilegio actorum ejusdem Helenæ Piscopiæ, præmisso illius Operibus à se typis consignatis pag. 16. n. 7. „ Vir eximius, ætate, ac morum sanctitate ex D. Benedicti Ordine, & Ca-
„ sinensi Congreg. alias D. Justinæ nuncupatâ, S. Georgii M. Venetiarum Mona-
„ sterio Abbas præerat D. Cornelius Codaninus Venetus; Is Helenæ ob vitæ præstan-
„ tiam, ac pietatem notus, quippe qui ad familiaria colloquia sæpissimè adhibitus,
„ plurimùm ad animum in Christianæ Philosophiæ arcana instituendum contulerat,
& pag. 46. n. 23. „ Helenæ animum intimiùs nemo novit, quàm Cornelius Codaninus Vir octogenario major defunctus, quem supra memorasse, laudasse est. „
„ Leonellus Crococalle in Historiâ Abbatum S. Justine Ms. apud me lib. 9. pag. 30.,
„ & seq. Uomo di vita innocente, e morto in commun opinione di Santità; ben-
„ che sempre applicato alla contemplativa, fù ad ogni modo, in tutte le discipline
„ di non volgar cognizione, e quello, che è più maraviglioso, fornito di tutti gli
„ ornamenti di canto, di suono, d' arte Gnomica, da esso però parcamente, e
„ sobriamente usitate; ma nell' assistenza ai Divini Uffizj haveva pochi pari, e
„ niuno superiore. Il suo vitto non eccedeva una mica l' ordinario assegnamento
„ del commun' Refettorio, & il vestito pareggiava di simplicità l' abito stesso de' no-
„ stri Novizj; benche dolcissimo, e soavissimo di natura, possedeva in eccellenza
„ l'arte cotanto necessaria a chi governa, di farsi amare, e temere, e non ci
„ ha esempio, che le sue correzioni abbiano giammai partorito altro, che parole
„ di umiltà, e lagrime di pentimento nei corretti; sopra tutti gli esercizj spirituali

„ de' Monaci preggiava sommamente l' orazione mentale solito dire ogni momen-
„ to, che questa era il vero pabulo dell' anima, e il vincolo più stretto, che ne uni-
„ sce con Dio; era austero, e rigido con se stesso, ma nelle conversazioni assai
„ giocondo, e saggiamente faceto, non mai mancandogli arguzie, e tali, che
„ principiando dall' erudizione, terminavano sempre in qualche moralità. Mo-
„ rì molt' anni dopo nella Città di Brescia, Abbate di S. Faustino, lasciando in
„ quel Popolo numeroso, e in quella fiorita Nobiltà una santa, e gloriosa me-
Set Tani „ moria del suo nome. At in nostris Regestis pag. 65. dicitur: *Abbas piissimus obiit Veronę 1685.*

CORNELIUS DE FRANCESCHIS Venetus, amico fœdere Græcas Latinis literis copulavit, & ut ex ejus lucubrationibus licet conjicere, studia sua optimis, piisque moribus conjunxit. Scripsit

1 *Commentaria in Epistolam D. Pauli ad Hebreos*, 2. *Orationem de Nativitate Domini*, 3. *Apologiam unam*.

4 Transtulit è Græco *in Latinum Sermonem preces*, quæ in Gratiarum actionem Deo factæ sunt Græco idiomate ob navalem victoriam anno 1571.

Meminit ejus Franciscus Sansovinus in historica descriptione Venetiarum pag. 286., ubi ejus lucubrationes recenset, At juxta editionem anni 1663. cum additionibus Martinioni pag. 622.

CORNELIUS MARGARINUS Romanus natus an. 1593. S. Pauli de Urbe Monachus factus anno 1624. die 7. Januarii, ac deinde Abbas, ut vocant, Titularis, & Congr. nostræ Generalis Archivis, seu Tabulariis omnibus Præfectus, reconditæ antiquitatis studiis plurimum celebris fuit, ab eruditis omnibus, & Principibus Viris magno in honore habitus; In veteribus monumentis nocturnâ, diurnâque manu pervestigandis diligentissimus, & adversus studiorum labores infractus, lucubrandi fervidum studium ad extremam usque senectam constanter perduxit; adeout plurimas diei horas, decrepitus quamvis Senex, eisdem impenderet. Monasterii nostri insigne Archivum quod in Ædibus D. Callixti extat, ipse ordinavit, ac disposuit, locupletissimo indice seu Rubricâ, ad materias quascumque facillimè inveniendas plurimos in tomos ad Alphabeti, & Chronologiæ leges contexto, quod ipsum quibusdam in aliis Monasteriis præstitit; sed præcipuum ejus opus fuit Bullarium Casinense diuturno labore confectum, per annorum seriem digestum, Summariis, & opportunis Indicibus adauctum, ac illustratum, quod opus Jurisperitorum manibus quotidiè teritur; verum potiores vigiliarum fructus edere in publicam lucem cum nequisset, Apostolicæ Sedis Archivo dono dedit. E vivis excessit Romæ an. 1681. die 11. Febr. ætatis suæ 88., & in Basilica D. Pauli sepultus fuit. Opera ejus hæc sunt

1 *Bullarum Casinense*, seu Constitutiones Summ. Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, & Decreta Sacrarum Congregationum, Decisiones Sacræ Rotæ Rom. aliorumque Tribunalium pro Congreg. Casinensi, cæterisque Regularibus cum eadem directè, vel indirectè participantibus, complectens Privilegia, Libertates, Immunitates, Exemptiones, Prærogativas, & Onera, ex ejusdem Congregationis Archivis plerumque selecta, Tomi duo in folio, Primus excusus Venetiis apud Omnibenium Ferrettum ann. 1650. in fol. Secundus, Tuderti anno 1670. apud Vincentium Galassium. Refer hoc opus Author *du Catalogue des principaux historiens &c.* impress. Parisiis anno 1713. Classe 11. pag. 44., sed errat cum dicit *in fol. Venetiis* 1650. 2. *vol.* Nam Venetiis impressus fuit tantum primus tomus prædicto anno; Secundus autem tomus Tuderti an. 1670. Addita est huic secundo tomo

2 *Explanatio Dictionum exoletarum Longobardicarum*, quæ nedum in hoc ope-

S 6 re,

re, sed in cæteris etiam Longobardicis monumentis haberi possunt. Quæ quidem explanatio seorsim etiam impressa fuit Tuderti apud eundem Vincentium Galassium in 8. eodem anno 1670. cum hoc titulo. *Dictionarium Longobardicum*, seu Dilucidatio verborum, & dictionum exoletarum, quæ in Longobardicis monumentis haberi possunt, ex Legibus, & Tabulis Longobardicis, & probatissimis Historicis selecta ad Longobardica monumenta inoffensè percurrenda apprimè commodum.

3 *Inscriptiones Antiquæ Basilicæ, Monasterii, & Horti Sancti Pauli de Urbe ad viam Ostiensem*, opus magno labore, & eximiâ diligentiâ confectum; antiquissima Epithaphia, tùm Christianorum, tùm Ethnicorum, & obsoletos propemodum characteres, dilucidè, atque enucleatè exhibens; Romæ apud Monetam anno 1654. in fol., cujus operis præstantiam, ac industriam satis perspicuè deprehendit, quicumque pavimentum Basilicæ S. Pauli curiosè observaverit, nam totum ferè stratum est antiquis tabulis marmoreis ex Cœmiterio Lucinæ erutis, variis, & ut plurimum sacris inscriptionibus insignitis, disruptis tamen, ac rescissis, & quod rem magis difficilem reddit, locis valdè inter se dissitis, collocatis; Quæ tamen Margarinus pertinacissimo studio ita in suo libro iterum copulavit, partem ad partem cogendo, ut optimè legi, ac intelligi possint. Hic tamen liber Anonymus est, cujus Authographum extat in nostra Bibliotheca S. Pauli non quidem atramentario calamo, sed rubro stylo, seu hæmatite exaratum; quem librum Inscriptionum citant Authores Ephemeridum Literatorum Italiæ, Venetiis impress. an. 1714. tom. 17. pag. 291. art. 11.

Addidit Inscriptiones, quæ extra Monast. in locis tamen ejusdem extant, & Ethnicorum Inscriptiones, quæ olim extabant ad S. Paulum: demum ad calcem Græcas Inscriptiones in Basilica Sancti Pauli extantes. Cogitabat, parietum quoque ornamenta, picturas, & alia Sacra monum. ejusdem Basilicæ, ære per typos expressa in publicum aliquando exhibere; sed puto, opus illud eum non perfecisse.

Hoc autem Margarini Inscriptionum opus multùm differt à labore illo Antonii Bosii, quo Inscriptiones ejusdem Basilicæ S. Pauli collegit, univit, & explicavit, impressas postea Romæ anno 1632. in sua Roma subterranea, nam ut ipsemet Bosius fatetur, nec omnes ipse lustravit, nec eâ quidem ratione, ut meliùs, & exactiùs exhiberi non possent; at Margarinus longè plures, imò omnes clariùs, & magis ordinate, recensuit, & mancas, mutilasque pro virili supplevit, tùm proprio marte, tùm ex Grutero, Justo Lipsio, & ex eodem Bosio; Eas autem, quæ vel periere, vel aliò delatæ sunt, ex Marliano, Grutero, Ugonio, Panvinio, Aldo Manutio, aliisque accuratè restituit.

4 *Justinianus Magnus Aniciæ familiæ restitutus*. Cæsenæ ex Typographia Neriana anno 1644. scriptus est liber contrà Nicolaum Alamannum, qui edidit Interpretationem arcanæ Justiniani historiæ scriptæ à Procopio Cæsariensi.

5 *Discorso Apologetico in corroborazione della verità d' un Istromento Originale fatto nel 1122. esistente nell' Archivio della Cattedrale di Gubbio, dal quale si prova la nobiltà de' Signori Capizucchi Romani; In Roma nella Stamparia del Lazzari Varese 1675. in 4.* Quem librum refert Vincentius Armannus in Appendice historiæ suæ de familia Capizucchi impressæ Romæ anno 1680. pag. 105. in quo libro omnes Authores de familia eadem tractantes recenset. In Epistola verò nuncupatoria ad Carolum Cartharium, quæ est longissima pagg. 51. sic de Cornelio Margarino, deque ejus hac eâdem apologia loquitur. „ Gl' inchiostri apologetici, che di vantaggio dalla dotta penna dell' Abbate Cornelio Margarini sortirono antecedentemente alla luce contro la medesima Censura han posta in più bella chiarezza la verità, e per quello, che spetta alla cortesia usata da quell' *Eccellente Let-*

„ te *Letterato* verso di me direi, che il venir lodato da huomini lodatissimi, e ce-
„ lebrato da huomini celebratissimi, è una gloria, che più alta non può desiderarsi
„ dal Virtuoso „.

Manu scripta.

Thesaurus Historicus sacræ, & politicæ Veritatis in S. R. E. agro ipsis authographis monumentis à vetustissimis Antiquitatis latibulis per diuturna Sæcula absconditus, in tomos octo distributus, ad certam Chronologiæ normam juxtà Indictionum rationem expositus, & ad pedes Innocenti XI. Pont. Max., eâ qua decet veneratione, & alacritate humillimè depositus anno 1680.

Unum ex his octo Mss. tomis puto esse illum, quem Margarinus scripsit in fol. continentem historias Ecclesiæ, & Monasterii nostri S. Pauli de Urbe, quem ipsemet Cornelius mihi ipsi in Monastico Tyrocinio constituto circà annum 1679. legendum dedit, quem posteà quacumque adhibità diligentià nuspiam potui reperire; Collegit etiam Vitas nonnullorum Sanctorum, quorum Reliquiæ in Basilica D. Pauli quiescunt, dispositas ad Sacram Sinaxim, quarum exemplar Ms. est apud me.

Laudatur à Raphaele Fabretto, de *Aquæductibus veteris Romæ* dissert. 2. pag. 80. numero marginali 145. A Dominico Macri in Hierolexico pag. 401. juxtà editionem Latinam Romæ factam anno 1672., ubi vocatur *Vir eruditissimus*; A Jo. Cinello Bibl. Vol. plut. 14. pag. 17. & plut. 3. pag. 19. Ab Equite Prospero Mandosio in Bibl. Romana tom. 1. cent. 5. pag. 332., ubi vocatur „ excellenti doctri-
„ nà Vir, ac Religiosarum virtutum ornamentis meritò venerandus, atque in re-
„ bus antiquis evolvendis, dilucidandisque Curiosus, Sedulus, Eruditus, & sum-
„ moperè exercitatus &c. „ A Petro Ant. Torn. in *Origine, & Progressu Congregationis Casinensis*, in Epistola ad Lectorem, ubi vocat *eum Monachum dignissimum, summique meriti Regularem, & eximiæ probitatis, & eruditionis Virum*. A Plac. Pucc., qui ferè in omnibus suis operibus eum allegat, præsertim in Chron. Abb. Florent., & in Apar. hist. de Viris Ill. ejusdem Abbatiæ. A Philippo Rondinino de Basilica SS. Joannis, & Pauli pag. 113. A Bernardo Pez. Epistola x. Apologetica pag. 220., & seq., ubi aliqua ejus opera memorantur; & ex eo, A Felice Egger Pethrusiano Idea Ord. Hier. Bened. lib. 2. par. 3. dissert. 8. pag. 571. inter Historicos. Novissime à Scipione Maphæjo Hist. Diplomat. Mantuæ impress. anno 1727. pag. 10.

CORNELIUS MERENDELLA Venetus S. Gergii M. Monachus effectus an. 1621. die 2. Aprilis floruit circà annum 1650. Sacrâ, ac profanâ eruditione, nec non Monasticæ disciplinæ zelo, magnà tamen cum prudentia conjuncto; quem ostendit non solùm in regendis Abbatis munere variis, ac præcipuis Venetæ Provinciæ Monasteriis, sed etiàm in quibusdam satis prolixis Epistolis ad Josephum Pisani Venetum Abbatem ejusdem S. Georgii M. pro ejus prudenti administratione, ac regimine Italicè conscriptis, sacræ Scripturæ, SS. Patrum, ac profanorum Authorum testimonijs refertis, quarum una, quæ ad manus meas pervenit, data est anno 1648. die 25. Januarii ex Monasterio Pontidæ. Nec omittendum, cum magnà etiàm fuisse charitate ergà proximos præditum, nam cum pestis per id temporis grassaretur, eà laborantes sedulò invisebat, adjuvabat, solabatur, fovebatque, eorum non solùm corpora, sed multò etiam magis animas recreando, quod cum posteà per se ipsum præstare non posset, jussu enim civilium Magistratum (ut in hujusmodi eventibus fieri solet) domi tenebatur inclusus, ne si ipse etiam eumdem morbum contraheret, aliis communicaret; populum per Epistolas confortabat, monitaque salutis scriptis suis frequentissimè suppeditabat, suarumque Epistolarum ad illos hæc ferè semper erat Inscriptio: *Abbas de Cella ad*

Po pu-

Populum Pontidiacum; Quià vero prædicta Epistola, quæ in manus meas incidit, haud parùm conferre potest ad ostendendam non solum Merendellæ prudentiam, ac doctrinam, verum etiam ad istruendos quoscumque Regularium Superiores, quo modo ergà illos sapientèr, ac discreté se gerant, ideò aliqua ex eàdem excerpta hic annecto.

Observat igitur primò regulas longè diversas à Platone præscribi pro suâ Republicâ, & ab Arist. in libris Politicorum pro regendis Urbibus, ac profanorum hominum cœtibus, ab iis, quæ à SS. Legislatore nostro Benedicto, aliisque Regularium Ordinum Institutoribus traduntur, pro Cœnobiorum, ac Cœnobitarum felici regimine „ Alius enim (inquit) modus servandus est in gubernandis captivis, vel famulis, alius in ingenuis viris, civilibusque dirigendis: aliâ ratione imperandum militibus, vel necessitate subditis, alia præcipiendum filiis, aut voluntate subjectis. Regendo namque promiscuo Populo, Triremibus, vel Militaribus Copiis, justitiâ per quam exactâ opus est, inflexibili Legum rigore, incorruptâ severitate. Monasteriis moderandis, Virisque liberis, ac filiis exquisita prudentia requiritur, par ergà omnes charitas, & æquitas temperata, quam Arist. 4. Ethicorum Epichejam vocat, idest summorum, imorumque moderationem, ac permixtionem, sine qua virtute nullius roboris, imò perniciosissimum evadit quodcumque Regularium hominum regimen. Porrò sicut Arces, & Fortalitia, fossis, muris, turribus, tormentisque bellicis muniuntur, ac defenduntur, ità regulares domus custodiuntur, & conservantur sanâ doctrinâ, optimis exemplis, morum gravitate, ac Præsulum vigilantiâ, aliisque id genus virtutibus, quæ sunt veluti aggeres, ac munimina Ordinum Regularium; denique uti verissimè monuit Sanctus ille Cantuariensis Archiepiscopus Thomas, *Ecclesia Dei non est custodienda more castrorum*. Fundamentum igitur optimi, faustique Regiminis, ille utique jacit, qui à pace, quiete, lætitiâ, gratiis, favoribusque largiendis, illud auspicatur; & deinceps abusus, qui irrepserint, & incommoda, quæ offenderit, paulatim evellere, opportunisque remediis curare tentaverit, memor sanè celebris, utilisque Sententiæ à Magno Alexandro olim prolatæ, dum ad suos Macedonas concionaretur. *Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur, at verò contrà beneficiorum gratia sempiterna est*, uti Curtius narrat; Animadvertendum namque est, hominem quamvis indutum cucullo, non ideo tamen fragili carne spoliatum, aut variis animi perturbationibus omninò expertem, nemo igitur ad angustias redigendus, nec incognitâ, aut non probatâ causâ puniendus est, ne desperatione adactus, in extrema prolabatur, nullus namque hostis perniciosior (inquit) Seneca l.2. Natural.quæst.cap. 59. *quam quem audacem angustiæ faciunt*; & lib. de clementia ad Neronem, *accerrima virtus est, quam ultima necessitas extrudit*; quid igitur inquies, nonnè abusus tollendi? nonnè improbi ad aliorum exemplum coercendi? utique; nam hoc ipsum Pastoris, ac Præsulis officium exposcit; At distinguendum? aut enim vitia singularia sunt, sicque in singulari tantùm personâ, ut plurimum, diversimodè curanda, privatis videlicet, secretisque, ac paternis admonitionibus, deindè minis, & objurgationibus, tùm expetitæ rei alicujus repulsâ, posteà salutari aliquâ castigatione, seù pœnitentiâ; demùm, his omnibus nihil admodum proficientibus, ferro tandem abscissionis, idest vel Officiorum, ac munerum exautoratione, vel denique expulsione, locique mutatione; Aut errores, & vitia in pluribus, vel ferè in omnibus vigent, & tunc valdè cautè summâque cum dexteritate est agendum, cum plus, plerumque damni, quam emolumenti afferat in multitudinem exactus rigor; Quamobrem Seneca lib. 2. de Ira cap. 10. *In singulos Severitas Imperatoris distinguitur, at necessaria venia est, ubi totus deseruit exercitus; quid tollit iram Sapientis? turba pec-*

peccantium: intelligit, quam & iniquum sit, & periculosum irasci publico vitio; multòque melius D. Augustinus id docet Epistola 64. ad Amelium, *non asperè existimo* (inquiens) *non imperiosè, ista tolluntur, sed magis docendo, quàm jubendo, magis monendo, quàm minando; sic enim agendum est cum multitudine peccantium*. Igitur, qui præsunt, cum absurda apud plerosque obtinuisse viderint, ad ea tollenda nimis festinantèr ne properent, sed paulatìm, suavitèrque procedant, memores illius Senecę Sententiæ lib. 2. de Ira cap. 30. *Bonus est Vir, qui injuriam fecit? noli credere; malus est, noli mirari*. Si criminis alicujus insimuletur Vir bonus, & honestus, qui rectus, ac virtute præditus ferè ab omnibus audiat, noli credere, nec te decipi unquam permittas; Sed invidiam potius, livorem, aut æmulationem in delatore suspicare; si autem malus quispiam, sinistræque famæ, qui aliàs eadem, vel similia perpetraverit, vel qui læsum, aut offensum se existimat, accusetur, *noli mirari*, ne tibi durum, aut insolens videatur, nam quodlibet etiam parvum animal in ultionem proclivè est, & *Formicæ inest sua bilis*, & venia, aut saltem miseratione dignus videtur, qui percussus ulciscitur, hoc presertim sæculo, *quo pro optimo est minimè malus*, ut affirmabat Seneca de *Tranquillitate animi*, suo etiam tempore evenire. Ut autem erratis opportunum adhibeatur remedium, sontesque juris ordine puniantur, Commissarios Judices ex proprio Monastico Ordine adsciscere, qui prudentià, zelo, ac divino timore præditi, omnia secundùm Deum, sanctamque Regulam expediant, & approbo & laudo; at ab extraneis vocandis, ut de filiorum culpis, propriæque domus malis cognoscant, abhorrui semper, nimis notum, vulgatumque est inter studiosa Claustra Magni illius Cajetani Cardinalis effatum; *Quando causæ Regularium Claustri metas excesserint, actum est de illis*. Quidni optimorum Sacerdotum, qui vel in proprio, vel in aliquo ex vicinioribus Monasteriis ferè semper florent, opera, & consultatione omnia componere? ut apud optimè institutos Regulares cœtus mos est, absque eo quod proximorum graviores defectus, fratrumque nostrorum pudenda revelentur? Ego quidem vix unquam prosperè evenire conspexi, quæ a forensibus Judicibus unacum Assessoribus, criminali via, tractata sunt; sed ut plurimum magnam pecuniæ, aut famæ jacturam per hujuscemodi Judicia fieri, absque spe alterutrius recuperandæ; at contra gravissima absurda prudentià potius, & charitáte Præsulum facillimè tolli, citra istiusmodi Consultorum interventum, qui tempus, aurum, decusque Monasteriorum absumunt. Animadverti etiam honori, ac dignitati Præsulum minimè conducere, modò hunc, modò illum ex subditis insectari, ac tyrannicè vexare; non *enim Principi minus sunt turpia multa supplicia, quam medico multa funera*, ut ad Neronem Seneca, subdens seipso dignam sententiam, nobisque, qui præsumus valdè proficuam, *remissiùs imperanti meliùs paretur*. Qui leniter, ac suaviter jubet ad perfectiorem, promptioremque obedientiam Subditos impellit. In nos ipsos severitate uti debemus, abstinentià, gravitate, solitudine, aliisque virtutibus cœteris præire, ut *quid faciendum sit, à faciente discatur*. Erga eosdem Subditos verò affabilem se præbere, non scurram, misericordem, non levitatum socium, reprehendere, sed non opprimere, punire, sed non exterminare. *Sit amor in Prælato*, inquit S. Gregorius Magnus 2. Moral. cap. 8. *sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderatè sæviens, sit pietas, sed non plusquam expediat, parcens*. Cæterum, ut omnia, ubi opus est, in pristinum statum restituantur, ac Subditi antiquum virtutum, ac perfectionis iter denuo arripiant, erga omnes æquabilem se, ac beneficum Superior præbeat, studeatque (ut S. noster Legislator monet) *plus amari, quam timeri*; Quamvis haud equidem ignorem *rarum esse, nimisque excellens*, ut cum Seneca tam sæpe à me

C

" me allegato, tantique in moralibus facto, concludam, *in Officio amorem consequi, in quo odium vitasse difficile est* "

CORNELIUS à Napoli familia Ceraso Monachus Casini evasit anno 1637. die 8. Decembris, & postea Decanus, tum Prior Titularis renunciatus, Vir fuit morum gravitate, & honestate conspicuus, & Regularis observantie ad extremam usque senectam verbo, & exemplo tenacissimus. Scripsit

1 *De Sacrificio Missæ*, vulgari tamen sermone, ac facili stylo, quæ uti memini (illum enim vidi Casini valdè ego Juvenis ex Romano Monasticæ Religionis Tyrocinio nuper egressus) sunt explicationes tanti Mysterij, pro minus peritis haud inutiles. Item Latinè

2 *Elogia omnium Monachorum suâ ætate Casini degentium* ab anno 1637., quæ tamen inedita extant Casini in Archivo; Obiit ibidem circa finem preteriti Seculi XVII., plenus dierum, non minùs quam bonorum operum.

CYPRIANUS Brixiæ familia Benaglia ortus, Monachis vero S. Mariæ de Prataleâ in collibus Euganeis adscriptus anno 1694. die 24. Aprilis floret præsenti tempore conspicuo nobiliorum scientiarum ornatu; quas vel ab ipsâ pueritiâ impensius colere cum cœpisset, præcoces etiam sapientiæ fructus ex eisdem collegit, nam 16. ætatis annum nondum transgressus, Philosophicas, ac Theologicas Theses nullo præsidente Magistro, per quam egregiè defendit. Vigesimum vero primum annum agens, novæ, ac antiquæ Philosophiæ libros quatuor solidâ brevitate concinnatos in lucem dedit, quibus intellectus sui acumen, & doctrinæ præstantiam satis ostendit. Brixiæ in Monasterio SS. Faustini, & Jovitæ, eodem prorsus tempore. Philosophiam, Theologiam, ac Jus Pontificium, undique confluenti juventuti tradebat, ac insuper bis in hebdomadâ in percelebri Errantium Academiâ ejusdem Urbis, Mathesim, quam egregiè admodum callet, ab ejus Urbis Magistratu electus, explicabat; diebus demum Dominicis in eâdem Academiâ moralem Philosophiam edocebat: Quamobrem sapientiæ, ac ingenii ejus famâ longiùs pervagante, Patavium accersitur, & à Veneto Senatu singularis ejus eruditionis opinione permoto, Sacr. Canonum in Patavino Gymnasio explanationi preficitur, quod quam illi honorificum, & illustre fuerit, inde cognoscitur, quod Magisterium illud ante eum Regularium nemini collatum fuerat, sed vel Laico, vel Doctori cuipiam ex Clero Seculari; neque vero Patres prudentissimos ejus electionis pœnituit; nam expectationem de se conceptam Cyprianus non solum æquat, sed etiam superat, præsertìm cum doctrinæ excellentiam, insignis morum honestas, rara modestia, ac religiosa prorsus pietas ubique comitentur. Ejus opera sic inscribuntur

Praglia

1 *Examen Philosophiæ novæ, & veteris* to. 4 in 4. Brixiæ apud Jo. M. Ricciardum an. 1699.; cum nempe ibidem publicè Philosophiam doceret; scripsit etiam, sed per typos minimè adhuc evulgavit

2 *Mathematicum, ut vocant Cursum*. Præter istos libros magnum quoddam opus in Jus Canonicum molitur, & præ manibus habet, quod profecto, si ad perfectionis culmen deductum fuerit, egregium sanè, & Orbi literario erit utilissimum. Opus quidem pro sui magnitudine plurium annorum operam requireret; sed cum a pluribus jam annis in eodem adornando, studio indefesso laboret, brevì illud in lucem exiturum speramus. Eo in opere Benallius pro scopo sibi proponit, Prælectiones omnes Canonicas in Licæo Patavino habitas (sunt autem quamplurimæ) optimo ordine disponere, eâque occasione Gratiani Collectionem per quam diligentèr emendare, adhibitâque acerrimâ crisi, ac historico examine, Ecclesiasticam disciplinam ab ipso nascentis Christianæ Fidei exordio, ad hæc usque tempora illustrare, omnia ab ovo, ut ajunt, pertractans.

Anno 1721. scripsit libellum in fol. pag. 21. cum hoc titulo.

Riflessioni di un Religioso Sacerdote divotissimo della Santa Sede, sopra un modo di levare li correnti dissidii per la Constituzione Unigenitus. Hic libellus oblatus fuit Innocentio XIII. Pont. Max. ab eoque, & ab omnibus doctissimis Viris, qui eum legerunt, plurimi commendatus. In eo enim consumatissima Theologiæ, Juris Canonici, & Christianæ prudentiæ medulla conspicitur; ejus exemplar Ms. est apud me.

Eum inter doctiores, qui hac tempestate in nostrâ Congr. literis florent, recenset Angelus M. Quirinus (nunc S. R. E. Cardinalis, & Brixiensis Episcopus) in Adnotationibus ad dissett. suam, *de Monastiçâ Italiæ historiâ* impress. Romæ anno 1717., pag. 95. Nicolaus Commenus Papadopoli in Hist. Gymnasii Patavini tom. 1. lib. 2. sect. 2. c. 2. pag. 155. n. 5. „ 1705. 6. Augusti mihi biennio antè ad primam Canonum Sedem vespertinam translato successit, me longè præstantior, Vir doctissimus D. Cyprianus Benalea Brixiensis, Monachus Casinensis, qui eam Sedem nunc exornat eruditione Canonicâ singulari dissertationibus sapientissimis, virtute comi, liberali, ed ad pietatis normam exactâ „

CYRINUS nobili familiâ de Sanctis Gisinundo patre Militum Ductore, Senis prodiit, & ibidem in Cœnobio S. Eugenii nostro Ordini nomen dedit; Anno 1620. die 25. Julii. Perusiæ vero sub celeberrimi eo tempore Petri Gilioli disciplinâ Philosophiæ operam navavit, quam deindè, sicut etiam Theologiam, plures annos variis in Cœnobiis Monachos docuit; clarus admodum evasit plurium linguarum peritia, Græcæ nimirum, Hebraicæ, Latinæque, ac ferè earum omnium, quæ in præsentiâ apud Europæos vigent, præter naturalium scientiarum, Mathesis potissimum selectiorem doctrinam; Sed in primis Sacr. Literarum eruditio insignem, ac illustrem reddidit, annos namque suprà XL. in Pisanâ Universitate divinos Codices communi Literatorum plausu, ac frequentiâ publicè est interpretatus; ob morum verò probitatem Religioso Viro dignam æquè, ac ob doctrinæ præstantiam Ferdinando II. M. Hetruriæ Duci charus fuit in paucis, atque ab eruditis ejus ævi plurimi factus, quibus cum Epistolarum crebra necessitudo ei intercedebat. Ergà suum Cœnobium impensè beneficus, Templi faciem, latasque scalas, quibus ad idem Templum ascenditur, & Cœnobii insignem Januam ad veræ Architectonices regulas venustè construendas curavit; Ecclesiam Sacrâ Supellectili, vasisque argenteis ditavit Bibliothecam compluribus, ac optimæ notæ libris cumulatè adauxit, interque eos sacræ paginæ Interpretum, Linguarumque Professorum ingenti copiâ, quos marginalibus notis suâ manu conscriptis undique illustravit. Archivum quoque antiquiss. illius Monast. ab an. 700. per Warnafredum erecti egregiè ordinavit, diplomata omnia, Pontificum, Cæsarum, Regum, tàm quæ ad honorem, quàm quæ ad commodum pertinent, aptè distinguens. Demùm triennio antequam è vita migraret, tam Pisanam Cathedram, quam Abbatiæ dignitatem, ad quam evectus fuerat, spontè dimisit, ut privatus piis exercitationibus ferventiùs vacans, ad æternitatem se faciliùs compararet. Vivere desiit Vir adeò insignis valdè senex an. 1679., ejus extant

1 *Prælectionum in Sacra Biblia tomi sex*, quos in decem annos compositos decimo quoque anno rursus ab initio recitabat; Asservantur MSS. in Bibliothecâ prædicti Monasterii.

2 *Repertorium Biblicum*, opus pulcher. aureas divinor. Biblior. explicationes Alphabeti ordine docens, quod MS. asservatur ibidem, ubi etiam extant. 3. *Plures ejus Epistolæ* satis elegantes, & eruditæ, quibus aliorum eruditorum Epistolis respondebat. Et 4. *Cursus Philosophicus* pariter MS. in 4. ubi in fronte Tractatus de

anima

anima sic legitur. *In libros de Anima Adnotationes, & Quæstiones per Ad. Ven. Patrem D. Cyrinum Senensem in Monast. S. Eugenii doctiss. Lectorem traditæ, & à me D. Zenobio Senensi Monacho Casin. in eodem Monast. scriptis diligentèr mandatæ anno D.* 1628. Fuit autem hic Zenobius nobili familia de Cosinis, Abbas postmodùm, & nostræ Congreg. Præsidens anno 1675. Item Theologiæ Moralis tom. 3. in 4. & alius tomus in fol. cum hoc titulo 6. *Annotationes ex Clavi Regià Sayrì*. Itèm alius tomus MS. in 4. lingua Italica cum titulo: *Annotatione sopra Pietro Soave Polano &c.*

Ejus meminerunt cum laude Angelicus Aprosius sub nomine Scipionis Glareani in Grillaja pag. 480., ubi narrat eum in nobili Academiâ, quam in suo Palatio Princeps Matthias ab Hetruria Senarum Gubernator erexerat, habuisse sermonem *De Cælo*, ex quo non parum laudis retulit; Vocat insupèr Cyrinum Poetam argutissimi, ac vivacissimi ingenii. Idem habet Isidorus Ugurgerius Pompe Sen. par. 1. tit. 14. pag. 386. n. 1017. addens, eum tantâ doctrinæ, ac eruditionis copiâ Sac. literas interpretatum, ut Auditoribus admirationi esset: Ejus etiam sunt sequentes Inscriptiones, ut à Senen. Monachis accepi.

D. O. M.

Italia Longobardorum Plagis miserrimè data, a Luitprando Rege Varnafredus Æstruriæ præficitur, Divino ductus lumine ad Sacras conversiones ædes se convertit, Monast. in Honor. S. Eugen. Abb. Greg. III. Leon. III. Imper. locupletissimè ditatum. Extrà Senas in solo Piloliano Vallis Orgiæ ædificari curavit 731. *Quod postea bellorum feritate devastatum ad Ecclesiam S. Spiritus ad Civitatem translatum, ab Eugenio IV. Sum. Pontif. una cum Abbatia ad Insulam Benedictin. Religion. unitum, ibi ad Rus, à quo discesserat iterum reversum est* 1446. *Monachi Casin. Beneficentiæ monumentum posuerunt MDCLVIII.*

D. O. M.

Avæ Mathildi Gentilitiæ Nobilit. Magdeburgensis in Saxonia Nitæ quæ Eccles. S. Cyrini una cum Monasterio in honorem S. Benedicti Abbatia ad Insulam nuncupat. In Senensi ditione munificè erect. una cum prædiis Castri Castilionis, Sitechi, Podio de Monte Ala, & Monte Madio per Summos Pontif. Benedictin. Nigrorum unit. ad Patrimonium perpetuo datis Ejus nominis æternitati vivit vitâ functa Anno Salut. 1004. *Monachi Casinens. Insigni Benemerenti A. C. MDCLVIII.*

Leguntur insculptæ parietibus in prædicta S. Eugenii Ecclesia ex utraque parte Januæ sub eorumdem Benemerentium effigiebus. Inveniuntur etiam impressæ in fol. Senis ann. 1649. apud Bonettum in libro, cui titulus: Catastro di tutte le
„ Terre, Stabili, e Case spettanti alla proprietà del Monastero di S. Eugenio &c.
„ formato dal Rmo P. D. Leone di Todi Abbate l'anno 1649. pag. 7. „ In quo item libro pag. 22. legitur hæc alia Inscriptio, quæ insculpta est, ut ibi dicitur, in parvo Sacello olim erecto in vertice Montis Madii, & præterito Sæculo XVII. restituto, quam Antiquitatis studioso Lectori minimè displicituram putamus, quamvis ejus Author à nobis ignoretur.

„ *Avæ Mathildi optimæ Ildebrandi Comitis Uxori Rmus P. D. Zenobius Perusias* *
„ *Abbas, & Monachi SS. Cyrini, & Eugenii Senen. Benemerentes, Sacellum hoc*
„ *D. Mariæ Virgini dicatum, & Abbatiæ ad Insulam piè legatum, sedatis cum no-*
„ *bilissimâ Familiâ de Petrucc. Nemorum controversiis, cursu temporum, ac Mili-*
„ *tum incursu dirutum, in perpetuam memoriam, honorificè restaurandum curarunt.*
„ *An. MDCXXII.*

* fuit familia de Bonamicis.

De qua Mathilde L. Capugnanus in suo Itinerario Italico hæc refert „ Ava no-
„ bilissima Magdeburgensis Saxoniæ Civitatis Mulier, ut Deo serviret, in Senen-
„ sem se recepit Ditionem, & Monialium D. Benedicti habitum suscepit, ædifica-

„ vitque in Insula Abbatiam, obiitque in Sacro Monasterio nunc diruto, super
Monte Mag- „ Montem Madium ab ea ædificatum „ Sed alij asserunt fuisse natione Italam, gente
gio. Longobardam, cujus etiam Gentis lege vivebat, ut ejus quoque pater Zenobius, & Vir Ildebrandus, & Avam tantummodò vocatam.

COESARIUS FUNETTI nobilis Cœsenas percelebris Cardinalis de Albicis propinquus, in Cœnobio S. Mariæ de Monte exrra Cœsenam Monachis nostris adnumeratus est anno 1625. die 7. Oct. Abbas postea creatus Monasterium S. Vitalis Ravennæ administravit ab anno 1664. usque ad an. 1667. quo tempore erat Legatus à Latere provinciæ Romandiolæ Cardinalis Cœlius Piccolomineus Senensis, cujus rogatu, imo jussu Cœsarius sequens opus composuit, cujus hic est titulus;

Introductio proęmialis ad intelligendum, & interpretandam non solum Psalterium David, sed totam etiam Scripturam Sacram, acta & habita à D. Cęsario Funetto Abbate Casinensi S. Vitalis Ravennę: De mandato Emi, ac Rmi DD. Cęlij Car-
„ dinalis Piccolominei Legati à Latere Provinciæ Romandiolæ SSmi D. N. Alexan-
„ dri Papæ VII., coram eodem Emo, in suo Apostolico Palatio, in quo jussit in-
„ troduci *Academiam Veteris, ac novi Testamenti*, hoc tamen consilio, vel propo-
„ sito, ut jam supradictus Abbas incipiens a Psalterio Regis Prophetæ, esset Paraphra-
„ stes, qui sic in suggestu ratiocinatus est, ut imperio Eminentiæ suæ obtempera-
„ ret, & ejus pietati, ac devotioni satisfaceret, nec non vulgaretur humillimus,
„ addictissimus, & obsequentissimus servus tanti Principis, qui sicut est decus, &
„ glotia Urbis, & Orbis, ac ornamentum Purpuratorum Sacri Collegij, ita uni-
„ versæ virtutis Epilogus, & cunctigenæ laudationis dignoscitur grande Compen-
„ dium: Incipit.

Multis explosis argumentis nihil præclariùs ad manum promptiùs, & ad meam imperitiam explicandi Sacram Scripturam præstantiùs adesse poterit, quam illud Atheniensis Oratoris Periclis &c. est MS. in fol. apud D. Petrum Paulum Ginanni Ravennatem Monachum, & Lectorem Scholasticarum Facultatum in laudato Cęnobio S. Vitalis, qui eamdem Isagogem eruditam, pulchram, & efficacem esse per Epistolam mihi testatus est; addens Cęsario propositum fuisse totum Psalterium multifariam pro sensuum literalis, allegorici, tropologici, & anagogici diversitate explicare, ut ipsemet indicat hujusce *Introductionis* pag. 3. quod an perfecerit, hactenus est incompertum.

Ibidem pag. 121. Cin. 22. in Columbano à Brixia, ubi dicit. *In fine*, adde pag. 82. primæ editionis Romanę, apud Galeatium Chracas anno 1689.

Ibidem lin. 27; ubi dicit *Ne da in luce alcune*, adde, ottave.



DA-

D



AMIANUS HEMBRIUS à Lesina * Alumnus S. Georgii Venetiarum effectus an. 1602. die 21. Decembris; dicitur in quodam Congreg. Regest. MS. pag. 65. in margine; *Prior S. Georgii Majoris, Musices Scriptor*, nec amplius de eo mihi notum.

DAVID natione Anglus, patriâ Londinensis nostræ Congr. Monachus, coluit humanas, sacrasque literas circa annum 1650. Scripsit libellum, cui titulus,

Parricidj, ubivis gentium alibi hactenus inauditi in M. Regem Britanniæ Augustissimum Carolum, ejus nominis I. ad Carolum filium M. Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regem nunc Augustissimum, deploratio parænetica. Venetiis an. 1649., quam refert Jo. Cin. Bibl. Vol. plut. 5. pag. 22. Item Italicè.

Compendio, overo Trattato scritto in Inghilterra per il R. P. D. Davide Inglese, Monacho della Congreg. Casinese, sopra le Controversie, tra il Rmo Vescovo Calcedoniese (Richardum Smithæum) *e li Regolari, e Laici d' Inghilterra, per essere insinuato all' Illmi Signori Cardinali della Sagra Congregazione del Sant' Offizio.* Est MS., & reperitur Romæ in Bibl. Sapientiæ, in primo tomo Miscellan. Sacr. Constantini Cajetani.

* Lesina est Insula Dalmatiæ adjacens olim Pharia dicta cum Urbe Episcopali cognomine. Est etiam Urbicola Regni Neapolitani in Provincia vulgò Capitanata.

DESIDERIUS PETRONIUS, in Oppido propè Cajetam, quod vulgò *Fratte* appellatur unde ille *Fractensis* dicitur, conspicuá valdè Familiâ prodiit; Monachus effectus in proximo Casinensi Archisterio an. 1606. die 24. Junii, variis literarum, & pietatis ornamentis effulsit. Quapropter Abbas creatus, non solum idem Casinense Cœnobium * integro quinquennio, pluribus quidem ei partis utilitatibus, & commodis, sed nostrum quoque D. Pauli de Urbe, necnon S. Scholasticæ Sublacensis administravit, * singulari ubique Religionis, ac prudentiæ fama commendatus. Claruit circa medium Sæculi XVII., scripsit

* Ann. 1634.

* Anno 1645.

Compendium Theologiæ moralis, quod in Casinensi Bibliothecâ asservatur, signat. codic. n. 591.

De eo agunt Plac. Pucc. in Nomencl. pag. 13., & in Epitome Antistitum Casinens. pag. 53., & M. Ant. Scipio in Elogiis Abbatum Casin. pag. 275., & seqq., ubi asserit, familiam de Petroniis fuisse perillustrem, Desiderium verò sublimioris Philosophiæ exercitatione, & optimarum artium studiis, quibus adolescens in Casinati Academiâ devoverat sese, apprimè excultum, & antequam Abbatis infulâ donaretur, Præfectum quadriennio fuisse Sacris Lectionibus, quæ in celebri nostro Divi Petri Perusini Gymnasio, per id temporis Pauli V. Pontificis Maximi authoritate erecto, habebantur, ut ibi, sicut & in pluribus aliis Cœnobiis, strenui, ad Fidem Catholicam propugnandam, pugiles instituerentur: ex quo nimirum Gymnasio Desiderii nostri accuratâ solertiâ, & eruditione, complures Alumni nobilioribus disciplinis egregiè imbuti prodierunt, antiquum Casinatis Familiæ splendorem instaurantes; Addit verò Scipio, Desiderium Templum quoque, & Sacrarium Casinense (quo tempore fuit ibidem Abbas) pictis tabulis, clathratis Cancellis, suppellectili, argenteisque vasis, ac ornamentis insignitèr ditasse, ac demùm pavimento antiquæ Ædis D. Benedicti, quod in veteri turri, materia, atque artis præstantiâ nobile spectatur, plurimùm decoris addidisse, & ultimam aliquando manum imposuisse. Fuit Abbas Casinensis CXXX. Idem habet Julius Ambrosius Lucenti in Ital. Sac. restric. aucta &c. pag. 1042., & sequen., ubi animadver-

madvertit Petronium, ficuti Defiderii primi (qui poftea Victor III.) Abbatis amplifſimum nomen gerebat, ita etiàm virtutes in Templo præfertìm exornando æmulatum fuiffe, & quindecim pulcherrimis tabulis à Carolo Mellino Lotharingo depictis fcutorum 1350. impendio Odeum mirificè decoraffe.

DIONYSIUS FAUCHERIUS natione Gallus, patriâ Arelatenfis in Provinciâ Narbonenfi nobili ftirpe natus eft anno 1487. Adolefcens optimas literas edoctus, & ad pietatem compofitus ad Monafterium S. Benedicti de Padolyrone in Agro Mantuano, ubi plurimum regularis vigebat difciplina jam pridem operâ Ludovici Barbò per Italiam reftituta, convolavit, ibique Monafticis difciplinis initiatus anno 1508. die 14. Maji, annos feptem fummâ cum laude tranfegit; fed cum Lirinenfis Infulæ perantiquum, ac celeberrimum Cœnobium nuper ab Auguftino Grimaldo Abbate Lirinenfi, & Epifcopo Graffenfi fælicitèr reformatum, & Cafin. Congreg. Leonis X. Pont. Max. ac Francifci I. Xpiñi Galliarum Regis diplomate unitum fuiffet anno 1516., Dionyfius ejufdem Infulæ beatâ folitudine, & facrâ amœnitate captus, in eam trajecit, ibidem ad obitum ufque manfurus. Fuit non minùs Sanctimonia vitæ venerabilis, quàm omnigena doctrinâ confpicuus, & illuftrium, ac doctiff. Virorum confuetudine literariâ florens, ut plàmet ejus opera, profa, metroque edita, eloquentiff., fimulque piiffima teftantur. Hæc diligentèr conquifita, & tandem (licet non omnia) reperta, publici juris fecit Vincentius Barralis Salema (de quo infra) in fuis Chronicis Lirinen. impreffis Lugduni ann. 1613., ubi etiam ejus gefta, ac virtutes recenfet. Extabant præterea Arelate apud Faucherios, eodem anno (teftis eft idem Barralis) ingeniofæ Tabulæ Dionyfii manu olim depictæ, ab ipfo eifdem dono datæ an. 1554., nempè horariæ preces optimo charactere exaratæ, ac pulcherrimis figuris fubtili, tenuique penniculo in margine effictis mirè adornatæ, ut quæ in Lectionibus, & Pfalmis ibidem leguntur, in iifdem figuris ad vivum expreffa oculis etiam cernantur. At quamvis in facra ftudia totus incumberet, coactus tamen fuit in ultima fenecta Prioris munus, ex obedientia, fubire in eodem Lirinenfi Monaft., quo tempore feveriorem difciplinam ex Regulæ præfcripto fedulò promovit, eamdemque apud Tarafcum in Monialium Cœnobio, quarum aliquandiù curam geffit, magnâ, conftantique diligentiâ reftituit, eifdem Monialibus ad morum perfectionem fimul, & quod admodum rarum eft, ad optimarum literarum amorem inflammatis. Tandem ætate, ac laboribus confectus, meritifque onuftus egregius hic, ac piiffimus Pater vitâ functus eft apud Lirinum an. 1562.& fanè feliciffimè, dum enim devotiff. quædam carmina à fe compofita oloris inftar caneret, ad Superos evolavit, pluribus relictis ingenii fœtibus, fcilicet.

1 *De Reformatione mentis* lib. 1. 2. *De Meditatione Paffionis Chrifti*. 3. *Parænefes ad Monachos, de Cruce poft Chriftum tollendâ*. 4. *Sermo in Natali Salvatoris noftri Jefu Chrifti*. 5. *Sermo de cœlefti defiderio, & amore*. 6. *Sermo de Sacerdotis dignitate ad Clerum Arelatenfem*. 7. *Sermo funebris habitus Tarrafcone*, Itemque alius habitus in Civitate Vencienfi.

8 *Epiftolæ ad Diverfos plus centum quinquaginta*, plenæ pietatis, & eruditionis; Inter eas plures funt ad Gregorium Cortefium, & Ifidorum Clarium ei amiciffimos, ac viciffim eorumdem ad Faucherium, ex quibus quanti Dionyfium facerent viri illi doctiffimi, apertè conftat, præcipuè vero Ifidorus, inter cujus Epiftolas nuper operâ Benedicti Bacchini anno fcilicet 1710. Mutinæ editas, plures leguntur ad Dionyfium datæ, præcipuè pag. 107., & fequen. ann. 1529. ubi in fine: *librum item ipfum cum elegantiffimis fcriptis tuis. ... mittes*.

9 *Prælectiones in omnes Epiftolas Divi Pauli*, quæ tamen adhuc ineditæ extabant in Lirinenfi Cœnobio tempore ejufdem Barralis. 10. *Paffio Sanctorum Aygulphi, Abba-*

Abbatis, & Sociorum Martyrum versibus descripta. 11. *Eclogæ quinque diversis de rebus Sacris*. 12. *Ode*, variique generis versus penè infiniti. 13. *Diversa Epitaphia Virorum Illustrium*. 14. *Hymni* in honorem aliquot Sanctorum. 15. *Epithalamia* ad diversos nobiles. 16. *De Laudibus Lyrinæ Insulæ versu Heroico Ecloga*, Candido, & Faustino Interloquutoribus, quæ impressa legitur in principio primæ partis eorumdem Chronicorum à pag. 19. usque ad 26. 17. *Elegia* de eâdem Lyrina Insulâ ibidèm pag. 28. & sequen. 18. *Ode de S. Lupo Monacho Lyrinensi*, & Episcopo Trecensi, ibidèm pag. 216. 19. *Hymnus* de eodem S. Lupo, ibidèm. 20. *De S. Siffredo Carpentoractensi, & Monacho Lyrinensi Carmen, seu Hymnus*. *Siffredus hac die gravi &c.* Ibidem pag. 142. 21 De Sylva Petri Pylade Monachi *Epigrammâ* ibidèm pag. 426.

22 Transtulit etiam de Italico in Latinum *Sermonem* satis elegantèr *Speculum Interioris hominis Stephani Fermensis*. Itèm. 23. Libellum ejusdem *de Discretione*, & tractatum de *Oratione interiori*, *sive mentali*, variaque alia edidit, quæ tamen Salerna minimè reperire, ac videre potuit, sed Venetiis in Bibl. S. Georgij M. extant Faucherii opusc. varia Mss. tom. 1. in 4. sign. 305. At Arnoldus Wion, qui de Dionysio agit Lig. Vit. l. 2. cap. 65. pag. 412., ejus opera, sub his titulis, ac nominibus recenset. 1. Sermones de diversis l. 1. 2. Odarum ad Deum, Virginem, & Sanctos l. 1. 3. Annotationum in Vitam S. Honorati Episcopi l. 1. 4. De Causis naturalibus rerum occultarum Dialog. lib. 1. 5. Epigrammatum ad Doctos quosdam l. 1., & alia plura, quæ in communes manus non pervenerunt. Asserit quoque Arnoldus ibidèm aliquot è Faucherii Epistolis excusas fuisse Venetiis anno 1513. in 4. cum Epistolis Gregorii Cardinalis Cortesii. Tomo vero 2. in additamentis pag. 885. hæc de eodem Dionysio subdit. Itèm Epistolarum ad diversos lib., in quo insertæ leguntur plures Epistolæ *Maximi Monachi Casinensis*, *nempè* 42. *Justini Monachi I. Cæsarei Monachi I. Innocentii Monachi I., & Eucherii Monachi I.* quem librum se Ms. vidisse testatur; subditque Dionysium patria quidem fuisse Arelatensem, licèt alii eum Tarrasconensem faciant, sed malè, cognomine Faucherium.

Laudatus Barralis Salerna inprædicto Chronico vocat Dionysium „ Virum
„ verè pium, qui scripsit, & fecit, cujus memoria semper cum laude in Sacrâ Lyrina erit. Petrus Ricordatus hist. Monast. Diario 4. pag. 460. à tergo eum appellat Sanctæ, & ad aliorum exemplum piæ conversationis Virum, Poetam, & Oratorem insignem, Magnum Theologum, ac Summum Philosophum, sed eum obiisse dicit an. 1560., non 1562., ut Barralis tradit. Titus item Prosper Martinengus, qui eum Græco carmine laudavit, quod legitur in primo tomo Operum ipsius Martinegii, cui titulus *Poemata diversa* &c. pag. 264. Monachum religiosſ. & Poetam dulcisſ. nuncupat. Gabriel Bucel. Ben. Rediv, ad ann. 1508.

Sed juvat subnectere, quæ ipsemet Faucherius de studiis suis, & asseclarum narrat in prima Epistola ad Gregorium Cortesium data „ Prælegimus autem(quo-
„ niam tibi studiorum nostrorum rationem postulas explicari) Carmen Actii Sinceri
„ de Partu Virginis, videlicèt, quod ea res his diebus maximè consentanea videa-
„ tur. Præterea Ciceronis librum de Amicitia, quibus lectionibus multi intersunt,
„ & mirum est, quanto in his amore, ac studio sese Juventus exerceat &c. „ Illud autem multò magis mirandum, quod in 2. Epistola ad eumdem scribens, ait „
„ Reliquæ verò (loquitur de Monialibus Tarrasconensibus, quarum spiritualem cu-
„ ram tunc substinebat) diverso ab iis itinere gradiuntur, quæ Christum sibi con-
„ ciliare cupientes, in id die, noctuque operam navant, ut illi castissimis mori-
„ bus, & variis virtutum ornamentis placere possint; Literis incumbunt omnes, & li-
„ bros non minùs, quàm fusos, aut rumbos discunt volvere; D. Cypriani, & Hie-
„ rony-

„ ronymi Epistolas aliquot prelegimus, & ex Divo Ambrosio, & aliis Authoribus „ diversa, prout illarum usibus consentaneum quidpiam, aut profuturum judico. Ciceronis Officia, & ejusdem Lelium, insuper, & multas Salomonis parabolas, „ quas etiam jubente me, memoriæ mandant; Id, qui volet, vitio mihi vertat, „ attamen, & Principibus ipsis, & ferè omnibus, sed præcipuè literatis Viris tàm „ gratum videtur, ut Collegii hujus nomen ubique ferè per totas Gallias, sed maximè apud Aulam, sit famosissimum. Unde & Nobiles Viri, qui filias suas Virginitati dicare volunt, ad nostrarum exemplum eas cupiunt institui, satius existimantes eas nosse, quæ legunt, aut cantant, quam Picarum more, quæ utcumque legere didicerint, ore tantum proferre.

Carmina autem, quæ veluti *Cantator Cygnus funeris ipse sui*, antè paucos sui exitus dies, graviter ægrotans. & lecto decumbens cecinit, hæc sunt. Epitaphium.

Donec pauca loquor loco resiste
Tantisper, tibi si libet, Viator
Non enim volo te diu morari;
Hic ego Dionysius, reatus,
Quem pondus magis aggravat jacentem,
Quam congestus humi tumens acervus
Si qua in te est pietas, rogo, obsecroque
Hac me mole gravi levare cures
Pro me toto animo, Deum precando
Ne peccata mihi imputet, pia sed
Consuetâque suâ benignitate
Iis me sublevet, & mei misertus
Optatam tribuat mihi quietem.
Hæc sunt, quæ memor, ut Viator
Sis, his te volui monere verbis.

Aliud antè pauculas sui felicis transitus horas.

Obsecro, qui transis hac, gressum siste Viator,
Et pro Defuncto hoc dic bona verba precor.
Hic Dionysius hoc inclusus marmore jussit
Hic sua tantisper mortua membra cubent.
Dum clangente tubâ, & Christo veniente resurgent
Corpora, quæ in tumulis morte sopita jacent.

DOMINICUS MARIA AURIA Genuensis Monachus nostræ Congr., qui vixit circà medium Sæculi XVII. typis tradidit Italica linguâ

Orationem habitam in Parentalibus Ferdinandi Austriaci Principis Cardinalis Neapoli an. 1642. cujus rei testis est Raphael Sopranus, ut refert Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligustico pag. 166. ubi vocat Dominicum religione multâ, morum candore, ac Scientiis conspicuum &c.

DOMINICUS AB ASULA Agri Brixiani Oppido, Venetiis in Cœnobio S. Georgii M. Cucullo indutus est anno 1574., die 14. Februarii, Quędam scripsit historicè non contemnendo stylo, majora certè daturus, nisi immaturâ fatis morte præventus esset anno 1592. mense Sempt. ætatis suæ 36. Lucubrationes ejus hunc titulum præferunt.

1 *De Translatione antiqua Corporis S. Stephani Protomartyris* ad Monasterium S. Georgii M. Incipit *Postquam Beatissimi &c.* 2. *De Translatione novissima ejusdem Sancti* ex veteri ad novam Ecclesiam S. Georgii. Incipit *Jam primum omnium constare debet &c.* Extabant Mss. teste Arn. Wion. Lign. Vit. l. 2. cap. 65. pag. 412.

DOMINICUS DE CINQUINIS Patriâ Perusinus ab ineunte ætate literis humanioribus egregiè imbutus, adhuc Juvenis, & in Sæculo degens nonnulla composuit, & evulgavit carmine Latino sub nomine, quod tunc gerebat, Laurentii de Cinquinis, videlicet

1 *De Fasciolis Infantulæ Mariæ* impress. Perusiæ anno 1666. 2. *De divi Basilii M. laudibus* ibidèm an. 1665., & 1671. Jam vero inter nostros adscriptus apud S. Petrum in Patriâ severioribus studiis non inferiori conatu operam dedit, quarè

3 *Theologiam in arctum collectam* evulgavit Perusiæ anno 1677. ut tradit Augustinus

stinus Oldoinus in Athenæo Perusino lit. L. pag. 201. & seq. ex quo nos hæc omnia hausimus.

DOMINICUS GALLI Romanus Monasterii S. Pauli Alumnus factus anno 1633. die 12. Martii, & in Congr. nostra Decanus, Sacr. Rituum Magister peritus æquè, ac diligens, anno Jubilæi 1650. in Basilica Divi Pauli Pœnitentiarius, & Sacrario Præfectus, mysticos Ritus, qui ibidem eo sanctissimo tempore peraguntur, ad posterorum eruditionem in libellum redegit, & evulgavit cum hoc titulo.

1 *Sacri Ritus*, quibus ab Emo, & Revmo D. D. Marcello Cardinali Lantes Sacri Collegii Decano reserata est Porta Sancta Basilicæ Divi Pauli anno Jubilæi 1650. Innocentio X. felicitèr Regnante; observati a D. Dominico Gallo, ejusdem Basilicæ Magistro Cæremoniarum; Romæ ex Typographia Francisci Caballi anno 1650.

Adnotavit etiam accuratè quidquid de die in diem in eâdem Basilicâ fieri contigit, Sacras nimirum Processiones, rationem illas excipiendi, & admittendi, numerum advenientium Peregrinorum, & quidquid notatu dignum visum fuit, qui liber extabat MS. apud D. Honorium Romanum Divi Pauli de Urbe Professum, ut dicimus, & Abbatem Cœnobii Farsensis, posteà Perusini, ubi obiit an. 1722. cum hoc titulo.

2 *Breve racconto dell' Anno Santo* 1650. *e funzioni fatte in S. Pavolo di Roma*.

In Bibliotheca verò S. Pauli duo libelli Mss. extant manu Dominici Galli exarati: In primo qui has literas initiales præfert D. D. G. R. C. C. nempè D. Dominicus Gallus Romanus Congregationis Casinensis, hæc continentur Italicè.

1 *Della Passione di Nostro Signore Giesù Cristo nel Venerdì Santo* (plura nempè Carmina) *in terza Rima*. 2. *Pianto della Madonna in ottava Rima*. 3. *Della Gloria del Paradiso*, eodem Rythmo. Alius autem libellus ità inscribitur. *Collectio omnium Sanctorum præcipuè Virginum*, quæ in Martyrologio ab erudito C. Baronio conscriptæ sunt, per menses disposita; explicit. *In honorem SS. Patris Benedicti, Matris Scholasticæ, & Dominici*.

Ejus meminit Eques Prosper Mandosius in Bibliothecâ Romanâ vol. 1. cent. 2. num. marg. 10.

DOMINICUS QUESADA Neapolitanus in Sacro Monast. Casin. sub. D. Benedicti vexillo Deo se dicavit anno 1616., die 13. Nov., qui cum divinis, humanisque literis animum instruxisset, & Philosophiam, ac Theologiam diligentèr plures annos docuisset, ejusdem Monast. Abbas electus est, optimo quidem consilio, nam Casinensem Basilicam a Prædecessore ob vetustatem dejectam, magnificentissimè reædificavit, pulcherrimâ quidem structurâ, anno 1649. quam deindè Successores mirè exornarunt, & in præsentem usque diem maximis sumptibus exornare pergunt, auro, picturis, marmoribus pretiosissimis, Organo insigni, Odeo, ac Sacellis nobilissimis, adeout pretio, atque pulchritudine primariis, ac celeberrimis Italiæ totius Ecclesiis conferri jure, ac meritò possit; At Dominicus anno Jubilæi 1650. eximiâ charitate ultrà quinquaginta millia Hospitum, ac Peregrinorum excepit, quos non solum corporalibus, sed spiritualibus etiam cibis cum per Monachos, tum per se ipsum abundè alendos curavit; Sed cum invictâ constantiâ Monasterii Jura vindicaret, Diœcesim perlustrans, à Latronibus captus est, multoque auro redemptus anno 1652. Ex Latronibus tres Romam aufugientes, ab Innocentio X. extremo supplicio addicti sunt, cæteri variis in locis miserè perierunt. Dominicus cum annos quatuor Casinum gloriosè rexisset, ad Aretinum Cœnobium gubernandum translatus, Templi nobilissimi ædificium, Georgii Vasarii graphicum opus, auxit, &


ad culmen perduxit, nec adeò multo post Abbatis dignitate sponté depositâ, Casinum se recipiens, ibidèm arctiori observantiæ religiosissimè vacans, terminum vitæ piissimè tandem invenit. Ab eo edita est valde insignis

Synodus Diœcesana celebrata anno 1652. quam sanctiss. legibus refertam, & Sacrar. Congregationum rescriptis, Sacr. Conciliorum, SS. Patrum, ac celebriorum D D. authoritatibus, undique vallatam, & fulcitam mysticis Præfatiunculis ad singula capita ornatam, marginalibus denique Notis, tamquam fulgentibus gemmis mirifice ornatam impressit Romæ an. 1654. apud Franciscum Caballum in 4. pag. 196. Incipit *Dominicus &c. Ne antiquus ille humani generis hostis præcipitet hæreditatem Domini &c.* Scripsit etiam Italico Idiomate.

Commentario sopra la Vita del P. San Benedetto scritta già da San Gregorio Magno, est Ms.

Laudatur à Joanne Caramuele, & ab Julio Ambrosio Lucenti, in Italiâ Sacrâ restr. & auct. pag. 1052. ubi vocatur *Vir omnium Scientiarum genere conspicuus*.

In nostris regest. pag. 236. dicitur *Abbas Tit. ex regimine Vir Doctissimus*.



BRA-

E



RAMUS GATTOLA nobili familia Cajetæ ortus, in Casinensi Monasterio admodum adolescens, idest annorum tredecim Deo militare instituit anno 1675. die 30. Nov; Vix emissa statuto tempore solemni Professione, se totum Antiquitatis, & Ecclesiasticæ eruditionis studiis devovit, eo quidem profectu, ut Bibliothecarius primùm, deinde Chartularius, &, ut dicunt, Archivista Casinensis constitutus, copiosa reconditæ eruditionis suppellectile prędives, eam, quá voce, quá scripto undique diffuderit, a doctiss. propterea Viris ubique plurimi factus, & maximè celebratus. Quod Chartularii munus diligentiss., & laudabilitèr pluribus jam annis administrat, ingenti rei Casin. commodo, & utilitate; Nam omnes penè scripturas propriis sedibus olim avulsas, distractasque, integrè admodum, ac plene restituit, suisque locis, ordinibusque assignavit; Et quamvis per omnes honorum gradus, Decani scilicet, Prioris, & in Civitate Sangermanensi, totàque Casinensi Diœcesi Vicarii Generalis egregiè administratos, viam sibi ad Abbatiam jam stravisset, studiorum tamen, tranquillæque vitæ arctiori in dies amore irretitus, Priotatu abdicato, in ordinem sejredegit, Deo, ac Sacris Musis unicè vacaturus, anno 1708., die 3. Maji, cui tamen honores omnes, & Privilegia, quæ Abbatibus Titularibus, qui fuerunt Abbates Regiminis concedi solent, Revm̃us Præsidens, * cæterique Diffinitores ei concessère, *ob ejus nimirum singularem virtutem, pietatem, ac benefactorum merita in Sacrum Casinense Cœnobium, labores denique, & curas in re litterariâ promovendâ, & Casinensi Archivo, ac Bibliothecâ curandâ &c.* ita in decreto; Quod verò ad ejus lucubrationns pertinet,

* D: Gregorius Porrinus à Mutina.

1 Plures collegit *materias, & monumenta*, quibus Casinense Chronicon aliquando prosequeretur, ea interim per partes paulatim aptè distribuens, & suos in ordines redigens. 2. *Tractatum* quoque, seu potius *librum* composuit, satis quidem prolixum, ubi de Episcopis, & Abbatibus, aliisque Illustribus Viris Casinensibus diffusè, & accuratè agit, quem tamen Julio Ambrosio Lucenti Abbati Cisterciensi transmisit, ut desumptas indè notitias suo stylo distinguens, ac disponens, Italiæ Sacræ ab eo restrictæ, & auctæ insereret, typisque committeret, quod quidèm Romæ ann. 1704. ex Typographia Bernabò contigit. Ipse autem proprio stylo sequentia opera digessit.

3 *De parto, aucto, diminutoque Casinensis Monasterii Dominio*: Opus in 3. libros divisum. Præmittitur *Historia vetustissima Casinensis Civitatis*, plurimis antiquis Inscriptionibus, variis ex locis collectis, confirmata, ac illustrata; Adjiciuntur duæ Appendices, in quarum primà, quamplurima diplomata, Privilegia, Donationes, aliaque documenta Pontificum, Cæsarum, Regum, ac Principum Sac. Rotæ Romanæ, aliorumque Tribunalium, quæ in opere ad dictorum comprobationem allegantur, ad verbum afferuntur, ac quibusdam Annotationibus illustrantur. Historiæ deinde Anonymorum Casinensium ab anno 914. usque ad annum 1212. producuntur; Sicut etiam Chronicon Ricchardi à S. Germano, Emortuale Casinense, alteriusque Monasterii; & quædam alia inedita; omnia *correcta, emendata, suppleta, & aucta*. 1. *De Casinensis Archivi antiquitate, custodiâ, & authoritate*. 2. *De juribus, ac Dominiis*, quibus Casinense Monasterium ab octavo sæculo ad hæc usque tempora potitur, nempè 1. De Jurisdictione Civili Criminali, ac mixtà in Civitate S. Germani, ejusque Oppidis 2. De Jure

Venationis, & Piscationis. 3. Portulaniæ, & Syclæ. 4. De Jure Bailivationis. 5. Fidæ, & Disfidæ. 6. De Dominio Aquarum omnium. 7. Terrarum, Domorum, & Incolarum intra fines totius Abbatiæ Casinensis. Præterea cum percelebri Casin. Bibliothecæ, quæ tunc novis pluteis, egregiisque cælaturis magnificè exornabatur, præesset, libros omnes, ejus potissimum operâ optimorum Authorum voluminibus haud parum auctos, pro materiarum serie, concinnè, aptèque distribuit. Mss. verò Codicum (sexcentos transcendunt) syllabum valdè accuratum contexuit, in quo, quæ inedita, quæve typis tradita, tum quæ præcipua in singulis reperiuntur, dilucidè adnotavit. Quo verò tempore Vicarium Generalem egit, Ecclesiarum omnium Casinensis Diœcesis Bona, ac Latifundia tribus Inventariis confectis, in libros authenticè redegit, quæ Inventaria Sacra Romana Rota approbavit in Decisione *Nullius, seu Montis Casini Manutentionis, seu Processionum coram Lancetta 22. Junii 1714. §. Hæc autem tria Inventaria, quæ Dominis approbanda visa sunt.* Non solum autem Erasmus hasce lucubrationes composuit, sed alios etiam, quos potuit, ut preclara opera scriberent, & vehementer hortatus est, & peramantèr adjuvit; Mihi sanè, & pro ingenitâ ejus in omnes humanitate, & pro arctâ necessitudine nobiscum ab adolescentiâ, dum Casini degerem, intercedente, Bibliothecam hanc molienti, olim multiplices Authorum, operumque notitias subministravit; quamobrem cum pares ei pro beneficio gratias referre nequeam, ea potius, quæ Viri clarissimi, de ejus in literas, Literatosque amore, ac beneficentiâ narrant, in medium proferam.

Benedictus Bacchinus in Epistola nuncupatoria, quâ librum suum *de Ecclesiasticæ Hierarchiæ Originibus* Erasmo dedicat, his eum alloquitur verbis,, Te verò quali animi candore præditum, quanto bonarum literarum amore ferventem,
,, quantâ humanitate erga earumdem cultores utentem expertus sum? Planè, &
,, animos excitas, & opere excitatos juvas, & scriptis instruis, ut res Ecclesiastica
,, per eruditos Viros in dies promoveatur; Quotquot intelligis Reipublicæ bono in-
,, sudare, officiis demereris, sincerè colis, amasque &c.,,

Jo. Ciampinus Romanus, Magister Brevium Gratiæ, & utriusque Signaturæ Referendarius in dissertatione de *Vocis correctione in Sermone VII. S. Leonis M. de Nativitate Domini*, quam Romæ impressam 1693. apud Jacobum Komarek Boemum eidem D. Erasino nuncupavit, sic initio eum compellat,, Innotuit jam
,, pridem tuus erga bonas artes, iisque addictos, amor, ac de iisdem benemerendi
,, voluntas, quam semper prætulisti, ac præferre non cessas, alios ad studia invi-
,, tando, alios alliciendo, alios humanissimis, doctisque responsionibus erudiendo,
,, nullis denique parcendo sive laboribus, sive impensis, quibus literariæ Reipu-
,, blicæ pro virili prodesse possis. Noveram & ipse, quæ ad te in hac laude non a
,, tuitantùm nobilissimi Ordinis Sociis, sed & ab aliis vulgò ferebantur. Certius
,, tamen, & amplissimum hujus rei testimonium magnâ cum animi delectatione
,, cœpi, cum non ita pridem Majo mense ad invisendum celeberrimum Archicœ-
,, nobium, in quo vivis, me contuli; spectavi procul dubio admirabundus loci
,, Sanctitatem, Domus Dei decorem in templo, ac ut ita dicam inclytam virtutum
,, omnium coloniam, quæ tot egregios Urbibus Episcopos, tot optimos Vaticano
,, Cardinales, tot Sanctissimos Ecclesiæ Pontifices, tot Sanctorum Myriadas Cœlo
,, dedit. Miratus sum Cœnobii structuram, & magnificentiam, tum Conditoribus
,, Regibus, tum habitatoribus Monachis planè dignam. Vidi libentissimè Cæsarum,
,, Regum, Principum opulentissima donaria, in quibus licuit agnoscere, & Chri-
,, stianam eorum Pietatem, & Benedicti Parentis vestri Gloriam. Jucundissima
,, quin etiam mihi accidit singularis Monachorum omnium humanitas, qua me ve-
,, nientem excepere, & omnibus Religiosæ hospitalitatis officiis liberalissimè præ-

stitis

„ ſtitis, abeuntem dimiſere; Verum ut ingenuè fatear, quod ad rem præſentem
„ maximè facit; eximiam cœpi voluptatem, tot vetuſtiſſimorum Codicum
„ Scrinia in Bibliothecâ, cujus ipſe Cuſtodiæ preces, aſpiciendo, majoremque
„ procul dubio, cum te ſummâ facilitate Codices ipſos, tot tamque diverſis cha-
„ racteribus exaratos, expeditiſſimè legentem audirem. Profectò ex hac ſingulari
„ eruditione factum putò, ut toties a me in rebus datis interrogatus, ea facilitate
„ reſponderis, quam expectare tantummodo poſſumus ab homine in his ſtudiis diu
„ noctuque verſato; Neque verò ita Codicibus manu exaratis addictus es, ut vul-
„ gatos per typos negligas; Quinimò, & his comparandis, quantum Religioſa di-
„ ſciplina permittit, non modicam pecuniæ ſummam impendiſti, quos Romæ dili-
„ gentèr emptos, in tuum nobile Muſæum tranſtuliſti, in his quietem, in his deli-
„ cias tuas Sapientum more reponens. Hinc factum eſt, ut nullum tibi acceptius
„ grati animi monumentum a me tibi offerri poſſe crediderim, quàm literarium ali-
„ quod opuſculum & hoc præſertim, quod a te quodammodo profectum, jure quo-
„ dam videtur tibi reddendum &c. Iterumque ejus meminit magna cum laude tom. 2. *de antiquis Muſivis* fol. 235. Item Bern. Montfaucon Diar. Ital. fol. 323. & 322. Euſtachius a S. Ubaldo in lib. de *Dei Benedictione* fol. 236. Joſeph. M. Thomaſius (poſtea Cardinalis) in *Antiquis libris Miſſarum Romanæ Eccleſiæ* fol. 39., & 294. Philippus Macchiarellus in Apologia S. Petri Damiani contra Laderchium, quam eidem D. Eraſino dicavit. Nicolaus Carminius Falco in Vita S. Januarii fol. 434. & ſeq. Laurentius Zaccagna in Collectaneis Monumentorum Veterum tom. 1. fol. 15. Jul. Ambr. Luc. Ital. Sac. col. 434. in Epiſcopis Cajetanis, & in Epiſcopis Caſinenſibus pag. 1078. & 1080.

Theodoricus Ruinart. in Appendice 1. part. Sæculi VI. de Actis SS. Ord. S. Ben. pag. 761. in Vitâ S. Petri Abbatis Peruſini; Et iterum in præf. Operum S. Gregorii Turonen. num. 88. & in Vita Jo: Mabillonii Gallicè ſcripta, & in Latinum ſermonem a D. Claudio Procuratoris Generalis S. Mauri in Urbe Socio converſa, Patavii impreſſâ 1714. pag. 81., & in aliis Operibus. Idem Jo: Mabill. in Itinere Italico fol. 223. & in præf. 1. tomi Annal. Bened. n. 29., & tom. 2. eorumdem fol. 57. & tom. 3. fol. 407. & tom. 4. fol. 317. & in Supplem. de Re diplomatica fol. 113. qui Mabillonius moriens Patres ſuæ Congregationis Maurianæ enixè rogavit, ut eidem D. Eraſmo exemplaria librorum omnium ab ipſis in poſterum edendorum, deinceps mitterent, cui etiam vivens humaniſſimas literas amoris, & venerationis plenas pluriès ſcripſit, quarum ea eſt valdè inſignis, quàm anno 1694. die 20. Junii ad eum dedit, ubi inter cætera „ quod mones de edendo la-
„ tinè tractatu meo de *ſtudiis Monaſticis*, certè perhonorificum mihi cenſeo, tibi-
„ que quantas poſſum maximas gratias refero ob tam liberalem de me, ſtudiiſque
„ meis opinionem, in manus tuas me, meaque omnia libentèr trado, & impen-
„ do; facis, quod è bono publico eſſe judicaveris &c. modo ut me redames, nam-
„ que quantum te amem, non capies, quando ipſe vix capio &c. „ Quod ut melius percipiatur ſciendum eſt Eraſmum perſuaſiſſe D. Joſepho Porta, de quo infra, ut librum Mabillonii de *ſtudiis Monaſticis* è Gallico in Latinum ſermonem transferret, quia verò quædam ab Italis Cenſoribus minime admittenda, præcipuè quæ libros prohibitos ſpectant, verebatur, idcircò ad eumdem Mabillonium Eraſmus hac de re ſcripſit, ab eo exquirens, delenda ne illa eſſent, vel retinenda, ad quod humaniſſimus Mabillonius prænarratum reſponſum dedit, quod ejus & animi demiſſionem, & in Eraſmum ſummam degnationem, ſimulque eximiam de eodem exiſtimationem teſtatur.

Id ipſum repetit in aliâ Epiſtolâ datâ ad eum Pariſiis anno 1695. die 31. Januarii, quæ incipit „ Accepi poſtremas literas tuas melle ipſo mellitiores, quæ gra-
„ tam

„ tam habent significationem continuæ benevolentiæ in me tuæ, amplector ami-
„ cam in his manum, pectus, animum, quæ omnia totum Erasmum meum spi-
„ rant, ideſt Virum omnium hominum cordatiſſimum, amantiſſimum, dulciſſi-
„ mum, denique, ut paucis omnia complectar, virum Ambroſium &c. „ & infra „ de
„ libris Studiorum Monaſticorum facies, quod voles; Horum penès te poteſtatem
„ integram eſſe volo &c.

Renatus Maſſuet Epiſtola ad eum data 4. nonas Febr. 1711. Pariſiis ex Monaſterio S. Germani a Pratis eodem erga Eraſmum benevolentiæ, ac obſervantiæ tenore utitur „ Quo te loco haberent noſtri piæ memoriæ Mabillonius, & Rui-
„ nartius, quæque tua eſſent in eos merita, non me fugit &c. Supplex etiam, at-
„ que etiam rogo, quam operam tanto viro (Mabillonio) Munificus deferebas, mi-
„ hi etiam, qui nec ei, nec cuique alteri obſervantiâ in te cedam, commodare di-
„ gneris, omnia, quæ ad illuſtrandam Benedictinam in Italia Hiſtoriam conduce-
„ re videbuntur ſubſidia, conferre pro tuâ benignitate pergas &c. „ & circa finem „
„ interim oblato tibi Irenæo meo fruere, tuique ex animo munuſculum eſſe memi-
„ neris. Vale „ Eum laudant etiam Juſtus Fontaninus *in defenſione Veterum Privilegiorum* fol. 264. & Angelus M. Quirini Diſſert. de Monaſticâ Italiæ Hiſt. conſcribendâ pag. 95. in Annot. aliique. Vide noſtra Analecta.

EUGENIUS GAMURRINUS Aretii in Tuſciâ nobili, ac antiquâ familia prodiit, & primo quidèm in Aretino Cœnobio in filium, ut nobis moris eſt, cooptatus an. 1640., die 24. Febr. deindè inter Abbatiæ Florentinæ Alumnos adſcribi obtinuit, Vir perfervidæ Indolis, nec tamen politicis rebus ineptus; A' Ludovico XIV., cui tomum quartum Operum ſuorum dicavit, Conſiliarii, ac Eleemoſynarii titulis decoratus, auream torquem, cum aureâ itidem ejus imagine recepit, regiiſque negociis obeundis Genuæ aliquandiu Agentis titulo deputatus. Florentiam deinde ſe recipiens a Coſmo III. M. Hetruriæ Duce Theologus, ac familiaris declaratur; Antiquitatis ſtudioſiſſimus, omnes vigiliarum labores Genealogicæ Hiſtoriæ conſecravit, illuſtrium Familiarum Tuſciæ, & Umbriæ vetuſtas ſeries tomis quinque complexus, qui tunc quidem a nobilibus Familiis, utpote laudum ſuarum, ac gloriæ promptuarium, avidiſſimè recepti ſunt. Majus opus pluribus tomis diſtinguendum aggreſſus, Genealogiarum Regalium, ac Nobiliſſ. Europæ Familiarum, diuturnis, graviſſimiſque morbis impeditus, nec perficere, nec edere potuit; Itaque imperfectum ut erat Ferdinando M. Hetruriæ Principi, Coſmi III. filio dono dedit, reconditæ hiſtoriæ amplam ſatis ſuppellectilem. Sex ante obitum annis, lectulo ferè ſemper detentus, calculorum inſuper dolores acerrimos, ſævumque dyſuriæ cruciatum magnâ ſanè patientiâ ſuſtinuit, SS. Jeſu Nomen continuò invocans, qui tandèm morbus illi vitam ademit Florentiæ an. 1692., quarto nonas Junii ætatis ſuæ 70., quinque lapidibus ponderis unciarum ſeptem in ejus veſicâ repertis, cum in noſtrâ Congreg. Abbatis titulo (non autem regimine) donatus a multis jam an. fuiſſet. Ejus Opera hęc ſunt.

1 *Iſtoria Genealogica delle Famiglie nobili Toſcane, & Umbre all' Altezza Sermã di Coſmo III. Principe di Toſcana tom.* 5. in fol. quorum primus impreſſus eſt Florentiæ apud Franciſcum Honofrium ann. 1668. Secundus anno 1671. Florentiæ apud Lucium Naveſi. Tertius ibidèm apud Franciſcum Livium ann. 1673. Quartus item Florentiæ anno 1679. apud Jo. Gugliantini Typis Ser. Celſitudinis Alla Condotta Ludovico XIV. Francorum Regi dicatus, cujus vitam in longiſſimâ Epiſtolâ nuncupatoriâ pagg. 208. deſcribit. Quintus ibidèm apud eumdem 1685. Franciſco Nerlio Cardinali dicatus.

2 *Fondazione, e Stato del Monaſtero di S. Benedetto di Foligno raccolta dal Padre D. Eugenio Gamurrini Elemoſiniere della Maeſtà Criſtianiſſima, e ſuo Conſigliere &c.*

&c. Decano, e Cellerario di d. Monasterio, e primo Professo de' SS. Benedetto, e Feliciano di Marmonzone, posto nei Sobborghi della Città di Foligno del 1662., ex quo habetur pluries eum mutasse Professionis locum. Vidi olim hunc tractatum Romæ in Bibliothecâ S. Pauli de Urbe MS. Multa insuper alia reliquit MSS., quæ Florentiæ extant.

Non tacuerim tamen ejus opera Genealogica a quibusdam, qui eâ in re peritos se profitentur, in aliquibus reprehendi, & carpi, tamquam non omnia veritati consentanea tradat, & potius adulandi gratiâ pluribus Familiis præsertim Patriæ suæ, a qua omnes ferè nobiliores Italiæ progenies derivavit, ab eo conficta sint; quod sanè jure, an injuria de eo dicatur, meum non est judicare. Scio equidem Eugenio suos non deesse Laudatores; nam Marchio Antonius a Puteo lib. de Rebus gestis, ac Prosapia M. Mathildis narratione 4., & 14. alibique eum magnis Encomiis extollit. Jo. Mabill. Itin. Ital. tom. 1. pag. 172. „ In eâdem Abbatiâ Florentinâ optimus Pater Eugenius Gamburrinus (pro Gamurrinus) Abbas „ modo versatur, scriptis suis Genealogicis, & studio in Regem, & Francicam „ gentem non minus, quam genere notus. Angelicus Aprosius, in Bibliot. Aprosianâ ter Gamurrini meminit magnâ cum laude, primo pag. 317. deinde pag. 459. denique pag. 465; vocatque eum Virum celeberrimum, ejusque Genealogicam Historiam *accuratissimam*. Authores Ephemer. Literat. Ital. Venetiis impress. tom. 15. pag. 274. art. 2. citant ejus vol. 2. pag. 415., ubi Stemma gentilitium Francisci Petrarchæ recenset, & in eodem ar. pag. 253., ubi Genealogia ejusdem Petrarchæ ex Gamurrini libro desumitur, tamquam solidis fundamentis innixa. Bernardus Pez Mellicensis Epistola X. Apologetica pag. 251. Author Catalogi præcipuorum Historicorum impress. Parisiis anno 1713. tom. 2. classe 56....... Julius Negri Soc. sæpissimè eum citat in Hist. Scriptorum Florent., editâ Ferrariæ 1722., ubi ille in Historiâ Genealogicâ de eorumdem Scriptorum nobilibus Familiis agit.

In Necrologio Monachorum Abbatiæ Florentinæ pag. 102., & seq. Eugenius Gamurrinus de Ser. Ætruriæ M. Ducibus, dequæ Christianissimis Galliæ Regibus *Benemeritus*, iisdemque plurimùm acceptus vocatur, Majoribus Ecclesiæ Prælatis, Cardinalibus, aliisque Principibus in paucis charus; Vir candidæ, ac sinceræ mentis, religiosis ornatus moribus, otii hostis perpetuus, tempus omne legendo, scribendoque, vel honesto alicui operi cum in propriam, tum proximi utilitatem impendens, piissimé demum Crucifixum intuens, obisse dicitur.

EUSEBIUS patria Mutinensis Familia de Valentinis, Professus Divi Benedicti institutum Parmæ in Monasterio S. Jo. Evang. anno 1515., die 11. Nov., Vir spectatæ probitatis, & doctrinæ, suique temporis Poeta haud postremus, ut vocatur ab Arnoldo Wione, floruit an. 1560., scripsit,

1 *De quadruplici Adventu Domini*, Carmen heroicum. 2. *In mortem Domini Nostri Jesu Christi*, eodem Carmine. 3. *Ad B. Virginem*. eodem Carmine, pro Arâ multis cum SS. reliquis dedicatâ. 4. *In S. Christi Nativitatem*, Endecasyllabum. 5. *In eamdem*, Choriambicum. 6. *Hymnum* de eadem versu Sapphico. 7. *In præsentationem ejusdem*, Sapphicum. 8. *In eamdem*, Endecasyllabum. 9. *De Gaudio ejusdem in Resurrectione Filii*, Jambico versu. Quæ omnia impressâ sunt Romæ an. 1589. apud Zannettum in tertio tomo Poematum D. Prosperi Martinengii (ubi vocatur Poeta eruditiss.) a pag. 220. usque ad 232.,

At supralaudatus Arnoldus, qui de Eusebio agit Lig. Vit. l. 2. c. 66. pag. 415. in adjunctis post tom. 2. pag. 886. dicit eumdem Eusebium scripsisse etiam sequentia carmina.

10 *De S. Joanne Evangelista*, carmen heroicum 11. *De Morte Innocentium*, sive

sive *Infanticidio*, eodem carmine. 12. *In D. Cæciliam Carmen*: Ejusdemque nocturnum Carmen, & alia multa, quorum titulos, nec ipse Arnoldus viderat, aut legerat. Libro autem tertio pag. 244., & seq., hæc de Eusebio Mutinensi habet „ Confirmatur & hæc SS. Canonizatio Scripturà quàdam Ven. Patris D. Eusebii Mutinensis, tunc temporis Prioris Monasterii S. Justinæ, qui agens de revelatione Indulgentiarum Ecclesiæ suæ &c. in hunc modum patrio sermone loquitur. *Indulgenze concesse da Papa Leon IX. nell' an.* 1053. *&c.* ibi legenda.

Ejus etiam legitur pulcherrima, candidissima, ac elegantissima Epistola ad Isidorum Clarium data Ferrariæ, ac impressa operà Benedicti Bacchini Mutinæ anno 1075. inter Epistolas ejusdem Isidori Clarii, cujus ibidem variæ etiam leguntur Epistolæ ad eumdem Eusebium, in quibus ejus eruditio, ac in optimis scientiis, & literis profectus ab Isidoro commendatur. Ejusdem magnà cum laude meminit Hipp. Mar. Bibliot. Marianæ par. 1. pag. 372. ubi eum vocat Virum spectatæ probitatis, atque doctrinæ, Poetamque sui temporis non infimum, omnia nempè ex Arnoldo, sicut, & Poss. totidem verbis Appar. Sac. to. 1. pag. 559. editionis Colonien. anni 1608. In nostris reg. pag. 195. vocatur *Poeta insignis qui multa composuit.*

EUTYTIUS CORDES natione Belga patrià Antuerpiensis, Patavii in Cœnobio S. Justinæ Monachus factus anno 1540. die 3. Sept., Sacr. literarum peritià, & SS. PP. studio, linguarum etiam Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ intelligentià celebris admodum habitus est tempore Concilii Trident., cui cum aliis nostræ Congreg. Theologis, & Abbatibus, Superiorum jussu interfuit anno 1561. Illum, Martinus Gestmannus Episcopus Uratislaviensis, qui dum olim Patavii literis operam daret, Conscientiæ arbitro eo utebatur, ejusque doctrinam æquè, ac religiosam pietatem optimè noverat, in Silesiam accersivit, ut Monasteria Ord. nostri ejus regionis in pristinam Regulæ observantiam restitueret. Creatus Abbas, S. Fortunati apud Bassanum Monasterio præfuit, demùmque Patavii inter Mortales esse desiit anno 1582. mense Sept. Reliquit

1 *Commentaria in omnes Epistolas D. Pauli Apostoli* tom. 3. in 4. quorum tertius non est completus. Primus tomus incipit *Multiplex &c.* Secundus *solita ergà Ecclesias &c.* Tertius, *Neque ab humano die &c.* 2. *Commentaria in Symbolum Apostolorum*. 3. *Dictionarium Biblicum*, sivè Lexicon Sacræ Scripturæ in 4. ab F. ad O. Incipit *Fidei jussa &c.* 4. *Opuscula ex Sacris Bibliis Selecta*, & alphabeti ordine disposita tom. 3. in fol. tom. 1. incipit *De abstinentià, Lex dicit &c.* 2. De Debitis, & Creditis, *Reddite*. 3. de Rapina: *Ne transgrediamini*. 5. *De Justitia Originali, & Justificatione* conrrà Melancthonem tom. 2. in 4. Primus incipit: *Ecce quam Bonum &c.* Secundus *Monasticæ Religionis &c.* 6. *Polyonimia Sac. Scripturæ*; idest de multis Scripturæ Sacræ nominibus in 4. incipit, *Animum, Ingenium &c.* 7. *Responsio confutatoria omnium ex Scripturis locorum Doctoris Jacobi Hecbrandi Tubingensis, Ser., ac Illmo Principi Austriæ dicata*, incipit, *Sapientis est &c.* 8. *Conciones Quadragesimales, & Dominicales* in 4. Præfatio incipit, *Sedulum in Germania*. 9. *Commentaria in Harmoniam Evangelicam* P. D. Hieronymi Lippi (de quo infrà) tom. 2. in 4. Pleraque ex his operibus extant MSS. in Bibl. S. Justinæ Patavinæ à me visa anno 1718. dum insignem illam Bibliothecam nupèr renovatam, & auctam, imò potius magnificentissimè denuò excitatam; librisque quamplurimis, ac selectissimis refertam, diligentissimè perlustrarem. Sed Arnoldus Wion, qui de Eutytio agit lign. Vit. l. 2. c. 66. pag. 416. asserit tria prædicta opera, nempè Commentaria in Epistolas D. Pauli, & in Symbolum Apostolorum, & Dictionarium Biblicum extitisse suo tempore apud D. Ambrosium Monachum, & Decanum S. Justinæ a se visa. Jacobus verò Cavaccius Hist. S. Justinæ

stinæ lib. 6. pag. 277. aliam Eutytii sacram lucubrationem memorat videlicet „ „ *Historias è veteri, ac novo Testamento*, quas Sedibus Choralibus cælandas distri- „ buit Riccardo Gallo eximio Artifici, additis pluribus mystici sensus in subselliis „ hæc ille (quod opus etiam nunc ibidem omnium admirationi patet.) Pagina autem 283. iterum sacram ejus eruditionem deprædicat „ ex ea (Tridentina Sy- „ nodo) nobis etiam decus accessit; Jussi Patres nostræ Congregationis Theologos „ aliquot Tridentum mittere, duos è Cœnobio nostro delegerunt Eutytium Cor- „ dem Belgam, & Augustinum Loscum Hispanum, qui cum aliis ex tota Congre- „ gatione delectis interessent. Belga SS. Patrum assiduâ lectione præstantissimus, „ plura nobis sui ingenii monumenta reliquit, sed quibus nec extremas lineas du- xit, morte sublatus „. Prætereà Eutytium eximiè commendant Fab. Justin. in Elencho Authorum in Sacra Biblia, qui eum inter egregios Epistolarum Divi Pauli Commentatores recenset. Benedictus Guidius in Præfatione ad Orationes Isidori Clarii in Evangelium Lucæ, „ Sed quid dicam de Augustino Losco, & „ Eutytio Cordes Casinensibus Theologis, qui proximo hoc Œcumenico Tridenti- „ no Concilio admirabili eloquentiâ cum summâ sacrarum Literarum cognitione „ conjunctâ ità claruerunt, ut non Casinensem modo familiam illustrasse, sed se „ ipsos etiam supergresi fuisse doctrinâ, & memoriæ felicitate videantur „ Petrus Ricord. hist. Monast. Dial. 4. pag. 465., ubi adeò in divinis Scripturis eum præ- stitisse asserit, ut audeat dicere, Superiorem in earum scientiâ habuisse nemi- nem (eo videlicet tempore). Andreas Valerius Biblioth. Belgic. pag. 215. Fran- ciscus SWeertius, Athenis Belgicis pag. 235. ubi sic „ Eutytius de Cordes An- „ tuerpiensis, Monachus, & posteà Abbas Monasterii S. Justinæ, quod est Paduæ, „ ob rarum ingenium, multarumque rerum experientiam interfuit Conc. Trident. „ scripsit; (tria nempe priora opera, nam cætera SWeertius nescivit): omnia (per- „ git ille) inedita Mss. in Monasterio S. Justinæ: Sanctissimè diem suum obiit anno „ Domini 1582. singulari ergà Deum pietate. Hæc SWeertius, qui tamen expli- candus est, ubi asserit Eutytium Abbatem fuisse S. Justinæ, cui Cœnobio nunquam præfuit (ut ex laudato Cavaccio constat (sed Abbas tantùm fuit S. Fortunati apud Bassanum, quod Monasterium est Cœnobio S. Justinæ unitum, & adnexum. Philippus Labbè tom. 14. Concil. col. 932. inter Casinenses Abbates, qui Trident. Conc. interfuerunt. Felix Egger Idea Ord. Hierarch. S. Bened. lib. 2. par. 3. dis- ser. 8. num. 2. pag. 521. Conc. Trident. nobile lumen eum appellans. M. Ant. Maltempius in Tract. hist. variarum rerum impres. Urbeveteri * ann. 1585. l. 2. pag. 169. Denique in Archivo præfati Monasterii S. Justinæ extat Necrologium, in folio signat. numero 480., in quo inter cætera, Eutytius Literis Græ- cis, Latinis, atque Hebraicis ornatus, & in sacris paginis maximè versatus dicitur; Pietate autem, & Religione nulli Monachorum secundus, obiisse de- mum sanctissimè.

* Orvieto

EUTYCHIUS GHIROLDI a Castro Gotfredi * ut ipsemet in fronte sui operis se ipsum nuncupat, Monachus nostræ Congreg., sed cujusnam Monast. Alumnus extiterit, mihi hactenus haud satis liquet; delectatus est amænioribus literis, qua- rum studiosos, ut pro virili juvaret, haud parvo labore composuit opus, cui titulum dedit

* Castel Giufrè in Agro Mantuano.

Rimario estratto dall'opere del Signore Torquato Tasso ad utilità commune dei Poe- ti buoni. Extat Ms. in Bibl. S. M. de Monte Cesenæ, ubi Œconomum, seù Celle- rarium egit; constat pag. 331. absque Vocum Indice, qui 26. aliis paginis coa- lescit, cum Epistolâ ad Lectorem; ex contextibus Carminum Tassi copiosissimè concinnatum, videturque longè accuratiùs, & ditiùs eô, quod Stilianus com- posuit, impresso Florentiæ in Collectione operum ejusdem Stiliani. In fronte libri

sic legitur: *Est Monasterii S. Catharinæ* (Genuæ nimirum) Epistola autem ad Lectorem est hujusmodi. Al benigno Lettore. „ Il grido della fama del maraviglio-
„ so ingegno del Signor Torquato Tasso è hoggimai cotanto sparso, cortese Letto-
„ re, che non lascia luogo benche remoto, a cui non giunga, o non sia giunto;
„ & maggiormente si conosce la sua grandezza, & s' ode il suo rimbombo ne'
„ suoi scritti, i quali douriano meritamente essere imitati. Laonde io per maggio-
„ re facilità di chi compone, ho raccolte le sue Rime, e ridottole sotto ordine,
„ come potrai vedere a commune utilità, e diletto dei buoni, & ingegnosi Poeti
„ dagli esemplari stampati in Ferrara l' anno 1585. da Giulio Cagnacini, ove allo-
„ ra si ritrovava il Signor Tasso. Ma primieramente mi è parso porre le Rime della
„ Gierusalemme, come di Poema Heroico, dipoi quelle del Rinaldetto, pren-
„ dendo solo una autorità di questo, e di quella quante ve ne ho ritrovate: Seguo-
„ no poscia quelle della prima, seconda, terza, quarta, quinta, e sesta parte, in-
„ sieme con quelle d' una aggiunta alla seconda parte, stampata già in Vinegia, al-
„ legando i versi intieri. Et se bene potrebbe parerti, benigno Lettore, che nel
„ computare il numero de i Sonetti, vi fosse errore: sarai avvertito, che ciò vie-
„ ne perche si sono tralasciati alcuni Sonetti, e Madrigali, i quali sono falsamente
„ ascritti al Signor Tasso, siccome ho havuto da Uomini degni di fede: & partico-
„ larmente il Madrigale, che comincia, *Tirsi morir volea*, non è di lui, come
„ dalla sua bocca propria si è inteso. Godi dunque di questa nostra fatica a lode di N. S. Dio, & imita il Tasso, che sarai stimato Poeta buono, e vivi felice „

Vixit Eutychius initio Sæculi XVII. tempore ejusdem Torquati Tassi, & Angeli Grylli, quibus arctissimà junctus fuit amicitià, ut liquet ex eorumdem summorum Poetarum Epistolis ad Eutychium datis, in quibus egregiam, quam de eo opinionem habebant, testatam faciunt; Gryllus quidem Epistolarum Venetiis impressarum anno 1612. pag. 238. „ Al P. D. Eutichio Ghiroldi S. Benedetto:
„ Vi ringraziarei della fatica presa in ricopiar le lettere scrittemi dal Tasso, se non
„ mi scriveste haver da ciò ricevuto tanto utile, che rendete grazie a me dell' occa-
„ sione. Ne ringrazierò almeno la vostra virtù, & la cortesia, la quale così vi fa
„ parere, & la mia sorte, che mi habbia degnato di sì cortese, & ufficioso amico &c. „
„ Et pag. 870. Al P. D. Eutichio Ghiroldi: Cesena. Ho ricevuto il Rimario, l' ho
„ letto, & mi piace. Vostra Paternità ha dimostrato ingegno, e toleranza, e gli
„ imitatori del Tasso se ne sentiranno obligo. Bene fece a tralasciare le voci Latine,
„ come poco necessarie. Si attenderà a procurarne la publicazione, per non frodar lei
„ dell' honore, & altri del commodo &c. „ Hæc Gryllus, cujus reliquæ ad Ghiroldum Epistolæ leguntur ibidem pagg. 146. 238.; 634., & 856. Tassus verò in libro suarum Epistolarum cui titulus, *il Segretario* impresso Venetiis apud Paulum Ugolinum anno 1601, pag. 54. Eutychio gratias agit, quod suarum Epistolarum librum exscripserit, & ad eum miserit, plura alia beneficia a nostris Monachis præsertìm ab Angelo Gryllo, & a Nicolao Cremasco sibi collata, itèmque singularem venerationem, qua Congregationem nostram prosequebatur, magno grati animi sensu testatus.

F



ABIANUS cognomine COLUMBUS, natione Siculus Panormi in Sicilià natus anno 1600., & in Monasterio S. Martini de Scalis D. Benedicti regulam Professus anno 1620., Congreg. nostræ Prior Titularis, floruit doctrinà æquè, ac religiosà pietate; nam a prima Juventà, dum humanioribus literis diligentèr, nec obscuro profectu operam daret, non minori fervore mentem Christianis virtutibus imbuebat; Philosophica deindè in Cœnobio, ac Theologicà, moralique scientià instructus, zeloque animas Deo lucrandi accensus, Concionatorem variis in locis magno populorum fructu sedulò egit. Decanus posteà, ac Magister Novitiorum, & totius Monasterii Œconomus, seu, ut vocamus Cellerarius, insigni animi, morumque candore iis muneribus fuit perfunctus; Sed cum Deo tantùm vivere cuperet, omnibus aliis curis abjectis, Monasticæ perfectioni adipiscendæ totis viribus, ad mortem usque, strenuè insudavit; Hinc veluti aurum in fornace à Deo probatus, diuturnisque, ac acerrimis, antè obitum, morborum cruciatus doloribus, immotà, costantique patientià, omnia incommoda toleravit, demùmque, non sine sanctioris vitæ famâ, ad Cœlos conscendit an. 1675., die 26. Jan. Dum viveret uti ergà Deiparam singulari veneratione ferebatur, perinde tamquam luculentum Amoris sui testimonium dulci, elegantique methodo composuit librum sic prænotatum

1 *Li Favoriti della Vergine Madre Nostra Signora nell' Ordine Benedettino. Parte prima. In Palermo per il Bua, e Camagna* 1668., & iterum Mutinæ. In quo admirabiles gratias, ac præclara beneficia ex Benedictinà Familià sibi devotis, a Bma Virgine impertita, piè, ac eruditè recenset. Secundam tamen partem non perfecit; Item scripsit

2 *Elettuario di Gemme divine per conforto dell' Anima cavate dalle Lettere delli Santi Nomi di Giesù, e di Maria*, impres. Panormi anno 1669. apud eundem. Quod Opusculum suppresso proprio, sub nomine *devoti Religiosi*, evulgavit, ut refert Petrus Ant. Torn. in libro, *delli Scrittori Mariani* fol. 66. qui Fabiani meminit quoque in Epistolà ad Lectorem præfixa libro de *Monialibus Oblatis* pag. 6.

3 *Sermoni sopra tutte le Feste della B. Vergine* Ms. in S. Martino.

4 *Un gran volume ordinato per Alfabeto ricco di concetti Scritturali, di sentenze de' Santi Padri, ed antichi Filosofi* Ms. ibidem.

5 *Alcuni discorsi morali sopra molti passi della Sagra Genesi* Ms. ibidem.

Laudatur a Jo: Evangelistà a Panormo in Anagrammate pag. 164.

Et ab Antonino Mongitore in Bibliothecà Siculà edità ann. 1708. Qui tamen errat in nomine, illum vocando *Fabium*, cum reverà Fabianus appellaretur, ut patet non solùm ex prædicto libro, *li Favoriti della Vergine &c.* sed etiam ex nostris Regestis, & omnium Monachorum, qui eum noverunt, testimonio.

FABIANUS Cretensis Alumnus S. Georgii Majoris Venetiarum effectus ann. 1488., die 11. Januarii, ut ex Regesto pag. 62. a tergo: enituit Græcis, Latinisque literis, ut indicat de Græco in Latinum Sermonem ab eo translata

Vita S. Eustachii Patriarchæ Constantinopolitani, cujus corpus requiescit Venetiis in Cœnobio S. Georgii Majoris, quæ incipit; *Omnium quidem &c.* asservabatur Ms. in Sacrario prædicti Cœnobii teste Arnoldo Wione Lign. Vit. l. 2. cap. 67. pag. 416. ex quo Possevinus App. Sac. tom. 1. pag. 562, editionis Coloniensis anni 1608.

FABIANUS PINUS Matheræ (olim Mateola) in Lucania, quæ pars Appuliæ est, natus, in Cœnobio S. Michaelis Archangeli Montis Caveosi in eádem Appulia Monachatum Professus anno 1612., die 23. Septembris, & posteà Prior, deindè Prioratu spontè deposito, Abbas Titularis. Vir apprimè Religiosus, & pius, & variá eruditione præditus, plura scripsit, quæ Mss. hodieque extant in Bibliothecá præfati Monasterii, videlicet.

1 *Tractatus in totam Scholasticam Theologiam* ad usum Scholarum accommodatos. 2 *Tractatus* luculentos in totam *Aristotelis Philosophiam*, quos pluries etiam è Cathedrá dictavit. 3 *Breves explanationes in Logicam Aristotelis, in librum Porphirii, in lib. de phisico Auditu, Cœlo, Meteoris, Generatione, Anima, & in Metaphisicam ejusdem Aristotelis ad mentem D. Thomæ, & Averrois*. 4. Tractatum *de Censuris*, & Voto. 5. Tractatum *de decem Præceptis Decalogi*. 6. *Conciones* plures Italico idiomate *de B. M. Virgine*. 7. *Tractatum* de iis, quæ *Prælato necessaria sunt ad regendum*. 8. *Notas in primum Georgicorum Virgilii*. 9. *Tractatus Grammaticos, Rhetoricos, & de variis Poematum generibus*. 10. *Notas in Isaiam, Hieremiam, Parabolas, Ecclesiastem, Canticum Canticorum; in libros Sapientiæ; super Ecclesiasticum*, & plura alia *opuscula ascetica &c.*

Obiit Caveosi circa annum 1675. non sine Sanctitatis opinione; Sepultus propterea in tumulo quidem Monachorum, sed in loco ab aliis secreto.

De eo in Regesto Ms. pag. 213. in margine: *Abbas Titul. ex Priore Regiminis. Fuit Vir doctissimus, & eximiæ Sanctitatis.*

FAUSTINUS OLIVA Monachus Benedictinus dicitur a Jo. Mario Crescimb. in hist. Vulg. poes. l. 4. pag. 292. secundæ edit. an. 1714., Author (ex conjecturá tamen) Commentarii in Dantem Poetam Ms. asservati in Bibl. S. Antonii Patavini, compositi anno 1456. „ Ma, d' uno d' essi Commenti, che apparisce scritto nel 1456., percioche ha in principio alcune Rime di Faustino Oliva Monacho „ Benedittino, possiam credere, che egli ne sia l' Authore „ Nec de eo amplius; Sit ne videlicet nostræ Congr. Monachus, quod nec aliundè hactenus scire potui.

FAUSTUS Parmensis, Prior Congregationis Casinensis floruit Latinà Poesi; cujus rei testimonium faciunt tria satis venusta, nec inelegantia Epigrammata præfixa poemati Hieronymi Gratiani, *Conquista di Granata* impress. Bononiæ ann. 1660. ibi, cui libet, videnda.

Horum primum legitur etiam impressum in Elogiis Virorum Literarum Laurentii Crassi par. 2. pag. 326. post Elogium ejusdem Gratiani.

In quodam Regesto, inter Professos S. Joannis Evangelistæ Parmæ invenitur D. Faustus a Parma anno 1622., die 1. Novembris, quem hunc ipsum esse Faustum Poetam haud videtur improbabile.

FELICIA RASPONA prænobili genere Raven. orta an. 1523. Patre Teseo Raspono Senatore Ravennate, quem triennis amisit, a teneris annis in quodam Monialium Cęnobio optimis literis exculta, & pręstantioribus scientiis fuit imbuta: nam cum ejus præclara indoles. & sublime ingenium singularis profectus in disciplinis spem faceret, studiis tradita, brevi admodum tempore Latinam linguam didicit, tum Philosophiæ Aristotelicæ, & Platonicæ haud levem cognitionem aquisivit, & quod iis omnibus præstantius est, sacræ etiam Scipturæ intelligendæ strenuam navavit operam: Ex lectione itaque divinorum Librorum agnoscens, quam gloriosum, ac proficuum sit Christiano homini totum se D. O. M. obsequio mancipare; mundo nuntium remittens, sub D. Benedicti vexillo in celebri S. Andreæ Parthenone ejusdem Urbis Ravennæ Sacrarum Virginum choris se se adiunxit. Quamvis autem hoc Cęnobium nostræ Congregationi reapse modo non subsit, quia tamen gloriatur, & profitetur more nostro vivere, nostrisque

que legibus, & Constitutionibus regi, ac uti, ex quo *Casinenses*, Moniales illæ se sæpassim indigitant, idcirco haud immerito inter Casinenses Scriptores doctam hanc ejus alumnam collocandam putavi: Ibi ergo Felicia curas omnes, & vires eò intendit, ut Cœlesti, quem sibi elegerat sponso, unicè placeret, eique intima cordis dilectione serviret. At hic ejus Amoris vim, velut aurum in fornace experiri volens, plurimas tribulationes, & ærumnas Feliciæ immisit, quas illa semper forti, constantique animo perferens, Deo jugiter gratias agebat, quod sibi tot charitatis suæ pignora, adversitates nimirum, & afflictiones præstare dignaretur, quas honoris, ac beneficii maximi loco ducebat, illud Psalmographi probe intelligens, *nimis honorificati sunt*, id est *nimis afflicti sunt*, *Amici tui Deus*. Huic animi fortitudini cæteræ quoque Vitutes Christi Sponsa dignæ respondebant, quibus se veræ pietatis, & sapientiæ omnibus exemplar præbuit. Quamobrem in ejusdem sui Cœnobii Abbatissam, semel, ac iterum electa, postquam munus hoc ter antea ei oblatum constantèr recusasset, mirâ prudentiâ, parique utilitate illud administravit; nam, divina favente gratiâ Cœnobium illud, in quo prius regularis disciplina admodum pessum ierat, ita reformavit, & ad bonam frugem redegit, ut regulari observantiâ, & Virtutum exemplis nulli concederet. Nec interim laboriosi adeo Regiminis occupationes impedimento ei fuerunt, quo minus eodem tempore sacris etiam lucubrationibus incumberet; Tunc enim ad suarum Monialium Spiritualem eruditionem composuit, & in publicam lucem emisit duo opuscula divini Spiritus unctione abunde perfusa. Delectata quoque est Musarum dulci consortio, ut testatur egregium Epigramma Italicum, quod bis typis traditum fuit. Tandem anno 1579. dum secundo Cœnobij sui gubernationi preesset, ad Agni immaculati nuptias in cęlis peragendas migravit ætatis suæ anno 56. ejusque Sarcophagus tali Epithaphio insignitus fuit, relato a Hieronymo Fabri sacr. memor. Ravennæ p. 1. pag. 83.

D. O. M.

Feliciæ Rasponæ rarissimæ Fæminæ, Quæ prudentiâ, & judicio supra sexum singulari, cum hujus Cęnobij Abbatissam II ageret, non absque ingenti illius iacturâ, & omnium mærore obiit V. Non. Quintil. MDLXXIX. Vixit annis LVI.

Ejus vero Lucubrationum isti sunt tituli.

1 *Della Cognitione d' Iddio*: Impressa; Sed ubi nam hactenus me latet.

2 *Dialogo dell' Eccellenza dello stato Monachale*, & alcuni esercitij di quello, composto dalla Magnif. e Rever. D. Felice Raspona da Ravenna in 4. Bologna per Pellegrino Bonardo 1572.

Hoc opusculum constat pagg. 50. Sacræ Scripturæ authoritatibus, SS. Patrum testimonijs, antiquorum etiam Philosophorum sententijs refertissimum, quod idcirco laudatur Italicis Epigrammatibus a Hieronymo * Rubeo, Pomponio Spreto, & Vincentio Carrario viris Doctioribus, qui tunc Ravennæ florebant; & etiam a duobns Poetrijs Ravennatibus, Marietta de Leonibus sæculari muliere, & Seraphina Maioli ordinis nostri in eodem S. Andreæ Cœnobio moniali, cujus Italicum Epigramma nihil prorsus concedit ce briorum Poetarum, hujus generis carminibus. Ejus vitam scripsit ejusdem Cœnobij Sannct-Andreani Monialis Feliciæ Rasponæ socia quæ paginis 53. in fol. comprehensa extat Ravennæ apud nobilem Virum Antonium de Rubeis, celebris Hieronymi Rubei gentilem.

* Rossi

Insuper de eâdem magnâ cum laude agunt idem Rubeus in Hist. Ravenn. l. 6. ad ann. 1204. ubi eam vocat, *Præstantissimam fæminam*. Thomas Tommai in Hist. Ravenn. p. 1. cap. 4. pag. 15. Hieronymus Faber in Sacris memorijs Ravennæ parte 1. pag. 83. ubi eam tamquam mulierem prudentiâ, doctrinâ, alijsque dotibus ad miraculum ornatam deprædicat, dignam propterea, quæ ab Histo-

Historicis Ravennatibus summis laudibus extollatur. Seraphinus Pasolini lib. de Viris Illustribus Ravenn. pag. 77. & Censrascus Tilgenes, id est Franciscus Gentilis in Cilaudà Olimià impressâ Ravennæ an. 1713. apud Antonium M. Landi, qui duo postremi Scriptores idem de ea repetunt, quod Rubeus, & Faber.: Sed Rubeus præterea scripsit ad eandem *Orationem consolatoriam in Adversatibus*, impressam Pisauri anno 1572. apud Hieronymum Concordiam in 4. Occasio autem hujusce orationis Rubeo scribendæ, fuit pulcherrimum Epigramma Italicum a Felicia Raspona compositum, eidemque Rubeo missum, ut eum in suis ærumnis consolaretur: Excepit illud Rubeus gratissimo animo, quem ut luculentius ostenderet, hàc oratione, & alio Epigrammate Italico ei respondit; quæ duo Epigrammata primo fuerunt impressâ ad calcem laudatæ orationis Pisauri 1572. & iterum Ravennæ an. 1713., in opere cui titulus *Ravenna Pacificata*, ejusdem Rubei; In ea oratione Rubeus, qui se Feliciæ Rasponæ Sororis Filium dicit, merito illustrium ejus ævi fæminarum numero illam adscriptam, ob præclaras doctrinæ, & virtutum prærogativas affirmat. Laudatur etiam a Jo: Mario Crescimbenio in Hist. Vulg. Poeseos lib. 5. n. 150.

Felicia Rasponi ad Hieronymum de Rubeis

Rossi gentil, buono è sperare in Dio
Poichè il piu sono gli Vomini mendaci,
E chiudon spesso sotto amiche paci
Guerre, e cor empio sotto volto pio
Però se sede in vom, s' alto desio
T' inganna or, non languir, ma soffri, e taci
Son le pieta del Cielo anco veraci
Che porran fine al tuo dolor si rio.
Gli chiedi intanto notte, e giorno vita,
E forte, e saggio all' arti altrui t' opponi
Serbando il tuo candor puro, & illeso.
Acciò quando sarà del cor sbandita
La doglia, veggia, che de saggi, e buoni
Non è il valor da ria fortuna offeso.

Ad quod Rubeus alio Epigrammate respondit quod incipit *Felice, visto il colpo diss anch' io &c.* quæ in prędicto libro *Ravenna Pacificata* legi possunt

Seraphinæ Maioli ad Feliciam Rasponam.

Sicome l' almo, ardente, e vivo sole
Dove percote alluma, nutre, e scalda
La fredda terra del suo lume calda
Gigli produce poi, rose, e viole
Così il bel stile, e l' alte tue parole
Piene di Santità, di Fede salda
Ogni cor freddo in Dio tanto riscalda
Ch' indi ogn' alma virtu fiorir poi suole.
E come quel sorgendo in Oriente
Move al preso viaggio il Pellegrino
E col giorno al suo fin' lieto il conduce
Così il tuo dir di Santo zelo ardente
Desta l' alme del Cielo al bel Camino
E col tuo esempio lor sei Scorta, e Duce.

Fuit autem hæc Seraphina Majoli ex nobili familià Ravennate; morum probitate

bitate. ingenii dotibus, & animi virtute insignis, plurimùm ob id a Felicia Rasponа dilecta, de qua Seraphina, ipsa Felicia honorifice loquitur in Epistola nuncupatoria Dialogi sui, *de præstantia Status Monastici*, asserens, ejus rogatu se eundem Dialogum in lucem emisisse, vocatque eam Monialem probam, & Dei timore ornatam: Ejus etiam mentio sæpe fit in laudatâ Vitâ ejusdem Feliciæ Rasponæ, in qua inducitur loquens sensibus pietate, ac prudentiâ refertis, ut pag. 7. & pag. 9. a tergo.

Floruit etiam in eodem Sanct-Andreano Cœnobio alia Monialis egregia nomine *Petra Margarita* de Indovinis a Sale, nata Ravennæ an. 1619. ex nobilibus Margharita Monaldini, & Cęsare *de Indovinis a Sale* Ravennatibus: quæ anno 1634. ingressa idem Cœnobium die prima Januarij, & die 17. Sept. ejusdem ann. Monastico habitu induta, anno insequenti die 18. Sept. nostræ regulæ observantiam vovit: anno autem 1643. die 14. Junij fuit solemnitèr Deo consecrata ab Archiepiscopo Cardinali Capponio, & an. 1685. fuit electa * Prior ab Archiepi- Guinisio, ab eodemque, an. 1688. Abbatissa constituta, demùmque anno 1692. ex hac vita ad immortalem migravit die 2. Julii an. ætatis suæ 74. Hæc pietatis, & omnium virtutum fuit vivum, ac illustre exemplar, artibus etiam liberalibus instructa, & Latinis, humanisque literis ab ineunte ætate imbuta, quarum studium cum in dies magis, magisque excoleret, illud sterilescere inutiliter haudquaquam est passa, sed uberem, nobilemque fructum proferre voluit opus spirituale metro, prosâque digestum, in quo divini Amoris flammam, qua cor ejus æstuabat, vel in ipso titulo clarissimè elucet.

* Priorissa

Tortore smarrita, overo *Anima pentita*, che desidera trovare Giesù suo Sposo in 4. pagg. 100. incipit.

Quare faciem tuam avertis? Ti vedo ò Anima mia addolorata, & afflitta startene sola, ceme smarrita Tortorella, mesta, e piangente, perche non trovasi teco il tuo Sposo divinô. &c. Quæ lucubratio inedita asservatur apud D. Petrum Paulum Ginanni nobilem Ravennatem Cong. nostræ Monachum, & in S. Vitalis Ravennæ Monasterio Scholasticarum facultatum * Lectore, qui hasce Feliciæ Rasponæ, cæterarumque Ravennatum Ord. nostri Sanctimonialium literis illustrium notitias mihi perhumanitèr communicavit, & hujus Sacræ Poetriæ hoc etiam Carmen, quod hic exhibemus, addidit.

* Professore

In dispreggio del Mondo: Canzone

Addio mondo fallace
Che con tuoi falsi inganni
Mi rubasti il bel fior de miei verd' anni
Hor piu tua non sarò; Hor piu tua non sarò
Ch' il restante degli anni a Dio darò &c.

In nostris Analectis legenda

FELICIANUS STRADIVERTUS fuit patria Cremonensis, deque eo Franciscus Arisius, *Cremona literata*, pag. 355. sic habet,, Felicianus Stradivertus
„ Casinensis Monachus, inter sui temporis Philosophos, ac Theologos præ-
„ stantissimus,, egit

1 *De Sacramento Eucharistiæ* lib. 3. 2. *De Salutatione Angelica* lib. 1. 3. *De Oratione mentali* lib. 1. 4. *De Functionibus Ecclesiasticis* secundum ritum ejus Ordinis lib. 2.,, Degebat in ædibus Monasterii D. Thomæ, ubi nunc Moniales D.
„ Francisci ordinis Capuccinorum,, sic Arisius, qui hæc a P. D. Claudio Stephanotio, Monachorum Congr. S. Mauri in Urbe Generali olim Procuratore, se accepisse testatur.

Quamvis autem nunc Congr. nostræ nullum Cremonæ extet Monasterium,

con-

Historicis Ravennatibus summis laudibus extollatur. Seraphinus Pasolini lib. de Viris Illustribus Ravenn. pag. 77. & Censrascus Tilgenes, id est Franciscus Gentilis in Cilaudà Olimià impressâ Ravennæ an. 1713. apud Antonium M. Landi, qui duo postremi Scriptores idem de ea repetunt, quod Rubeus, & Faber.: Sed Rubeus præterea scripsit ad eandem *Orationem consolatoriam in Adversatibus*, impressam Pisauri anno 1572. apud Hieronymum Concordiam in 4. Occasio autem hujusce orationis Rubeo scribendæ, fuit pulcherrimum Epigramma Italicum a Felicia Raspona compositum, eidemque Rubeo missum, ut eum in suis ærumnis consolaretur: Excepit illud Rubeus gratissimo animo, quem ut luculentius ostenderet, hàc oratione, & alio Epigrammate Italico ei respondit; quæ duo Epigrammata primo fuerunt impressà ad calcem laudatæ orationis Pisauri 1572. & iterum Ravennæ an. 1713., in opere cui titulus *Ravenna Pacificata*, ejusdem Rubei; In ea oratione Rubeus, qui se Feliciæ Rasponæ Sororis Filium dicit, merito illustrium ejus ævi fæminarum numero illam adscriptam, ob præclaras doctrinæ, & virtutum prærogativas affirmat. Laudatur etiam a Jo: Mario Crescimbenio in Hist. Vulg. Poeseos lib. 5. n. 150.

Felicia Rasponi ad Hieronymum de Rubeis.

Rossi gentil, buono è sperare in Dio
Poichè il piu sono gli Vomini mendaci,
E chiudon spesso sotto amiche paci
Guerre, e cor empio sotto volto pio
Però se fede in vom, s' alto desio
T' inganna or, non languir, ma soffri, e taci
Son le pieta del Cielo anco veraci
Che porran fine al tuo dolor si rio.
Gli chiedi intanto notte, e giorno vita,
E forte, e saggio all' arti altrui t' opponi
Serbando il tuo candor puro, & illeso.
Acciò quando sarà del cor sbandita
La doglia, veggia, che de saggi, e buoni
Non è il valor da ria fortuna offeso.

Ad quod Rubeus alio Epigrammate respondit quod incipit

Felice, visto il colpo dissi anch' io &c. quæ in predicto libro *Ravenna Pacificata* legi possunt

Seraphinæ Majoli ad Feliciam Rasponam.

Sicome l' almo, ardente, e vivo sole
Dove percote alluma, nutre, e scalda
La fredda terra del suo lume calda
Gigli produce poi, rose, e viole
Così il bel stile, e l' alte tue parole
Piene di Santità, di Fede salda
Ogni cor freddo in Dio tanto riscalda
Ch' indi ogn' alma virtu fiorir poi suole.
E come quel sorgendo in Oriente
Move al preso viaggio il Pellegrino
E' col giorno al suo fin' lieto il conduce
Così il tuo dir di Santo zelo ardente
Desta l' alme del Cielo al bel Camino
E' col tuo esempio lor sei Scorta, e Duce.

Fuit autem hæc Seraphina Majoli ex nobili familià Ravennate; morum probitate

bitate. ingenii dotibus, & animi virtute insignis, plurimùm ob id a Felicia Raspona dilecta, de qua Seraphina, ipsa Felicia honorifice loquitur in Epistola nuncupatoria Dialogi sui, *de præstantia Status Monastici*, asserens, ejus rogatu se eundem Dialogum in lucem emisisse, vocatque eam Monialem probam, & Dei timore ornatam: Ejus etiam mentio sæpe fit in laudatâ Vitâ ejusdem Feliciæ Rasponæ, in qua inducitur loquens sensibus pietate, ac prudentiâ refertis, ut pag. 7. & pag. 9. a tergo.

Floruit etiam in eodem Sanct-Andreano Cœnobio alia Monialis egregia nomine *Petra Margarita* de Indovinis a Sale, nata Ravennæ an. 1619. ex nobilibus Margharita Monaldini, & Cesare *de Indovinis a Sale* Ravennatibus: quæ anno 1634. ingressa idem Cœnobium die prima Januarij, & die 17. Sept. ejusdem ann. Monastico habitu induta, anno insequenti die 18. Sept. nostræ regulæ observantiam vovit: anno autem 1643. die 14. Junij fuit solemnitèr Deo consecrata ab Archiepiscopo Cardinali Capponio, & an. 1685. fuit electa * Prior ab Archiepi- Guinisio, ab eodemque, an. 1688. Abbatissâ constituta, demùmque anno 1692. ex hac vita ad immortalem migravit die 2. Julii an. ætatis suæ 74. Hæc pietatis, & omnium virtutum fuit vivum, ac illustre exemplar, artibus etiam liberalibus instructa, & Latinis, humanisque literis ab ineunte ætate imbuta, quarum studium cum in dies magis, magisque excoleret, illud sterilescere inutiliter haudquaquam est passa, sed uberem, nobilemque fructum proferre voluit opus spirituale metro, prosâque digestum, in quo divini Amoris flammam, qua cor ejus æstuabat, vel in ipso titulo clarissimè elucet.

* Prioriffa

Tortore smarrita, overo *Anima pentita*, che desidera trovare Giesù suo Sposo in 4. pagg. 100. incipit.

Quare faciem tuam avertis? Ti vedo ò Anima mia addolorata, & afflitta startene sola, ceme smarrita Tortorella, mesta, e piangente, perche non trovasi teco il tuo Sposo divinô. &c. Quæ lucubratio inedita affervatur apud D. Petrum Paulum Ginanni nobilem Ravennatem Cong. nostræ Monachum, & in S. Vitalis Ravennæ Monasterio Scholasticarum facultatum * Lectore, qui hasce Feliciæ Rasponæ, cæterarumque Ravennatum Ord. nostri Sanctimonialium literis illustrium notitias mihi perhumanitèr communicavit, & hujus Sacræ Poetriæ hoc etiam Carmen, quod hic exhibemus, addidit.

* Professore

In dispreggio del Mondo: Canzone

Addio mondo fallace
Che con tuoi falsi inganni
Mi rubasti il bel fior de miei verd' anni
Hor piu tua non sarò; Hor piu tua non sarò
Ch' il restante degli anni a Dio darò &c.

In nostris Analectis legenda

FELICIANUS STRADIVERTUS fuit patria Cremonensis, deque eo Franciscus Arisius, *Cremona literata*, pag. 355. sic habet „ Felicianus Stradivertus
„ Casinensis Monachus, inter sui temporis Philosophos, ac Theologos præ-
„ stantissimus „ egit

1 *De Sacramento Eucharistiæ* lib. 3. 2. *De Salutatione Angelica* lib. 1. 3. *De Oratione mentali* lib. 1. 4. *De Functionibus Ecclesiasticis* secundum ritum ejus Ordinis lib. 2. „ Degebat in ædibus Monasterii D. Thomæ, ubi nunc Moniales D.
„ Francisci ordinis Cupuccinorum „ sic Arisius, qui hæc a P. D. Claudio Stephanotio, Monachorum Congr. S. Mauri in Urbe Generali olim Procuratore, se accepisse testatur:

Quamvis autem nunc Congr. nostræ nullum Cremonæ extet Monasterium, con-

constat tamen ex Regestis Monachos olim nostros Cræmonæ pluribus in locis domicilium habuisse.

FELIX PASSERUS Neapolim habuit Patriam, Monasterium verò Casinense Religionis Gymnasium anno 1570., in quo longo post tempore, an. scilicet 1610. Prior fuit, deinde Abbatis titulò ornatus. Hic ad Musas, sed tamen Sacras, a natura mirè propensus, varia, eaque præclara edidit poemata, in quibus blandos Scientiarum flores, moralium documentorum fructibûs, Italicæ linguę accuratâ proprietate, ac venustate conditis, sapientèr inseruit; In opere præsertìm sex dierum, Hexamerone a Grecis dicto (si Julio Cæsari Capaccio Viro sanè docto fides habenda sit) cunctis non solum Italicis, sed etiam Græcis, & Latinis ob Poeseos splendorem, & nobilitatem palmam eripuit. Vivebat anno 1626., ejus opera sic prænotantur.

1 *Vita di S. Placido, e suo Martirio descritta in ottava rima*, quam quidem vitam juvenili admodum ætate cecinit, librisque omninò quinque carmine heroico absolvit, ac typis commisit Venetijs anno 1589. in 4. apud Julittas, & iterum annô 1590. in 16.

2 *Lodi di S. Sisto, e del Monastero di Piacenza dell' istesso nome* lib. 1. Placentiæ apud Jo. Bazzacchium anno 1593. in 4. Est quidem historica narratio Italicâ linguâ composita, sed pluribus carminibus paritèr Italicis, varii generis permixta.

3 *Rime della Passione, e Morte di nostro Signor Gesù Cristo*, Papiæ an. 1597. in 8.

4 *L' Essamerone, overo L' Opera dei sei Giorni Poema*, carmine heroico, Neapoli in Typographia Joannis Baptistæ Subtilis, per Scipionem Boninum an. 1608. in 6., & Venetiis apud Evangelistam Deuchinum, & Jo. Baptistam Pulcianum, eodem anno 1608. in 12., Opus annis septem completum, quod juxta dierum numerum in sex partes distinguitur; Prima verò pars in octo subdividitur libros; Secunda libros habet novem; Tertia duodecim; Quarta undecim; sanè, profundâ eruditione, secretioris Theologiæ, nec minus solidæ Philosophiæ, ac sacræ paginæ intelligentiâ refertum.

5 *Il Trofeo della Croce*, solutâ oratione; Venetiis apud M. Alberti 1610. in 6.

6 *L' Urania, overo la Costante Donna*; Poema Epicum, Uraniæ Augustæ pulcherrimæ, itemque pudicissimæ fœminæ, pro honestate tuendâ varios casus, ac mille expertæ labores, historiam a multis Catholicis Scriptoribus traditam, scilicet a Vincentio in Spec. histor. & ab Authore Viridar. Exemplor., & ab aliis, omnibus poeticis floribus, ac Rhetoricis ornamentis, quàm eruditissimè describens; Excusum Neapoli apud Jo. Dominicum Roncaliolum an. 1616. in 6. Quindecim libris coalescit poema elegantissimum, ad divinum amorem excitandum, & Christianas virtutes animis imprimendas longè aptissimum. Alexndro Peretto Cardinali Mont'alto dicatum.

7 *L' Eroe mendico, overo de' Gesti di S. Alessio Romano* l. 5. Mediolani apud Philippum Ghisolphum anno 1645. in 8. Leo Allatius in Dramaturgia Romæ anno 1666. Indice 2. pag. 382. sequens Opusculum recenset Felicis Passeri, 8. *David preseguitato*.

Ejus etiam legitur Italicum Epigramma in laudem D. Bernardi Clavelli pro suâ historiâ Arpinate in fronte ejusdem libri.

Agunt perhonorificè de Passero, Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 19. pag. 198. iterumque eodem lib. 2. cap. 67. pag. 416. Bern. Clavellus prædictus in Hist. Arpin. nuper memoratâ. Nicol. Top. in Bibl. Neap. pag. 82. col. 2., sed nimis jejunè, nam Hexameronem tantùm refert, aliis operibûs omissis; in Additionibus verò pag. 115. col. 1. subdit dumtaxat Vitam, & Martyrium S. Placidi; vocat etiam illum supradictâ pag. 82. Patria Nolanum vel Arianensem, sed no-

stra

stra Regesta constanter eum Neapolitanum dicunt. Leonardus vero Nicodemus in Additionibus ad Toppium pag. 75. col. 2. adjungit *Uraniam*, & ad verbum exhibet Epistolam Julii Cæsaris Capaccii ad Lectorem eidem Uraniæ præfixam, ibi, cui placet legendam. Petrus Maria Campi in hist. Eccles. Placent. par. 3. pag. 138., ubi eum citat *De laudibus Monasterii S. Sisti*, & pluribus aliis in locis ejusdem historiæ. Stephanus Guazzi in libro, cui titulum dedit, *La Ghirlanda* impress. Genuæ anno 1595. pag. 19. & seq. ubi affert Passeri *Madrigale* in Platanum, vocat eum novum Passerem Cygno, & Philomelâ dulciùs canentem, Angelico intellectu præditum, ad Cœlum se sublimiter extollentem, & quamvis Juvenem, maturum tamen non minus Philosophiæ, & Theologiæ, & humaniorum litterarum cognitione, quam morum honestate, prudentiâ, modestiâ, & Vitæ probitate. Laudatus Capaccius in memorata Epistola, sententiarum ejus gravitatem, elocutionis candorem, styli puritatem, quibus in Uraniæ poemate adornando usus est, valde commendat. Angelus Gryllus in suis Epistolis Venetiis impressis an. 1612. pag. 357. ejus Rythmos *de Passione, & Morte Dñi*, eximie celebrat, utpote à poeticâ vanitate prorsus remotos; lacrymas autem, quibus eam deflet, Angelis Pacis patientem Christum plorantibus omnino dignas; & pag. 671. ejus Hexameronem terrestris Paradisi elegantem imaginem appellat.

De eo præterea Georgius Matthias Conigius Bibl. Vet. & Nov. pag. 611. col. 1. ubi claruisse eum dicit anno 1590., cum tamen anno 1626. adhuc viveret, quia nimirum Conigius ex ejus operibus Vitam tantum S. Placidi impressam eodem anno 1690. viderat, quam etiam tantummodo indicat Jo. Marius Crescim. hist. vulg. poes. lib. 5. pag. 471. & seq. ubi etiam me allegat de hoc Authore agentem. Novissimè Bernardus Pez Epistola x. Apologetica pag. 251., aliique. In nostris Regest. pag. 235. dicitur *Poeta optimus multa scripsit*.

Victorini de Majo Casinensis in laudem Felicis Passeri
Hexameronem Carmine describentis.

Nuovo sol, nuovi raggi, e nuovi ardori,
Nuove arti allettatrici, e nuovi canti,
Nuovo Passero scuopri, hor che a noi canti
L' opre Antiche di Dio primi lavori.
Quindi cigne il bel crin di nuovi allori
*La novella Città lieta *, che tanti*
Suoi figli, onde acquistò sublimi vanti
Col tuo stil vinci, e dai nuovi splendori.
Hor nel ritrar del Gran Monarcha i Giorni
Ove non giunga emola voglia, in alto
Ecco tu spieghi sol Felice i vanni.
Già rapido volasti, hor la soggiorni
Tra l' ostro, e la virtù di quel Montalto
Ove non temi al variar degli anni.

* Neapolis

Legitur in principio ejusdem Hexameronis.

Ipse Felix in eodem Hexamerone, die 2. lib. 1. propè finem aliquot sua opera his carminibus indicat.

E tu (s' avvien che mortal guardo legga
Nell' imperfetto tuo, l' opra perfetta)
Tu, che del Martir Placido cantasti
Ne' teneri anni tuoi la vita, e il merto;
Quindi Sisto lodasti, e gli altri Eletti,
Ch' alla destra del Pò Piacenza honora;

Poi, doloroſe lagrime verſando
Ne la Morte di lui, ch' à noi diè Vita
Il tuo fallo piangeſti, e l' altrui pene &c.

FELIX cognomine quidem *Roma*, patria quoque Romanus, Alumnus, ſeu ut dicimus, Profeſſus Monaſterii S. Pauli de Urbe effectus anno 1674. die 5. Aprilis, Vir facilitate, ac perſpicuitate Ingenii præditus, Scholaſticis æquè ac humanioribus literis imbutus, claruit paucis ab hinc annis. Admodum Juvenis in Monaſterio Peruſino, Philoſophiam explicavit; Catanam deinde accerſitus, in S. Nicolai de Arenis Cœnobio Theologiam, ad mentem D. Anſelmi aliquot annos docuit, Sacroſque Canones eſt interpretatus, ubi inter cæteros Nicolaum Mariam Tedeſchi Epiſcopum Liparitanum, mox Archiepiſcopum Apameenſem Sac. Rit. Cong. a Secretis &c. diſcipulum habuit. E Sicilia redux, in Priorem electus anno 1694., eo munere Bononiæ, ac Senis laudabiliter eſt perfunctus. Anno autem 1698. die 20. Aprilis creatus fuit Abbas Ariminenſis Cœnobii, ac paulò poſt S. Benedicti Ferrariæ, deinde S. Pauli de Urbe, demumque Congr. Univerſæ in Romanâ Curiâ Generalis Procurator, ubi prudentiâ, ac in rebus agendis dexteritate uſus, à Clemente XI. Pont. Max. à Cardinalibus, cæteriſque Prælatis magni momenti gratias, ac præcipuos favores diu antea negatos facilè obtinuit; Erat enim aſpectus, & ſermonis venuſtate quadam, ac lepore ſingulari præditus, quo eorum animos, quibus cum loquebatur, illicò ſibi devinciebat. Sed honorum, ac ætatis medio in curſu, dum verſaretur, graviſſimis, ac multiplicibus morbis, præcipuè in pectore hydrope correptus, vitam relinquere nimis immaturè coactus fuit, annos natus tantummodo 49., Sæculi anno 1607. die 19. Januarii, in Procuratoris officio biennio nondum expleto, quamvis illud antea duobus adhuc annis exercuiſſet, nempè ab obitu Prædeceſſoris Proſperi Tinti Cremonenſis, uſque ad majora Comitia, ſeu, ut dicimus, Capitulum Generale anno 1705., ita namque Sanctiones noſtræ jubent, ut Procuratoris Generalis è vivis excedentis locum, & vices, Abbas S. Pauli interim ſuppleat. Felix ergo dum per otium licebat, hæc ſcripſit

1 *Il Mare della Grazia, Panegirico delle lodi della Beatiſſima Vergine* impreſſ. Peruſiæ anno 1678. apud Zecchinum.

2 *Sermonem habitum in Synodo Farfenſi* an. 1685. die 4. Junii impreſſum ad calcem ejuſdem Synodi Romæ 1686. Tipis Barberinis. Item compoſuit.

3 *Theologiam Scholaſticam ad mentem D. Anſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis* Ordinis S. Benedicti, & Eccleſiæ Doctoris eximii an. 1687. Catanæ ſcriptam, ſeu verius ſcribi cœptam; quam non niſi an. 1698. abſolvit. Item.

4 *Univerſi Juris Canonici breves diſcuſſiones*, anno 1687. 5. *In Univerſum Jus Canonicum* Quæſtiunculas in tres partes, trium annorum curriculo expediendas, diſtinctas, anno 1609., eſt liber incompletus. 6. *Eſplicationes, ſeu Commentaria* ſatis diffuſa *in Pſalmos*, quæ tamen tantum perveniunt ad Pſalmum 47. 7. *Conciones Quadrageſimales num.* 19. Italica lingua conſcriptas. 8. *Panegyricas Orationes num. 6. nempe de S. P. Benedicto 2.; de S. Mauro 2., de S. Nicolao Tolentinate 1., de B. Euſtochio Catanenſi* 1. Italica item lingua. 9. *Sermones num.* 8. nempe *del Santiſſimo Sacramento* 4., *per la Novena di Natale* n. 3. *pro Defunctis* n. 1., & quoſdam alios pariter Italicè. 10. *Trattenimenti poetici*, eſt libellus in 8., in quo omnis generis carmina Italicè ſcripta continentur; & præterea plura alia carmina cujuſcumque pariter generis extra dictum libellum variis in foliis pro majori parte Mss., & quædam impreſſa. Hæc omnia extabant apud me ab ipſo D. Felice, dum in vivis ageret mihi tradita, cum ſcilicet Abbas, & Procurator Generalis eſſet, ideoque per multiplicia negotia Muſis amplius vacare non poſſet, quæ

ego

ego in publicam Monasterii Bibliothecam intuli, una cum variis aliorum quorumdam Monachorum lucubrationibus.

De eo meminit Eques Prosper Mandosius in Bibliotheca Romana vol 2. cent. 6. num. margin. 67. & Bened. Bacch. in vità suà a semetipso scriptà, impressà post ejus mortem Venetiis in 34. tomo Ephem. Liter. Ital. an. 1723. pag. 316. num. 22. his verbis „ P. D. Felix Roma S. Pauli de Urbè Abbas, & totius Congregat. „ Casinensis Procurator Generalis id decoris (Prioris munus) Bacchinio spon- „ te procuravit „

FERDINANDUS PERETTI Patrià Ferrariensis, Professus fuit Monasticam Regulam in Cœnobio S. Vitalis Ravennæ anno 1698., die 19. Sept; Valdè in Arithmetica arte excelluit meâ ipsâ ætate; Illum siquidem Romæ degentem per plures annos cognovi bonis profectò ornatum moribus, & supputandi studiis summoperè intentum, nam Juvenis quamvis esset, non solum Monasterii nostri Rationes omnes recensebat, sed etiam Congr. universæ Quindenniorum calculos, quæ non parvi negotii res est, scitè admodum numerabat. Accersitus deindè Ravennam, ibidem multis annis idem officium, ac prætereà Procuratoris munus laudabilitér exercuit, donec anno 1725. die 23. Aprilis, ejusdèm Monasterii Prior Claustralis creatus fuit. Duo composuit volumina in eo genere haud contemnenda, quorum primum tali insignitur epigraphe.

1 *Lumi Aritmetici divisi in sei libri, svelati dal P. D. Ferdinando Peretti da Ferrara, Professo nel Monasterio di S. Vitale di Ravenna, ed attual Computista del Monasterio di S. Benedetto di Ferrara, dedicati all' Emo, e Revmo Principe, il Signor Cardinal Bernardo Maria Conti della Congr. Casin., e Protettore dignissimo della medesima. In Ferrara MDCCXXV. per Bernardino Pomatelli Stampatore Vescovale, con licenza de' Superiori* 4. Constat paginis 702., in quo novâ, ac facili methodo, primò omnia ad Arithmeticam artem spectantia clarissimè traduntur; deindè plurima Dubia, seù Quæsita in eàdem facultate ad usum pertinentia facillimè enodantur; Instruit autem ad perfectam, tum Theoriam, tum Praxim plurimis proprio marte, ac suopte ingeniô adinventîs, præsertim quæ primo, & secundo libro continentur. Aliud nil minus utile, & egregium propè diem in lucem edendum erat cum hoc titulo.

2 *Il Mastro di Casa, o sia regola di tenere, e render conto delle Amministrazioni, con li documenti, & esemplari di formare il Giornale, e libro mastro di Scrittura doppia, secondo l' uso della Corgr. Casin*; nisi subita mors, quæ Ferrariæ illum rapuit anno 1726. die 7. Augusti editioni intercessisset; asservatur in fol. Ms. Ravennæ in Bibliotheca S. Vitalis ubi etiam extant ab eo compositi

3 *Riti Ceremoniali per le Sagre Funzioni nella Chiesa di S. Vitale di Ravenna* tomi 2. Mss. in 12. admodum accurate digesti, & ex probatissimis Auctoribus excerpti.

FLAMINIUS natione Siculus Messanæ ortus Familià *Patè* Genitoribus nobilibus, iisque Græcis, Monachus evasit anno 1605., die 25. Junii in Monasterio S. Placidi prope eamdem Urbem Messanensem. Quià primæva ætate melioribùs studiîs animum excolens, uberes exindè in Scholasticis non minus Scientiis, quam in Latinis, Græcisque literis fructus protulit. Quamobrem virtute, ac Sapientià exigente ad primarias Congreg. nostræ dignitates, Abbatis nempè, ac Visitatoris facillimè pervenit. Multis ergò Monasteriis optimè administratis, cum suîs sctiptîs, tam Cœnobium, in quo Professus fuerat, quam Patriam suam exornavisset, ad Superos, ut sperare fas est, commigravit Messanæ anno 1651. die 24. Dec.. variis relictis lucubrationibus, quæ sunt

1 *Ortus, & progressus Monasterii Sancti Placidi de Calonero Urbis Messanæ*, impressus ibidem typis Hæredum Petri Breà anno 1644. in 4.

 2 *Elo-*

2 *Elogia Abbatum, qui præfuerunt Monasterio San: Placidi de Calonero*; est opus MS. in 4.

3 *Censura sopra d' un scritto promulgato dall' Abbate D. Rocco Pirro contro l' antica Tradizione della Sagra Lettera scritta dalla SS. Vergine alla Città di Messina*. Opus posthumum typis traditum Venetiis apud Guerilios ann. 1652. 8. & iterum ibidèm apud Franciscum Babba 1655. in 8.

4 *Vita S. Placidi per Gordianum olim scripta, ex vetustissimis Bibliothecæ Cas. Mss. integrè eruta*; cujus laboris subeundi rationem reddens in præfatione ad Lectorem „ Qamvis (inquit) a Lippomano spectatæ Viro Ecclesiasticæ eruditionis præ-„ lo consignata ea Vita videatur, quia tamen non pauca ipse, vel brevitati consu-„ lens, vel quod extrà ejus esset institutum, videtur omisisse, ea nos adamùssim „ operæ pretium duximus addenda, ex his enim non parum lucis in rem Messànen-„ sem, & Siculam emerget &c. „ eidem Codici subnectitur 5. *Mantissa, historia eorum, quæ a temporibus Vitaliani Papæ, usque ad Henrici, & Alexii Imperatorum tempora evenerunt, quam jussu Revmi Casinensis Archimandritæ Rainaldi, Petrus Diaconus Casinensis, ex Cosmographia Theophanis, & Chronographia Romanorum Pontificum excerpens, dictæ historiæ adjunxit, anno* 1131. ex cujus lectione (ait Flaminius) „ Quæ in secunda, atque tertia Piratarum incursione in Mes-„ sanensi Monasterio, quod è vestigiis a D. Placido jactis, assurrexerat, evene-„ runt, luce clariùs innotescunt; Undè secundo, ac tertio SS. Martyrum testimo-„ nio Christi fidem Messanæ confirmatam, sacratissimisque pignoribus Urbem dita-„ tam accepimus „ hæc Flaminius, qui ex eodem Petro Diacono profert etiam

6 *Seriem restaurationis Monasterii Messanensis S. Placidi, post ejus Martyrium, & Missionem Monachorum aliam in Siciliam à D. P. Benedicto factam*. Asserit quoque Flaminius in Prologo se in hunc ipsum librum congessisse plerasque Epistolas ultrò, citròque missas ejusdem Gordiani ad Vigilium summum Pontificem, ad S. Maurum ejus Condiscipulum Præpositum Casinensem, ad S. Constantinum Montis Casini Abbatem, ad Messalinum, & Pompeium Tylium, nec non Epistolam Imperatoris Justiniani ad eumdem Vigilium, aliam scriptam a Siculis ad Congregationem Casinensem tunc temporis Laterani degentem, & alteram ad Leonem Abbatem ejusdem Congr., ex quibus multa memoratu dignissima elucent. His addendos duxit *tredecim Sermones* ab eodem *Petro Diacono* scriptos, & fortasse etiam habitos in solemnitate S. Placidi, ejusdem *homiliam in Evangelium Festi diei*, aliosque duos *Sermones Abbatis D. Theodini* in idem argumentum; Quæ omnia Antiquitatis monumenta ex Bibl. Monasterii Casin. vetustissimis Mss., characteribus Longobardicis exaratis, exscripta, se obtinuisse testatur, diligentiâ, atque studiô D. Timothei a Messana Monachi, & Monasterii Messanensis Professi, qui summâ fide, & non mediocri labore ex authographis omnia excerpsit; Codex hic Ms. supra recensita continens, extat in Bibl. S. Pauli de Urbe, in quo tamen Epistolas illas, & Sermones non reperi, anceps, an ab isto subducti, vel in alio Ms. Codice sepositi fuerint, quem non viderim.

Utcumque sit, Flaminius totum opus ipsi D. Placido consecravit, præmisso ejusdem Encomio. In Epistola autem ad Lectorem præter multas historicas eruditiones, vitam quoque Gordiani Monachi, D. Placidi Condiscipuli, atque gestorum ejus Scriptoris, breviter narrat.

Hanc verò vitam D. Placidi a Gordiano conscriptam novissimè typis commiserunt Monachi doctissimi S. Mauri cum eruditissimis notis *in primo tomo Actorum SS. Ord. S. Benedicti*; sine tamen illâ Mautissâ, & Sermonibus, ac Epistolis &c.

Flaminii Patè est etiam fœtus *hexastichon illud* pulcherrimum in laudem *Constantini de Notariis*; quod supra in eodem Constantino retulimus, ex quo Mu-

F

sis quoque Flaminium litasse, & quidem auspicatò, satis constat.

Ejus cum laude meminerunt prædictus Abbas Pyrrhus l. 4. de Abbatiis pagg. 205. 266. 278. Petrus Ant. Torn. hist. Monast. (seu de Patriarchatu S. Benedicti) tom. 2. lib. 3. pagg. 471., & 472. Placidus Reina in hist. Messanæ par. 2. pag. 511., sed præ cæteris Antonin: Mongit. Bibl. Sic. par. 1. edita anno 1708. Flaminium præclaris encomiis exornat, egregium Doctrinæ fastigium assequutum asserens, Sapientià, ac Prudentià admirabilem, optimis scientiis apprimè instructum, ac omnimodà eruditione clarissimum &c.

FORTUNATUS, cujus ignoratur cognomen, Patavium patriam habuit, ibidemque in celeberrimo S. Justinæ Monasterio inter nostros adnumeratus anno 1597. die 8. Dec., Philosophicis, & Theologicis, ac insuper Mathematicis studiis post admodum floruit, initiò præteriti Sæculi XVII., quo tempore Academiæ S. Justinæ Fortunatus præerat. Quò verò ingeniò, & quâ scientià præditus fuerit, liber ab eo editus, satis demonstrat. Ejus titulus est.

Decas Elementorum mysticæ Geometriæ, quibus præcipua Divinitatis arcana, nempè Divina attributa, Natura, Unitas, Relationes, Redemptio, proposito Theosophico Symbolo, Mathematicis rationibus explicantur, & confirmantur. Patavii sumptibus Petri Pauli Tozzii an. 1617. in 4. Alexandro Card. Montalto dicata.

FORTUNATUS cognomento SCHOLA ex honestà familià, patrià Vicentinus, an. 1594. Monasticis institutis nomen dedit apud Patriam ipsam, in Monasterio SS. Felicis, & Fortunati die 18. Apr., fuitque sacræ Antiquitatis studiosissimus; vixit ultra annum 1642. *multa scripsit*, teste Plac. Pucc., qui ejus mentionem facit pluribus in locis suorum Chronicorum Abbatiæ Florentinæ præcipuè pag. 153., sed quæ scripserit non indicat, nec ego hactenus aliunde potui expiscari. Verba Puccinelli hæc sunt, D. Fortunato Scola Monaco Professo di S. For-
„ tunato di Vicenza amatore delle Venerande Antichità, la registrò (memoriam
„ quamdam cujusdam Tabulæ D. Mauri in Monasterio Farfensi) „ tra li suoi Mss.
„ da esso mostratici l' anno 1642. mentre ci portammo a visitarlo in Vicenza, ac-
„ ciochè ci suggerisse, & additasse alcune memorie attinenti alli Monaci di questa
„ nostra Abbazia Fiorentina. Idem Pucc. in hist. Ugonis Tusciæ Principis sæpissimè in marg. allegat. *Fortunatum Scholam*, & ad calcem ejusdem libri, ubi Catalogum texit Authorum, quos in testes adducit, etiam D. Fortunatum Scholam Vicentinum inter Authores Mss. enumerat, sed nihil amplius de eo dicit. Item in Appar. hist. de Viris Illustribus Abbatiæ Florentinæ tertiò quoque verbô authoritatem profert Ms. D. Fortunati Scholæ, ex quo intelligimus, eum de Viris è Congreg. nostrâ tam literis, & dignitate, quam virtute, & sanctitate Illustribus agere. Cæterùm adhibità omni diligentià in Monasterio Vicentino, nihil prorsus de eo, deque ejus lucubrationibus inveniri potuit, nisi communis traditio, Scholæ Mss. a plagiario fuisse sublata. Itaque hoc tantum nobis superest, plurimum scilicet dolere de hoc infortunio, vel potius de negligentiâ, & incuriâ prior. tempor.

FORTUNATUS ULMUS, patriâ Venetus, in S. Georgii M. nobilissimo Asceterio Monasticis Sacris initiatus est anno 1596. die 21. Martii D. P. Benedicto Sacrô. Cumque ad Ecclesiasticam historiam vires omnes animi intendisset, multa reconditæ eruditionis monimenta ex Antiquitatis latebris solerti diligentià eruta, luculento stylo ad publicam utilitatem, Sanctorumque gloriam in medium produxit. Ea sunt.

1 *Passio S. Pauli Martyris Constantinopolitani sub Constantino Copronymo, ob cultum Sanctarum Imaginum passi, cujus corpus Venetiis in Templo Sancti Georgii Majoris quiescit*; Venetiis anno 1612.: apud Evangelistam Deuchinum, *cum Annotationibus ad eamdem; accessit*. 2. *De Translatione Corporis ejusdem S. Pauli Mar-*

Martyris è Constantinopoli Venetias ad Monasterium S. Georgii Majoris; ibidem apud eundem, eodem anno, *cum similibus Annotationibus*.

3 *Vita S. Cosmæ Eremitæ, cujus Corpus Ven. in Ecclesia S. Georgii M. quiescit, cum Annotationibus*. Venetiis apud Evangelistam Deuchinum an. 1612. Tres hæ lucubrationes extant etiam Mss. in Bibl. ejusdem S. Georgii M. Venet. sign. n. 343.

4 *Historia Translationis Corporis Sancti Nicolai, terris, marique miraculis magni, Episcopi, ex Myrâ Liciæ, Venetias factæ anno MC.; & alterius* S. *Nicolai ejusdem Avunculi, nec non S. Theodori Martyris, utrorumque Episcoporum, quæ quidem Corpora recondita sunt apud Littorenses Monachos Casinenses propè eamdem Urbem*; Venetiis ex Typographia Deuchiniana anno 1626.; in fine additur ejusdem Authoris: *Hymnus carmine Sapphico in Festo ejusdem* S. *Nicolai Magni Episcopi*; Extat etiam Ms. in eàdem Bibl. S. Georgii M. V. sign. n. 346. Item Ital.

5 *Historia della venuta occultamente in Venezia di Papa Alessandro III., e della Vittoria ottenuta da Sebastiano Ziani Doge, contro Ottone figlio di Federico primo Imperatore, comprobata da D. Fortunato Olmo Casinense*. In Venezia 1629. per Evangel. Deuchino in 4. Qui liber scriptus videtur contra Cardinalem Baronium, aliosque prædictum adventum, & cætera a Venetis hàc in re tradita inficiantes.

At contra hunc ejus librum insurrexit postea Felix Contelorius Vaticanæ Bibl. Custos, Vir sanè doctissimus, edito libro Parisiis anno 1633., cum hoc titulo. *Notæ, & Animadversiones ad Fortunati Ulmi libellum de Alexandri III. occulto adventu Venetias anno* 1177. nec quidquam illum movit Vaticanæ, itemque Regiæ Aulæ pictura, qua factum illud Alexandri olim exprimebatur, hodieque exprimitur; At Ulmus ad Contelorii objecta alio libro respondit, qui extat Ms. in Bibliotheca S. Gregorii M. tali titulo

6 *Alcuni punti proposti da D. Fortunato Olmo Abbate Casinense da considerarsi sopra il venire occulto a Venezia di Alessandro III. del* 1177., *e della Vittoria de' Veneti, scritti da lui dopo uscito il libro del Contelori contro il suo, della venuta &c.*

7 *Historiam Cœnobii D. Georgii M. Ven., ubi pariter de Unione Congr.* S. *Justinæ agitur*. Opus uti accepi, pulcherrimum, scriptum utràque linguà, Latinà scilicet, ac Italicà, ineditum tamen, nec absolutum, extans ibidem, ut testatur Jo. Mabillonius Itin. Ital. tom. 1. pag. 34. Ubi etiam hæc alia ejus opera Mss. vidi an. 1718. sign. n. 343.

8 *Origine delle Famiglie Erizzo, e Sagredo*. 9. *Chronicon Patriarcharum Aquilejensium* tom. 1. in fol. 10. *Vitæ SS. Cosmi Eremitæ, & Pauli M.* ut supra retulimus. 11. *Vita S. Memi Nobilis Veneti, & memoriæ variæ de eadem Familia*. 12. *Historia Veneta unacum historia S. Georgii M.* tom. 2. in fol. 13. *Donatio Insulæ S. Georgii M. B. Joanni Mauroceno facta*. 14. *Translatio Corporis S. Stephani Protomartyris* tom. 1. in fol Ms., & alia opuscula Mss.

Mediolani autem in Bibliothecà Ambrosianà vidi multis ab hinc annis Fortunati Ulmi Codicem duplicem signatum f. 5. 410. primum cum hoc titulo

15. *Borromæorum, seu Vitalianorum Stemma Sanctum, Regium quoque esse*; alterum sic prænotatum. 16. *Vitalianorum Stemmatis scrutandi Judicium, ad Cardinalem Archiepiscopum Borromæum*.

Borromæos nobilissimos quidē, Sed e S. Miniato in Etrur. oriūd. aliqui autumant; quod ipsi doctiss. etiam Ludovicus Ant. Muratorius in suis primis Anecdotis asserit.

Cæterum Ulmus allegatur persæpe a Jo. Baptista Maro in Annot. ad librum Petri, & Placidi Diaconorum de Viris Ill. Casin. Agit quoque de eo Lud. Jac. a S. Carolo in Bibl. Pontif. l. 2. pag. 208.

FRANCISCUS BARRIONOVUS, natione Siculus nè, an Appulus, mihi incompertum; nam utrumque ex mox dicendis videtur conjici posse. Poeta non vulgaris, & admodum pius scripsit plura versu Italico, quæ dum Siciliam incoleret, in Monasterio S. Martini de Scalis, dicavit Angelo Gryllo per id

tem

temporis Abbati S. Nicolai de Arenis Catan. Civitatis, & totius Congr. Præsidi Generali die prima Januarii 1616. Sunt autem hæc.

1 *Li sette Salmi Penitenziali di Davide*. 2. *Le Lagrime di Maria Vergine*. 3. *Il Trionfo di S. Benedetto*. 4. *Varj Sonetti, e Madrigali Spirituali*. 5. *Parafrasi sul pianto di Maria Vergine, Stabat Mater &c.* extant Mss. in Monasterio S. Michaelis Arcangeli Montis Caveosi in Appulia.

Invenitur quidem in nostris Regestis inter Professos S. Martini de Scalis in Sicilia D. Franciscus a Panormo an. 1605. die 6. Novemb; Et inter Professos Montis Caveosi D. Franciscus a Bario anno 1609., die 9. Julii; sed uter istorum sit Barrionovus indubiè affirmare non ausim, quamvis in Appulum sim propensior, quia dum *in Sicilia moraretur* sua carmina composuisse dicitur, quæ verba Advenam potius eum, quam Indigenam innuere videntur.

FRANCISCUS ROTA nobilis Venetus Monasterii SS. Felicis, & Fortunati in Urbe Vicentiâ Alumnus effectus anno 1710. die 5. Octobris. Florentiæ in S. Mariæ Cœnobio plures annos Philosophiam, ac Theologiam, simulque Geometriam docuit, pro qua scientiâ tradendâ orationem Isagogicam ibidem habuit, quam sub hoc titulo publici juris fecit.

1 *Oratio de Geometriæ utilitate ad scientias acquirendas, habita Florentiæ in Abbatia S. Mariæ Patrum Congr. Casin., à P. D. Francisco Rota Veneto Monacho Casin. ibidem Geometriæ, & Philosophiæ Professore*. Florentiæ 1720. typis Regiæ Celsitudinis, apud Jo. Cajetanum Tartinium, & Sanctem Franchium. Item scripsit

2 *Epistolam ad Franciscum Gabburrium Florentinum Equitem D. Stephani*, in qua evidentissimè contra Nizzolinum demonstrat, in venditionibus, & emptionibus læsionem sumendam esse à proportione Geometricà, non verò Aritimeticà, sicuti jam prius demonstratum fuerat a Galileo, & Benedicto Castello; impressam Florentiæ in fol., unàcum aliis eruditiss. Virorum de eadem re Consultationibus anno 1721., Typis Reg. Celsitudinis apud Tartinium, & Franchium; Authores Ephemer. Literat. Ital. Venetiis impress. an. 1723., tom. 24. pag. 376., & seq. art. 10. Francisci Rota honorificam mentionem faciunt his verbis „ Per le „ medesime stampe de' Tartini, e Franchi in Firenze l' anno 1721. si è publicata in „ foglio di pagg. 28. una raccolta di varie Scritture, che versano intorno a un pun„ to matematico-legale, *se in caso di pretesa lesione fra Venditore, e Compratore deb„ basi attendere alla proporzion Geometrica, o all' Aritmetica*, vale a dire se stimar „ si debba il danno secondo la serie de numeri progredienti con eccessi uguali. Il „ Signor Giuseppe Averani, il P. Abbate D. Guido Grandi, i Signori Pascasio „ Giannetti, Eustachio Manfredi, e Benedetto Bresciani, & i Padri D. Celestino „ Rolli, e *D. Francesco Rota* Uomini tutti nelle Matematiche versatissimi hanno „ dato il loro voto a favore della proposizione Geometrica, contro l' Aritme„ tica „ Anno autem 1725. Venetias migravit, ut easdem facultates in Cœnobio S. Georgii Majoris doceret.

FRANCISCUS SERRACINI a Rumiliaco Sabaudus Monasterii S. Mariæ Talueriarum in eadem Provinciâ nostræ Congr. adnexi Professus evasit anno 1689. die 29. Januarii, cujus etiam Cœnobii postmodum Abbas fuit. Vir sanè egregius, optimisque literis apprimè imbutus, præsertim in Sacris Canonibus plurimum versatus, ut ostendit liber, quem scripsit

Pro defensione Jurium Monasterii sui, Sacrorum Canonum doctrinâ firmissimè munitus, & undiquè vallatus, impressus... anno... Obiit an. 1723. Mense Martio.

FRANCISCUS MARIA RICCI Romanus in Cœnobio Sanctę M. de Florentiâ Monastici instituti rudimenta posuit die 1. Nov. an. 1716. ætatis suæ 18., nomine tamen, ac jure Monasterii S. Pauli de Urbe, cujus inter Professos, & Alumnos

nos adnumeratur. Tyrocinio expleto, Romam regressus anno 1717. sub Magisterio Bonaventuræ Finardi, nunc Præsidis, Leandri de Porzia, nunc Cardinalis, quo Abbate creato anno 1719. Fortunati Tamburini, qui eius locum implevit, Auditor Sac. Theologiæ, sacrisque Canonibus insigni profectu operam dedit. Mantuam deinde missus an. 1720., ibidem aliquandiu Philosophiam docuit. Anno vero 1723. Mutinam, mox Brixiam accersitus, a Fortunato Mauroceno Ordinis nostri claræ memoriæ Episc. Sacrorum Canonum Catedræ eâ occasione a se erectæ in Brixiano Seminario præficitur, pingui attributo emolumento, quam Emo Cardinali Quirino, nostræ item Congr. qui Mauroceno successit, annuente, magnâ nominis celebritate, etiamnum moderatur. Adscriptus est Academiæ Arcadum Romanorum sub nomine Zitalcis Melenidij; Brixiæ quoque non solum inter Academicos Errantes admissus fuit, sed ejusdem etiam celeberrimæ Academiæ *Censor Electus*, & confirmatus, Latinâ, Etruscâque lingua, metro, ac prosâ plura composuit, cujus idcirco lucubrationes, quas hactenus protulit, dignas, quæ hic recenseantur existimo, sunt autem hæ

1 *Ex Historiâ Juris Pontificij*, atque ex primo Libro Decretalium Gregorij Papæ IX. Selectæ Positiones sub *Fortunati Mauroceni* Episcopi Brixiensis auspicijs, disputatæ: Brixiæ An. Jubilæi 1725. Typis Jacobi Turlini in 6. 2. Ex Libris Decretalium Gregorij Papæ IX. secundo, & tertio Selectæ Positiones coram eodem Antistite disputatæ Brixiæ an. 1726. typis ejusdem Turlini. 3. Ex Libris Decretalium Gregorij Papæ IX. quarto, & quinto, Selectæ Positiones coram eodem Præsule disputatę. Brixiæ an. 1727. typis ejusdem Turlini. 4. Ex Titulis quinque Librorum Decretalium Gregorij Papæ IX. Excerptæ Positiones sub Auspicijs Angeli M. Cardinalis Quirini Brixiæ Episcopi disputatæ &c. Brixiæ an. 1728. typis ejusdem Turlini; Quæ Positionum opuscula tum Brixiæ, tum alibi maximo plausu fuerunt excepta, & quæsita, eorumque exemplaria omnia, ita distracta, quamvis paulo post magno pretio venirent; ut eorum nullum apud Bibliopolas modo inveniatur. De illorum præstantiâ egregium habemus testimonium Epistolare Cl. Viri Martini Angeli Guerrini Canonici Bergomen: doctrinâ, ac eruditione celeberrimi, quod cum ad manus meas pervenerit, optimum factu censeo illud integrum Lectoribus hic exhibere.

Molto Rendo Padre Sig., e Prone Colmo

„ In aggionta delle tante grazie ricevute dalla P. Sua M. Renda, mi è giunta pretiosissima la bella fatica Canonica dogmatica del suo P. Canonista del Seminario
„ di Brescia, per grazia del Rmo P. Suo Fratello, e Prone mio veneratissimo. L' ho di-
„ vorata in una notte, tutto che degna della luce del Sole. Leva in pochi fogli il
„ pregio alla Biblioteca Canonica di Parigi 1661. & alle tanto nominate Prenozio-
„ ni Canoniche di Gio: Doviat, mentre in piccolo libretto sfiora tutte le Cronologie
„ de Collettori, & erudisce con istorica metodo a ben sciogliere le Antinomie, che
„ nella Sacra facoltà nascono per l' oscurità de tempi, che diedero origine a Decre-
„ ti. L' invenzione è nuova, e facilmente capibile da felici auditori di si chiaro Let-
„ tore, e sarà fruttuosissima non solo per l' ordinaria Canonica, ma ancora per la
„ Teologia Scolastica, e per l' Etica Morale. Me ne congratulo con tutto l'
„ Ordine sempre Illmo Casinense, e con il Rmo Prelato Fratello degnissimo di V.
„ P M. Renda, a cui la supplico portare i miei ossequij, e rendo grazie riverentis-
„ sime a quel degnissimo Autore, aneo si ben elegante in materia scabrosa, e ne
„ professo intima obligazione a V. P. M. Renda, di cui sono Servit. Dvmo Obligmo
„ Martin' Antonio Guerrini Can. Et in alia brevi Epistola ad Comitem Franciscum
„ Belgradum, de ijsdem opusculis sic loquitur.

Biglietto del Signor Canonico Guerrini

Ren-

Rendo numerosissime grazie all' Illmo Sig. Conte Belgradi mio Prone riveritissimo della consegna fattami delle Positioni Canoniche del 2. & 3. de Decretali compilate dal dottissimo P. Don Francesco M. Ricci Cassinense Lettore in Seminario di Brescia. Supplico la sua generosità rispondere con li miei obligmi ringratiamenti a chi ha mandato detto carissimo libro. Non puo leggersi nello studio Canonico cosa più bene epitomata senza superfluità, e senza deficienza alcuna, mentre si bene connette le sopravenute Constitutioni a testi antichi de Concilij, e vecchi Canoni, e chi lo studia può arrogarsi quel vanto della Sapienza, *in brevi explevit tempore multa*. Ipse vero Comes Belgradus de ijs opusculis ita scribit.

M. Reñdo Sig. Sig. Prone Colmo

Mi vengono consegnate per ordine di V. S. tre copie delle Posizioni Canoniche del 2. e 3. lib. de Decretali, due ne ho fatto tenere a chi erano dirette, e la 3. copia servirà per me, giacchè V. S. con tanta generosità me la favorisce. Il Sig. Can. Guerrini appena veduto il libro l' ha subito letto intieramente, ed ha fatto alla di lei virtù quell' elogio, che leggerà steso nell' inchiuso foglio; Leggerò ancor io questo suo nuovo parto con quel piacere, ed attenzione, che merita; e se da quel poco che sin ora ho letto può la debolezza del corto mio intendimento farne certo giudizio, veggo continuata nel secondo la purità dello stile, l' ordine delle Materie, e quella profonda, ed ammirabile cognizione de Canoni, de Concili, e de' PP. con cui è composto il primo. Quanto dunque è prezioso il dono, con cui V. S. s' è compiaciuta distinguere l' ossequiosa mia servitù, altrettanto io mi veggo, e confesso obbligato alla di lei generosità, che a tanti titoli d' obbligazione, che mi corrono con la di lei Padronanza, ha voluto aggiunger anche questo: Siccome però io non merito i suoi favori, così desidero che V. S. mi dia occasione di meritarli, e di attestarle la qualità del debito, della stima, e del rispetto, che le professo: Conoscerà dagli effetti la sincerità delle mie espressioni, e con tutto l' ossequio mi dico. Di V. S. M. Reñda Bergamo 1. Giugno 1726. Devotissimo Obbligmo Servitore V. Francesco Belgrado. Item ex Latino in Italicum sermonem primus omnium transtulit

5 *Le Constituzioni, e Dichiarazioni* de PP. della Congr. Casin. coll' aggiunta d' alcune Bolle Pontificie per buon governo della stessa Congr. de i Decreti del Sagro Concilio di Trento; e di altre Bolle appartenenti genlm. alla Riforma, e Clausura delle Monache di qualunque Ordine; con Indice copioso in fine; quod opus una cum regula SS. PP. Benedicti alias in Italicam linguam conversâ, prodiit Mantuæ ex Typogr. D. Benedicti per Albertum Pazzonum anno 1723. Ejus etiam leguntur

6 *Plura Epigrammata* tum Italica, tum Latina in varijs Collectionibus carminum diversis de causis adornatis; impressisque partim Brixiæ, partim Venetijs, quæ ne tædium forsitan hic Lectori creetur, in nostris Analectis singillatim indicabimus. Item in Italicum Sermonem vertit

7 *Anacreontem Poetam*, totidem cantiunculis Anacreonticis expressum. Et Idylium tertium Poetæ Ausonij, *Amor Cruci affixus* Rithmis Endecasyllabis explicavit, aliasque poeticas lucubrat. Latinas aliorum Poetarum, carminibus Italicis reddidit.

G


ABRIEL BREBBIA patriam habuit Mediolanum, ubi pariter apud S. Petrum in Glassitate Congregationis S. Justinæ Monachis (nondùm enim Casinense Archisterium eidem unitum fuerat, unde postea Casinensis fuit appellata) adscribi voluit anno 1479. die 28. Martii, nec ulla in re sibi defuit, ut Religiosi hominis partes expleret omnes; nam, & pietatem impensè coluit, & sacra studia egregio labore est prosecutus, excelluitque Græcis non minus, quam Latinis literis, suamque animi, ingeniique præstantiam Posteritati abunde commendavit, sapienter concinnando

Breve Commentarium in Psalmos, & in fine cujusque Psalmi pias aliquot Orationes, anno Domini 1490. *lib. in* 4. qui typis, ut vulgo dicitur, Gothicis consignatus, asservatur in Bibl. S. Justinæ Patavinæ.

Ejus memoria apud plures Authores cum laude viget; nam præter Arn. Wionem lign. Vit. l. 2. cap. 68. pag. 418. de eo agentem, Sixtus quoque Senen. Bibliothecæ Sanctæ pag. 238. hæc de eo habet „ scripsit ad Gregorium Mediolanen-„ sem Monachum S. Petri in Gessate, Commentariolum, seu potius Epitomem „ Annotationum, quas juxta literam ex Hieronymo, & Lyrano collegit, adjectis „ ad calcem cujusque Psalmi piis ad Deum precationibus, sententiæ, & scopo sin-„ gulorum Psalmorum, quibus præponuntur, accommodatis„ Ant. Poss. in Appar. Sacr. tom. 1. pag. 521. edit. Ven. 1606., idem quod Sixtus Senensis, paucis immutatis verbis, dicit, Phil. Piccin. in Athen. Liter. Mediolan. pag. 227. eum familiæ suæ, simulque Patriæ decus attulisse affirmat, ejusque lucubrationes prudentes, & sacras vocat, allegatque Paulum Morigiam *de Nobilitate Mediolanen.* lib. 3. cap. 28. dicentem, scripsisse eum Annot. in Psalmos, pietatis affectum spirantes. Hieronymus de Potentia in hist. Monastica, quæ Ms. extat in Bibliot. S. Justinæ Patavinæ, plura de eo habet.

GABRIEL CASTAGNONUS Neapoli in Campania natus, Archicœnobii Casinensis Monachus effici voluit anno 1626. die 2. Julii, enituitque S. Theologiæ scientià, & verbi Dei percelebri prædicatione circa annum 1648. scripsit

1 *Sacras Conciones*, quæ impressæ quidem fuerunt, sed impressionis locus mehucusque latet.

2 *Orazione nella solennità di S. Marco Protettore della Seren. Republica di Venezia coll' occasione del Capitolo Generale de' Padri Casinensi celebrato in S. Giorgio Maggiore l' anno* 1641. *al Seren. Prencipe Francesco Erizzo Doge di Venezia. In Venezia appresso Gio: Pietro Pinelli Stampatore Ducale anno* 1643. *in* 4. Hanc orationem ego vidi *in* 3. *tomo variarum Orationum* collectarum ab eruditiss. Equite *Prospero Mandosio* Romanæ Bibl. Autore *Opusculo* 33.

De eo agit Julius Ambrosius Lucenti in Italia Sac. restricta, aucta &c. pag. 1052.

GABRIEL GARBARINUS Genuensis Monachus, & postea Abbas Sancti Nicolai de Buschetto, quod Cœnobium est non longè ab Urbe Genua, Floruit anno 1463., quo eodem anno scripsit

Vitam B. Nicolai de Prussia Magistri olim sui, cujus Corpus ibidem requiescit.

GABRIEL A' RUBIS, quod oppidum est in Appulia propè Andriam Civitatem, vulgo Ruvo, familia de Raphaele, Monasticum institutum Professus in Cœnobio S. Michaelis Archangeli Montis Caveosi anno 1662. die 10. Februarii; fuit

uit Concionator insignis, præteritoque sæculo admodum celebris, Parmæ præcipuè, ac Mutinæ, ubi sæpè Oratorias lucubrationes prosâ, ac metrô cum plausu recitavit. Ejus ego Papiæ in Monasterio SS. Spiritus, & Galli vidi ann. 1709. apud P. D. Severinum de Hò a Papia ibidem Abbatem, mox Præsidem General.

Conciones Quadragesimales MSS., *& varias* (ut vocant) *Sylvas eruditionum* omnis generis.

GASPAR, Papiensis patriâ, in nuper memorato SS. Spiritus, & Galli Monasterio sub D. Benedicti vexillo Deo militare constituit anno 1449. die 1. Martii, floruitque tam scientiæ præstantia, quam sanctitatis fulgore. Creatus Abbas plura, atque insigniora Congr. Cœnobia piè, ac prudenter administravit, præsertim S. Justinæ Patavinæ annis octo, binô regimine, quo tempore majus Claustrum absoluit, Abbatumque ædes construxit, multaque alia ornamenta, interque ea, musica Organa per Ludovicum Saltesburgensem celebrem artificem perfecit, totam denique Congr., septiès Generalis Præses moderatus, ab ann. nimirum 1482. usque ad an. 1497.; undique Sacræ doctrinæ radios æque, ac virtutum odorem verbo, factoque diffudit; cum Abbas esset S. Justinæ composuit valdè utilem libellum, cui titulus

1 *Formula ad instituendos Novitios R. P. D. Gasparis de Papia ad instantiam D. Hieronymi Novariensis ejus discipuli* in 8. fol. 42., opusculum quidem brevi, sed candidà elocutione digestum, veræ pietatis documentis refertum, ac cœlestem prudentiam spirans: dividitur in tres partes, primæ argumentum est: *Quomodo Novitiorum Magister gerere se debeat cum eo, qui Religionem ingredi cupit*. Secundæ, *quomodò cum eo, qui jam ingressus est*. Tertiæ, *quomodò cum eo, qui jam professus est*. Extat etiam nùm Ms. in Bibl. S. Justinæ Patavinæ cod. chart. in 4., & passim in aliis Monasteriis nostræ Congr., Romæ quoquè, sed imperfectum in Bibl. Sapientiæ inter *Collectanea Constantini Cajetani* tomo prænotato *Variorum &c.* In præfatione Author, modo laudatum D. Hieronymum alloquens, humiliter dicit „ Rogasti me ut &c. communi fortassis deceptus errore, putans aliquid „ a me doctrinæ ad eos instruendos reperire, qui in Religione jam plures confeci an„ nos, & ab ipsa pueritia ad senectam usque perveni desidiosè transeundo &c. Insuper dictavit Gaspar Bernardo Parentino egregio Pictori

2 *Historias novi, ac veteris Testamenti, Hieroglyphica, Symbola, & Moralitates, etiam ex fabulis Veterum in Claustro S. Justinæ, quà meridiem spectat, pingendas*, quod sanè singularis ejus doctrinæ sacræ, profanæque insigne est monumentum.

De eo agit Jac. Cavaccius hist. S. Justinæ lib. 5. pag. 252. juxtà novissimam editionem Patavinam anni 1696.

„ Post biennium sufficitur Bernardo D. Gaspar Papiensis, è Monasterio S. Spiri„ tus, Vir quidem eximiæ Sanctitatis, & doctrinæ, cujus argumentum asserva„ mus libellum de educatione Novitiorum „ & cętera, quæ de eo supra retulimus.

GERVASIUS a Neapoli Monachus Casinensis recensetur a Nicolao Toppio in Bibl. Neap. pag. 345. inter eos Authores, qui carmina scripserunt in laudem Joannæ Castriotæ Carafæ Ducissæ Nuceriæ, ex narratione Scipionis *de Montibus*, qui illa collegit. In antiquis autem nostris Regestis, inter Alumnos S. Severini Neapolis invenitur D. Gervasius a Cilento Monasticam disciplinam ibidem amplexus anno 1582. die 18. Junii. Cum igitur temporis ratio haud discrepet, (nam Joanna Castriora flornit circà finem Sęculi XVI.) non temerè credere possumus, Gervasium hunc a Cilento Authorem esse Carminum in laudem ejusdem Castriotæ; Cum recepto jam more plures Monachi S. Severini, quamvis alibì nati, Neapolitani dicantur, nec Toppio in mentem venire poterat, ut veram ejus patriam investigaret; quod tamen dubiè potius, quam asseveranter dixerim.

GOMETIUS natione Lusitanus ortus est Ulyssipone Urbe Regiâ, insigni, ac nobilissimâ prosapiâ, ipsi Regum stirpi arctâ propinquitate conjunctâ. Adolescens Scientiarum amore flagrans, natali solo relicto, Patavium usque, cujus Academia celeberrima jampridem ubique terrarum erat, iter arripuit, ubi pari fervore literas, & pietatem dum excoleret, Templumque, ac Cœnobium S. Justinæ frequens inviseret, cum Ludovico Barbo eo tempore ibidem Abbate, ac Monasticæ disciplinæ Restitutore SS., amicitiam, familiaritatemque, eoque Duce veræ pietatis exercitamenta aliquandiù frequentavit; quæ dum magno spiritus conatu magis, magisque in dies prosequeretur, perspectâ ejusdem Abbatis, ac Sociorum Sanctimoniâ, ardenti cupidine sensim captus est, mundo, ac sæculo ibidem nuncium remittendi; Quod ubi facilè impetravit anno 1413. ipso Sacro Epiphaniæ Festo die, mirum dictu, quâ animi contentione, & alacritate rerum cœlestium contemplationi, sacrarum literarum studio, solitudinis, silentii, humilitatis, obedientiæ, mortificationis, aliarumque virtutum quotidiano usui operam dederit. Sanè is ejus fuit in omni spiritualis vitæ ratione profectus, ut brevi cunctis sodalibus perfectiorum operum norma, ac totius Religionis absolutissimum exemplar evaserit. Anno itaque 1415. cùm Ludovicus Florentiam aliquot comitatus Monachis venisset, inter quos Gometius aderat, rogatus à Nicolao Guascono S. Mariæ Abbate Commendatario, qui eò Barbum acciverat, eumdem Gometium, unàque Monachos quinque illic reliquit, ut sicut idem Commendatarius expetebat, ea omnia, quæ ad divinum cultum, & Cœnobii utilitatem pertinerent, quamprimum restitueret, atque dirigeret. Gometius igitur Prior a Ludovico Barbo constitutus, quò magis omnia reformatione indigere intelligebat, (omnia enim tùm spiritualia, tùm temporalia pessum ierant) eò majori diligentiâ, ac solertiâ pristinam Regulæ observantiam reparare aggressus, exiguo quidem tempore Cœnobium, & Ecclesiam ex Spelunca, ut videbatur, latronum, in Domum Dei, Angelorumque habitaculum strenuè convertit, ipseque Nicolaus, qui olim Lupus rapax, omniumque vitiorum assecla fuerat, Dei tandem timore correptus, & Gometii, Sociorumque sanctâ conversatione vehementer commotus, Sæculo, ac vitiis valedicens, Monasticum cucullum ex ipsius Gometii manibus solemni pompâ recipere voluit; quo indutus, novum pariter hominem induisse visus est, nam illicò ejusdem Abbatiæ regimine, ac titulo ipsi Gometio relicto, patriæque, ac propinquis terga vertens, Patavium in D. Justinæ Cœnobium se contulit, ubi sanctiori vitæ, dum propensius vacaret, non ità multò post lethali morbo invasus, piissimè, nec sine omnium spirituali ædificatione, diem clausit extremum. At Gometius Florentinæ Abbatiæ liberâ administratione susceptâ, eamdem annis duobus suprà viginti mirabili prudentiâ, charitate, ac discretione rexit. Nec explicari facilè potest totius Florentinæ Civitatis lætitia, & gaudium, ob Monasticum institutum in antiquum splendorem, ac sanctitatem reparatum; quamobrem prænarrati temporis spatio, centum propemodum, ac triginta juvenes nobilitate, ac virtute spectabiles optimis Gometii, Sociorumque exemplis allecti in habitus, ac vitæ communionem adscripti numerantur, inter quos Nobiles aliquot Lusitani, qui Gometii famâ permoti Florentiam usque eum invisuri migrarunt, quibus ille tamquam columna ignis, omnium virtutum fulgore, magis quàm verbis prælucebat. Sicut autem in Monachos, quos tamquam filios paterni amoris visceribus complectebatur, mitis semper, ac pius, ità in pauperes, ac egenos, quorum advocatum, ac patronum perpetuò egit, misericors, ac liberalis, eos tamquam ipsum Dominum suscipiebat, ac fovebat, copiosisque, & perquam abundantibus eleemosynis recreabat, honestiores præsertim Cives, mendicare erubescentes. Peregrinos autem

prę-

G

præcipuè Sacerd: pedibus eorum propriis manibus ablutis, ad mensam juxtà præscript: Regulæ frequenter adhibebat, nec exiguâ pecuniâ pro uniuscujusque statu in discessu donabat. Plures puellas, more divini illius Nicolai, dote attributâ, in matrim. collocandas curavit; plures etiam è carceribus, * ære alieno, quo tenebantur, persoluto, haud semel eduxit. Mulieres quasdam Deo devotas, quæ Duce Appollonia D. Catharinæ Senensis olim Sociâ, ab anno 1396. in humili quadam domuncula suprà pontem *Rubaconte* dictum constructâ, suprà nempè quintam Parastatam sese incluserant, animadverso haud levi earum periculo, tum corporali ob Arni alluviones, tum spirituali ob domus angustiam, ac depressionem, Eugenii IV. authoritate, quem ille hac de re certiorem fecerat, solemni pompâ in tutiorem, & commodiorem Urbis locum transtulit anno 1434., erecto ad id Monasterio sub regula D. Benedicti ex eleemosynis partim ab ipso Gometio, partim a Nobilibus Florentinis erogatis, quod brevi in celeberrimum Sacrarum Virginum Parthenona evadens, sanctitate, ac Regulari observantià diù floruit, retinetque adhuc in præsens cum disciplinæ rigore, etiam *Muratarum* nomen, indè profectò acquisitum, quod undique clausæ, & januâ ipsâ muro obstructâ, nullum cum sæcularibus Personis colloquium haberent, Deo tantummodò in orationibus, sanctisque meditationibus vacantes. Itaque Gometius Muratarum in Urbe Florentina Fundator, ac Institutor dici meruit. Discretionis, ac dulcedinis in conversando spiritu plenus, omnium corda veluti magneticà vi in sui, imò Dei amorem rapiebat, atquè ad benè agendum impellebat, cum ejus verba divinum quid saperent, ac sonarent, quo odia omnia extinguebat, componebat dissidia, pacem, & Christianam charitatem omnibus infundebat. Quamobrem qui ejus amicitiam, & familiaritatem semel obtinuissent, eam amantissimè, & constanter colebant, & quidquid ille consuleret, haud cunctantèr implebant. Ità prorsus egerunt Americus Corsinus Florentinus Archiepiscopus, qui Gometium summoperè diligens, consilia omnia pro Ecclesiæ suæ administratione illi communicabat, & vicissim Gometius, quæ ad Abbatiæ suæ regimen pertinerent, Americo ingenuè aperiebat, ut in Domo Dei ambularent cum consensu, & ei servirent humero uno. Ità Joannes Andreas Balleonius Episcopus Perusinus, qui ob amorem, quo in Gometium ferebatur, insigne Monasterium S. Petri olim Cluniacensium ad mænia Suburbii ejusdem nominis, Monachis nostris tradidit, fuitque ejus primus Abbas ex nostrà Congr. Joannes de Primis Messanensis, ab Eugenio IV. posteà Cardinalis creatus. Ità Guido Gonzaga, qui Gometii hortatu magnum D. Benedicti Mantuani Cœnobium, cujus erat Commendatarius, Congr. nostræ univit. Ità Franciscus Mazzinghi D. Laurentii in Urbe Florentina Canonicus, qui Prioratus SS. Simonis, & Judæ a laudato Guascono jamdiù sibi collati plenũ jus in Gometiũ, & Florentinã Abbatiã perpetuò transtulit. Ità denique Hugo Abbas S. Bartholomæi ad radices Montis Fesulani, qui Gometio suadente, Abbatiæ suæ sponte cedens, eam Canonicis Regularibus Frigionariis * in in meliorem faciem restituendam commisit. Quid plura? Ipse Eugenius IV. qui jampridem doctrinâ, prudentià, probitate Gometii captus fuerat, ejus labores, ac merita perpendens, an. 1436. Prioratum *S. Mariæ Sepulchri*, vulgo dictum *le Campora*, extrà portam S. Petri Gattolini, mille circiter passus ab Urbe Florentinà, loco sublimi, ac saluberrimo, amænique prospectus, ad infirmorum Monachorum curam, ac solamen, ei dono dedit; adeò Gometius rem Cœnobii sui, imò totius Congr. suà virtute promovit, auxitque; Erat enim, atque ab omnibus habebatur, tamquam Prælatorum speculum, Religionis vexillum, cœlestium donorum Gazophilacium, & bonorum omnium ditissimum promptuarium; Quod Reipublicæ Florentinæ Proceres optimè exploratum habentes, Consultorem,

* Dalle Stinche.

* Vel Frisonariis, nomen loci est in ditione Lucensium vulgo Frisonaia ubi Bartholom. Columna circa anno 1396. Canonicam disciplinam sub Regula D. Augustini primus restituit.

rem, Theologum, Consiliarium, ac insuper Depositarium selectiorum Scripturarum, aliarumque pretiosarum rerum eum constituerunt, scrutiniis, & consultationibus publicis, privatisque illum adhibentes,& tamquam oraculum consulentes. Itaquæ anno 1424. ab eadem Republicâ Florentinâ missus fuit unà cum Ambrosio Camaldulensi, Legatus, & Orator ad prælaudatum Eugenium IV., qui Romà aufugiens Pisas pervenerat, ut eum Florentiam deducerent, ubi consistens Pontifex, Gometi um omnium Cœnobiorum Florentinæ Urbis utriusque sexus, præcipuè sub Regula D. Patris Benedicti militantium, Visitatorem, ac Reformat. deputavit, quam provinciam Gometius naviter, feliciterque adimplevit, ubique abusus extirpans, regularem disciplinam, probatamque vivendi rationem strenuè redintegrans. Prior deindè, & Generalis Camandulensium Eremitarum ab eodem Pontifice creatus, in locum videlicet supra memorati Ambrosii, qui paulo ante vita functus fuerat, ad Sacram Eremum pergens annos ferè duos mirabili Sanctitate regimen illud tenuit, quod deindè spontè dimittens, ad Florentinam Abbatiam administrandam, aliaque Florentiæ Cœnobia penitus reformanda rediit: Quo verò tempore Concilium Florentinum celebratur, Gometius magnificè, ac liberaliter plures Episcopos, & Abbates hospitatus est, eidemque Concilio interfuit, ac subscripsit his verbis *Ego Gometius Abbas Florentinus me subscripsi*. Nec omiserim aliud in proximos charitatis ejus nobile specimen, Oleum * scilicet, seù balsamum illud pretiosissimum, ac ubique celeberrimum contrà vermes, qui in humanis, præsertìm puerorum visceribus gignuntur, eisque aliquando mortem afferunt, aliosque graviores morbos efficacissimum, quod usque in præsens in Florentina Abbatia haud parvo impendio componitur, & pauperibus distribuitur, ejus operà, ac sapientià primò adinventum, cunctisque largiter datum. Sed jam virtutum ejus famà longè, lateque diffusà, ad ipsam Lusitaniæ Regiam, Regemque Eduardum pervasit, qui non solum Regni sui graviora negotia apud toties celebratum Pontificem Eugenium IV. Gometio commendavit, sed etiam Petro Conimbriæ Duci, qui proximo gradu consanguinitatis Gometium attingebat, præcepit, ut Legatos nomine suo ad eumdem Eugenium dirigeret, suppliciter per eosdem rogans, ut Gometium ad reformanda Regni sui Monasteria mittere dignaretur, quem Eugenius, ægrè licet tanto viro carere sustinec, optimo tamen Regi gratificaturus, concessit, additoque honoris, majorisque authoritatis gratià, Nuncii sui apud ipsum Regem titulo, eum in Lusitaniam legavit, datis ad Eduardum perhonorificis literis, quarum tale erat initium „ Literis tuis fili Charissime, quas dudum „ cum aliis nonnullis accepimus, nos requiris, ut dilecto filio Gometio Abbati „ S. Mariæ Florentinæ, apud Celsitudinem tuam Nuncio nostro, visitandi, & „ reformandi Ecclesias, & loca Ecclesiastica in Regno tuo facultatem tribuere velimus &c. Dat. Bononiæ anno 1436. 13. Kal. Julii Pontificatus anno 16.„ Gometius itaque Pontificiæ, ac Regiæ voluntati humiliter morem gerens una cum Lusitanis Oratoribus, totius Urbis Florentinæ, imò totius Etruriæ mœrore, ac lacrymis comitatus, alacris itineri se committens, secundis ventis Conimbriam pervenit, ab eodemque Rege, & Petro Duce, cæterisque Magnatibus, ac populis summo plausu, & amore exceptus, Prioratum S. Crucis Canonicorum Regularium, in cujus Ecclesia Corpora Sanctorum Martyrum Fratrum Minorum, qui Marocchii passi fuerant, requiescunt, a Regia munificentia suscepit, cujus Regis, ac Petri Ducis, multòque magis divinæ gratiæ auxilio fretus, ab ipso Prioratu reformationem auspicatus, illam in toto Regno feliciter perfecit, absoluitque mirabili prudentià, ac invictà constantià, non respiciens personam hominum, neque unquam, quæ sua esse poterant, quærens, sed quæ Jesu Christi, impro-

* Oglio da Bachi della Badia di Firenze.

G

improbos in spiritus fervore corripiens, pios, ac regularis perfectionis cupidos peramantèr complectens, & adjuvans, omnes ad veræ virtutis, Deique amorem excitans, & provocans, ipse ab omnibus vicissim veluti Sanctitatis exemplar, & bene vivendi forma, ac speculum acclamatus; ibique tandem anno 1442. in cinere, & cilicio, magnâ cordis contritione, Crucifixum in manibus tenens, sanctissimè obiit, in eodem Prioratu sepultus: Quod verò ad tanti viri lucubrationes pertinent, in Tabulario Abbatiæ Florentinæ tom. 23. Mss. ejus extant

1 *Literæ ad Eduardum Regem Lusitaniæ* fol. 121. 2. *Ad Ferdinandum Infantem Lusitaniæ* fol. 124. 3. *Ad diversos Monachos*, sunt numero 13. a pag. 126. usque ad pag. 134. 4. *Protestatio Gometii contrà Bartholomæum Dominici* fol. 526. 5. *Literæ diversorum ad Gometium*, inter quas, *Instructiones Regis Lusitaniæ ad Gometium pro agendis cum Pontifice* fol. 204. 208. 220. *Literæ Archiepiscopi Florentini ad Gometium* fol. 378. 485. 493. 495. *Literæ Regis Lusitaniæ*, *Reginæ Lusitaniæ*, *Infantis Lusitaniæ*, *Magnatum Lusitaniæ*, *Ludovici Barbo ad Gometium*.

Tomo 29. extant *Literæ diversorum Lusitaniæ ad Gometium* a pag. 25. usque ad pag. 384. *Literæ diversorum ad Gometium* a pag. 7. usque ad pag. 387. inter eas *Regis*, *& Reginæ Lusitaniæ*, *Episcopi Ferrariensis &c.*

Tomo 30. extant 6. *Gometii Abbatis Capitula pro reformatione Monasterii S. Domnini* pag. 31. & sequen.

Hæc omnia vidi Florentiæ anno 1724. mense Junio, quo ob gravia quædam Monasterii Senensis negotia me contuleram; operæ quidem pretium fuisset ea omnia exscribere, ut in publicam lucem darentur, sed tempus, quod me perurgebat, minimè suffecit: aliquis forsitan id præstabit.

Vitam ejus Latinè scripsit Thomas Salvetus Florentinus, Legum Doctor Gometii Synchronus, ejusdemque Florentini Monasterii Advocatus anno 1442. quæ extat Ms. in Cod. pergameno in 4. inter Cod. Bibl. Abbatiæ Florent. Mss. pluteo 1. Mss. Latinorum PP., divisione prima, optimo charactere exarata. Scripsit etiam eam Ital. Plac. Pucc., vulgavitque Mediolani an. 1645. in 4., ubi plures de eo agentes allegat, Constant. nempè Cajet., Fortunatum Scholam, & varia Archivorum monumenta. De eo etiam Arn. Wion Lign. Vit. l. 1. c. 20. in Elencho Priorum Generalium Perpetuorum totius Ordinis Sac. Eremi Camald. pag. 39. Petrus Ricord. Hist. Monasticæ Dial. 3. pag. 322. a tergo, & seq. Jac. Cavacc. Hist. S. Just. Lib. 5. pag. 212. edit. Patav. 1696., ubi eum præcipuæ nobilitatis, Sanctitatis, & eruditionis Virum appellat. Denique laudatus Pucc., etiam in Chron. Abbatiæ Florentinæ pag.... alibique & nos quoque iterum infra in Catalogo Reformatorum &c. & Viror. Sanctitate Illustrium.

GREGORIUS BORNATUS valdè Juvenis Monasticum indumentum suscepit anno 1558. 12. Martii in Cœnobio S. Euphemiæ Urbis Brixiæ, ubi nobili genere ortus fuerat. In Scientiarum Sacrarum studio eos progressus fecit, ut singularis doctrinæ, & reconditæ eruditionis famam adeptus fuerit, cujus etiam testimonium est opus ab illo editum

De libero hominis Arbitrio libris tribus distinctum, impress. Brixiæ anno 1571. in 8. apud Jac. Britannicum. De eo Leon. Cozz. par. 1. Bibl. Brixian pag. 144. 2. editionis anni 1694. Brixiæ apud Ricciardum.

GREGORIUS nobili CORTESIA familiâ Mutinæ ortus, Monasterii Mantuani virili prorsùs ætate Sodalitium obtinuit anno 1508., die 26. Martii. Ab ineunte ætate, omnibus liberalibus disciplinis egregiam operam dedit, Severo Varino Placentino Cisterciensi Monacho raræ, & exquisitæ eruditionis Viro præceptore usus. Præter Philosophiæ, ac Theologiæ intima arcana, triumque linguarum Latinæ, Græcæ, & Etruscæ absolutissimam notitiam, Sacrarum quoque literarum,

ac omni-

ac omnigenæ eruditionis ditissimam copiam est assequutus, quam Juris Utriusque laurea, & poeticæ artis flores plurimum augebant. Quamobrem Cardinalis Medicæus, qui postea Leo X. fuit, cognitâ ejus doctrinâ, morumque integritate, Causarum Auditorem, ut vocant, eum sibi delegit. At in Congr. nostra aliquot exactis annis, Abbatis infulis decoratus, S. Petri Perusini Cœnobium, deinde S. Benedicti Mantuani, varia deinde Monasteria sapienter admodum gubernavit; sed Doctrinæ, Prudentiæ, Probitatis, cæterarumque ejus virtutum famâ longè, latèque pervadente, cùm S. Georgii Majoris Venetiarum Abbas esset, a Paulo III. acerrimi Judicii Pontifice, Romam est accersitus, ut una cum aliis doctissimis, & integerrimis Viris, quæ ad Dei Gloriam, & Ecclesiæ reformationem magis conducere viderentur, sibi proponeret, & optimis consiliis adesset, in arduis illis Catholicæ Ecclesiæ anfractibus, ut refert Antonius Caracciolus Clericus Regularis in vita * Ms. Pauli IV., qui tunc Cardinalis Carafa vocabatur. Ejusdem Cardinalis Carafa operâ haud ità multò post ab eodem Paulo III. Cortesius Visitator Apostolicus per totam Italiam constitutus fuit, indeque in Germaniam missus, eos inter Theologos * Thomæ Campesio Apostolico Nuncio comites datos, qui rebus fidei consulerent, & Ecclesiasticæ disciplinæ, solemnique colloquio Wormatiensi a Catholicis, & Hæterodoxis celebrando, præsentes essent, anno 1540. In ea regione gravissimis laboribus pro Religione perfunctus, cum in Italiam rediisset, ac Monasterio S. Benedicti prope Mantuam adhuc præesset, ab eodem Paulo III. sacro Senatu miro consensu approbante, anno 1542. die ultim. Maii Pontif. sui octavo Cardinalis tituli S. Cyriaci in Thermis fuit renunciatus, creatusque Episcopus * Urbinas, (concesso quoquè privilegio ut purpureo uteretur amictu, quod etiam idem Paulus, Cardinali Philippo a * Camera Gallo pariterque Benedictino, antea indulserat, teste Jo: Baptista Maro in notis ad supplem. Placidi Romani de Viris Ill. Casinen. impress. Romæ anno 1655. pag. 135. ne colore differrent, qui dignitate sunt pares. In eo culmine annos sex omnino versatus, quo tempore nunquam carni, & sanguini ut acquiesceret, persuaderi potuit, (erat enim Vir integerrimus), ad Superos evolavit Romæ an. Domini 1548. 12. Kalendas Novembris, & in Basilica duodecim Apostolorum conditus fuit antè Altare S. Eugeniæ, cum paulò ante obitum piissimus Cardinalis memorabilia illa verba protulisset. „Ecce jam pluribus annis Cardinalis fuimus, „ quid autem nunc superest de hoc honore? quanto satius fuerat in Religione mori, „ ubi minùs erat animæ periculum„ quæ sanè verba ad eliminandam ambitionis pestem, utinam Regularium omnium imis cordibus infigerentur. Plures clarissimi, ac doctissimi Cardinalis lucubrationes temporum injuriâ, vel Majorum negligentia perierunt, haud parva equidem Reipublicæ Literariæ jacturà. Quæ verò supersunt hæc sunt

* Tom. 1. pag. 88.

* Fuerunt num. 4.

* Nondum enim Urbinum in Memetropolitanam Sedē erectum fuerat, quod tamē aliquanto post contigit idest anno 1563. sub Pio IV. Vghel. Ital. Sac. tom.

* Della Chambre.

1 *S. Petrum Apostolum Romæ fuisse ad Hadrianum Papam VI. lib.* 1. impress. postea Venetiis apud Franciscum Franciscium Senensem anno 1573. in 4.

2 *Epistolarum Familiarium Latinarum* l. 1. Venetiis apud eumdem eodem anno in 4. Uterque liber operà Hersiliæ Cortesiæ de Monte. cui Gregorius fuerat patruus, Gregorio XIII. ab ea dicatus, prodiit. Hæ autem Latinæ Epistolæ plurimi a doctis fieri, testis est Pet. Ricord. in hist. Monastica.

3 *Poemata* ad Imitationem Catulli, Venetiis ex Officina Aldi, simul cum opere *Sannazzarii de Partu Virginis*.

4 *Quamplurima Carmina in laudem D. Petri Apostoli*, quæ impressa reperiri autumat Plac. Rom. in supplem. de Viris Ill. Casin. c. 31.

5 *Carmen Sapphicum de Vita S. Honorati Archiepiscopi Arelatensis*, Incipit: *Undè resplendet jubar hoc coruscum?*

6. *Le-*

6 *Lirinensis Insulę, & Cœnobii laudes eodem Carmine*; Incipit *Parva sed felix meritis Lirina*. Utrumq. impreſſ. fere in principio Chronologiæ Lirinen. *Vincentii Barralis Salerna*. Lugd. 1614. ſed primum extat etiam Ms. Venetiis in Bibl. S. Georgii Majoris ſign. n. 326.

7 *In Deiparam Virginem Hymnus carmine Glyconio Pherecratio*, qui impreſſus fuit in 3. tomo Operum *Titi Prosperi Martinengii*. Eſt Carmen in Annunciationem Deiparæ, incipit: *Evam exuite Virgines*.

8 *Novum Teſtamentum Vulgatæ editionis correctum, & reſtitutum*. Impreſſum Venetiis apud Juntas, teſte Petro Ricordato, loco ſupra dicto.

9 *De Theologica Inſtitutione*. 10. *De Theologia & Philoſophia tractatus*. 11. *De Peccato originali Commentarium*. 12. *De Poteſtate Eccleſiaſtica tractatus*: Iſta, aliaque refert *Marus* loco ſupra allegato pag. 569.

13 *Hymnorum diverſo metro lib.* 1. impreſſ. teſte Antonio Teiſſerio, in Additionibus ad Elogia deſumpta ex libris Hiſtoriarum Jacobi Auguſti Thuani. 14. *De Direptione Urbis Genuenſis*; impreſſ. teſte eodem ibidem

15 *De Viris Ill. Ord. Monaſtici l.* 1. qui ſublatus fuit ex Bibl. S. Benedicti de Mantua, in qua viridi panno, vel corio coopertus aſſervabatur, ut refert Wion Lign. Vitæ l. 2. c. 9. pag. 216. Hic etiam impreſſus teſte eodem Teiſſerio. Tranſtulit quoque ex Græco in Latinum ſermonem 16. *S. Baſilium de Virginitate*, impreſſum teſte eodem.

Ipſi etiam inſignes illos 4. *libros in Magiſtrum Sententiarum* aliqui attribuerunt, ut Oldoi. in Athe. Rom. pag. 287. Torrigius lib. de ſcriptor. S. R. E. Cardinal. Natalis Alexander hiſt. Eccleſ. Sæculi 15. & 16. cap. 5. art. 2. n. 25. ubi de eo agit, Graveſon Hiſt. Eccleſiaſticæ tom. 7. colloq. 5. pag. 429. aliique; ſed non rectè (inquit Marus loco eodem pag. 136.) nam eorum verus Author fuit *Paulus Corteſius Protonotarius Apoſtolicus*.

Innumeri autem ſcriptores Corteſium noſtrum ſummis laudibus extollunt. Præcipui ſunt Arn. Wion loco ſupra citato, qui Gregorium vocat Virum doctiſſ. & tam Græcè, quam Latinè peritiſſ.; & eodem lib. 2. cap. 61. pag. 393. in præfatione, ubi eum, apertè, acutè, & nitidè dicere affirmat. Plac. Rom. in Supplem. ad Petri Diaconi librum de Viris Ill. Caſinen. cap. 31. Jo. Baptiſta Marus in Annot. ad eumdem Placidum pagina ſuprà citata, ubi verba Pauli III., quando Corteſium in cętum Cardinalium adlegit, in medium profert, „ *Hodie in his Sacris jejuniis,* „ *atque in Conſiſtorio noſtro ſecreto, inducti ſingulari tua Probitate, Religione, Inte-* „ *gritate, ac Doctrinâ, Te S. R. E. Cardinalem creavimus: firmiter ſperantes, quod* „ *his difficillimis temporibus tuâ operâ, & conſilio nobis, & ornamento futurus ſis, &* „ *adjumento*: Supralaudatus Antonius Caracciolus pag. 93. „ Furono dunque con- „ gregati in Roma i già detti di ſopra ſceltiſſimi Prelati, cioè il Contareno, il Ve- „ ſcovo Theatino, il Polo, il Sadoleto, il Fregoſo, l' Aleandro, il Giberto, il „ *Corteſe*, il Badia, quali dall' anno 1536. ſino all' anno 1538. faticarono in lavo- „ rare una Scrittura, che poi la preſentorono al Papa, e la chiamarono *Conſilium* „ *de emendanda Eccleſia*; Fù tale queſta Scrittura, che a giudicio d' Huomini gran- „ diſſimi, ſarebbe ſtata baſtante per riformare tutta la Criſtianità, data alle „ ſtampe in Roma per Antonio Blado Stampatore Camerale, e ancora trà i Conci- „ lii primæ editionis Germanicæ.... porrò ſolo qui i capi, da' quali ſi può ſcorgere, „ quanto gran zelo, prudenza, e prattica delle coſe Eccleſiaſtiche hebbero quei „ grand' Huomini „ Idem ferè habet Ignatius Hyacinthus Amat de Graveſon hiſt. Eccleſ. tom. 7. Romæ impreſſ. 1721. colloq. 2. pag. 123. & ſeq. ubi poſt rei narrationem „ Hæc reformationis Capitula, inquit, ſeù ſelectorum Cardinalium, „ & Prælatorum ad Paulum III. monita, fuerunt Antuerpiæ edita an. 1539. & Pa-

„ risiis anno 1612., eaque integra Petrus Crabbe Ord. Min. in sua Conciliorum „ editione præposuit Synodo Tridentinæ, veluti ejus exordium „ Hæc Graveson, qui iterum eodem tom. 7. col. 5. pag. 429. demumque tom. 9. in Tabulis Chronol. pag. 453. ejusdem Cortesii inter Ecclesf. Scriptores, quos Ordo S. Benedicti Sæculo 16. Eccl. dedit, honorificè meminit, eumque Theol., ac V. I. peritiss. vocat, Petrus Ricord. hist. Monast. Dial. 4. pag. 459. ubi dicit eum a puero educatum fuisse Romæ, deindè omnibus scientiis ornatum, præcipuè Græcâ linguâ, Latinâ, Hetruscâque, quibus elegantissimé tum scribebat, tum loquebatur; maturi, & rari judicii, eminentis ingenii, & venustâ, gratâque facie.

* De quo supra lit. D.

Dionysius Faucherius Gallus, Lirinensis * Monachus variis, iisque eruditissimis ad eum datis Epistolis, quæ editæ sunt Lugduni anno 1613. in Chronol. Lirin. Vincentii Barralis Salerna, in quarum tertia sic eum affatur „ Undè ingen- „ tes ab omnibus Christianis Summo, ac Beatissimo Pontifici nostro debentur gra- „ tiæ, qui tales ad moderandos ventorum flatus, regendosque, sibi adjutores as- „ sumpserit, quorum in Dei rebus spectata fides, & doctrina cum Vitæ, ac Mo- „ rum integritate conjuncta reflantibus undique ventis possit obsistere „ hæc Dionysius, qui cum Mantuâ ad Lirinensem Insulam rediisset, invito, ac dissuadente Cortesio S. Benedicti Mantuani per id temporis Præposito, pulcherrimam Elegiã de reditu suo ad eamdem Insulam, Gregorio scripsit, cujus initium est,

Carmina nostra precor placido Pater accipe vultu,
Carmina, quæ tenuis nostra Camæna tulit &c.

Alphonsus Ciacconus editionis Romanæ ann. 1677. tom. 2. col. 683. & seqq. ad an. 1534. laudat Cortesium in primis a mira prudentia, qua muneribus omnibus in nostra Congr. fuit perfunctus: Crevisse autem eum asserit virtutum fama tùm apud Principes, cùm in primis apud Paulum ipsum III. Summum Pontificem, qui illum Cardinalem creatum, pro rebus ad Concilium spectantibus cum aliis Cardinalibus deputavit.

Novam autem dignitatem nihil candoris, probitatis, & antiquæ comitatis ei ademisse, sed omnibus gratum in Sacrarum literarum studiis innocenter, ac piè noctes, diesque transegisse; Cum doctissimis Viris per totam Europam familiaritatem habuisse, & frequens per Epistolas colloquium; a Bembo, & Saldoeto Cardinalibus celebratum ob ingenium propè divinum, atque excellentem doctrinam; ab aliis etiam Cardinalibus, ut a Joanne Mediceo, & Joanne Morono, aliisque doctrinâ illustribus Viris, Longolio videlicet, Theocrenio, Fregosio, Saulio, Pamphilo Saxo; Dionysio Faucherio, & Vitali Monachis, aliisque compluribus literas amoris, & optimæ de ejus virtute opinionis testes accepisse.

Henricus Spondanus in Annal. impress. Lugduni apud Anisson. an. 1678. tom. 2. pag. 511. n. xxx. ad ann. 1547. dicit Gregorium Cortesium, qui eo tempore doctrinâ, & pietate Sacrum Collegium illustravit, diversâ longè familiâ fuisse a Ferdinando Cortesio novi Orbis Domitore, quidquid aliqui oppositum senserint, grandi sanè hallucinatione, cum ille Medellini in Hispaniâ Betica, hic Mutinæ in Italiâ sit ortus; Quem Græcis, Latinisque literis excultissimum vocat, Juris quoquæ consultissimum.

* Pag. 195.

Supralaudatus * Jac. Augustus Thuanus in Elogiis ex suis Historiis desumptis, & in Gallicum Sermonem conversis à D. de Ryer, & à prædicto Antonio Teisser additionibus locupletatis impress. Ultrajecti anno 1696. par. 1. pag. 14.

Ludovicus Ellies Dupin Novæ Bibliothecæ Ecclesiasticæ tom. 14. pag. 187. Idem ferè, quod supra allegati Authores, præsertim Ciacconius, repetit; ac insuper Tractatum de S. Petri adventu Romam, diligenter, ac summatim recenset, & eximiè commendat: nihil elegantiùs, & venustiùs hac scriptione

legi

„ legi posse dicens; Erat enim, inquit, sapiens, moderatus, æquus, omnibusque prærogativis, quę honestum virum, optimumque Scriptorem decent, per quam exornatus „

Præterea de eo cum laude agunt Honuphr. Panvin. in additamentis ad Platinam, de Vitis Romanorum Pontificum, & in utraque Epitome Pont., & Card. pag. 406. edit. Ven. 1557. Phil. Labbeus Bibl. Bibliot. pag. 116. Ant. Poss. Appar. Sac. tom. 1. pag. 162. edit. Ven. 1603. Georgius Matthias Conigius Biblioth. vet., & nov. pag. 215., & seq. Ant. Sanderus in Elogiis Gabr. Bucelin. Ben. Red., & alibi. Felix Contelorius in Elencho, & in Nomenclatura Cardinalium. Ferdin. Ughell. Ital. Sac. tom. 2. col. 879. primæ edit. Rom. Jac. Gaddius in Scriptoribus non Ecclesiasticis. Jo. Medices in epistol. D' Auberl in Hist. Generali Card. par. 4. Parisiis Gallicè edita 1647. Aubertus Miræus de Scrip. Eccles. ab an. 1494. ad sua usque tempora par. 2. pag. 150. num. 59. edit. posthumæ Antuerpiensis an. 1649., operà Auberti Vander-Fede, quam denuò Albertus Fabricius in Bibl. Eccles. cel ebravit Hamburgi. Hip. Mar. Bibl. Mar. p. 104. August. Oldoin. in Ath. Rom. pag. 281. Lud. Jac. a S. Carolo Bibl. Pont. l. 2. par. 325. Bened. Bacch. Manud. Ms. ad Hist. Ecclesiasticam ad an. veri Natal. Christi 70. n. 3. Felix Egger Idea Ord. Hierarch. Ben. tom. 2. par. 2. dissert. 1. pag. 192. n. 3. divis. 4., & par. 3. dissert. 8. pag. 520. M. Antonius Maltempi Hist. l. 2. edit. Urbeveteris 1585. c. 2. pag. 109. Placid. Pucc. Appar. hist. de Vir. Ill. Abb. Flor. c. 10. pag. 79. Ludovicus Moreri *Grand Dictionaire Historique* tom. 2. pag. 270. col. 2., & pag. seq. c. 1.

Joannis Matthæi Toscani in Peplo Italiæ.

GREGORIUS CORTESIUS CARDINALIS

Quis neget hunc magnum, tot ubi post sæcula primus
Tractat Catulli barbiton?
Sed nimium lasciva tui quod plectra Catulli
Ad meliorem usum vocas,
Cęlicolumque dicas Regi, debere fatetur
Tibi Catulli barbitos.

GREGORIUS DUCCUS nobili familia Brixiæ prodiit, ibidemque in Cœnobio SS. Faustini, & Jovitæ monastica vota emisit an. 1567. die 24. Febr. Fuit Philosophus, & Poeta non ignobilis, variisque scientiis. & literis excultus, ut ostendunt libri, quos edidit, nempè

1 *Scaccheida*, idest, *Giuoco de' Scacchi*, *ridotto a Poema Eroico*, in quo sub Prosopopæja duorum Regum, & eorum exercituum, quinque Cantibus, sive Libris linguà Italicà, ludus ille mirè describitur, impress. Vincentiæ anno 1586. apud Georgium Græcum in 4.

2 *Theses de anima* Venetiis ann. 1585. Obiit Bobii in alpibus Cotiis.

De eo agunt Arn. Wion Lign. Vit. l. 2. cap. 68. pag. 41. Leon. Cozz. in Bibl. Brix. parte prima pag. 144. ubi eum laudat quidem a Generis nobilitate, variisque scientiis, præsertìm amæniorum Musarum cultu, sed nequè Monachum, nequè Congr. nostræ alumnum dicit, quibus nominibus omninò erat vocandus, ut innotescerent non solum opera, & patria, sed institutum etiam Authoris. In Bibl. S. Georgii M. Venetiarum extat Ms. in fol. n. 317. Gregorii Brixiensis

Scelta de' Pensieri, ovvero Concetti predicabili Istorici, Academici &c.

GREGORIUS MARSALA, natione Siculus, ortus est Panormi anno 1637. die 3. Sept. Monachus autem factus apud S. Martinum de Scalis anno 1655. 1. Novemb. Graviorum scientiarum assiduum studium cum ferventiori pietate semper conjuxit; quamobrem ut sibi, ac Deo tantùm vacaret, Decani officium, quo fuerat insignitus, spontè non solum, sed enixis etiam adhibitis præcibus, dimisit.

misit. Itaque negotiis omnibus solutus, hoc sibi unicum negotium statuit, Religiosis primùm virtutibus, ac regulari disciplinæ, deindè verò Sacris literis perpetuam operam dare; atque eo pacto monasticæ perfectionis se ipsum omnibus exemplar præbere. Erga Dei parentem præcipuæ, singularisque Devotionis affectu præditus, omnes in ejus laudes, & amorem excitabat. Nec minus utiles, aut laude digni fuerunt eruditi æquè, ac pii, quos edidit, libri, quibus SS. Patriarchæ nostri Vitam, & Regulam non parum illustravit; sunt autem isti,

1 *Vita, e miracoli del glorioso Patriarca de' Monaci S. Benedetto copiosa di Note, & Osservazioni*. In Palermo per Tomaso Rommolo, & Orlando 1685. in 12.

2 *Regola del Santissimo Padre Benedetto Patriarca di tutti i Monaci colle Note*. In Palermo per Tomaso Rommolo 1689. in 12. qui libri non mediocriter, statim ac prodierunt, probati sunt, avidèque ab omnibus sub Regula S. P. Benedicti militantibus excepti, ac celeriter omnes distracti, undè nova expectabatur eorum editio: abundant enim doctrinis, exemplis, monitisque ad rem Monasticam pertinentibus, ac insuper Authoris animum religiosissimum, ac piissimum veluti in speculo ostendunt.

3 *Benedictinum Menologium* Italica lingua concinnare est aggressus, in quo SS. Ord. nostri Vitæ, Notis, & Observationibus illustratæ fusè describerentur. Utinam insigne opus ad communem utilitatem, vitâ permittente, absoluisset, nam uti nuper accepi, aliquot tantum dies complevit.

Obiit piiss., & devotiss. uti vixerat, an. 1716. die 4. Febr. ætatis suæ an. 79., à morum integritate, regularis instituti custodia, animarum zelo, ac ferventissimo in Deum amore valdè ab omnibus commendatus. Agit de eo perhonorificè Ant. Mongit. Bibl. Siculæ par. 1. editâ anno 1708., ubi vocat eum Virtutum, ac regularis disciplinæ nobile exemplar.

GREGORIUS MATINA item Siculus, itemque Panormi nobili genere natus, qui an. 1474. ob insignes virtutes Abbas S. Martini de Scalis electus, doctrinâ, & eruditione clarissimus effulsit, obiitque an. 1482. die 14. Augusti, ejusque sunt, ut tradit Abbas Pyrrhus lib. 4. de Abbat. Sicil. pag. 185., subsequentes libri

1 *De Imitatione Christi*. 2. *De Adventu Domini*. 3. *De SS. Eucharistiæ Sacramento*. Iste, inquam, ab Ant. Mong. Biblioth. Sicul par. 1. inter Casin. Congr. Monachos recensetur, & laudatur. Verum cum is floruerit, imò extremam etiam diem clauserit, antequam Congr. nostra in Siciliam propagata esset (Monasterium enim S. Martini, vuàcum reliquis Siciliæ Ord. nostri, Casin. Congr. adnexum fuit anno 1505.) hinc Ord. quidem D. Benedicti Gregorius Monachus fuisse dicendus est, non verò Congr. Casin., quod præterea confirmatur, ex iis, quæ leguntur ad calcem Hist. Ecclesiæ, & Monasterii Montis Regalis in Sicilia per Joannem Aloysium de Lellis conscriptæ, ac Romæ impressæ anno 1596., ubi sic dicitur „ Cum Fr. Gregorius de Matina Abbas Monasterii S. Martini præfati „ decessisset, Monachi Fr. Alexandrum Dertonen. IX. Sept. anno 1482. elegerunt, & die sequenti Fr. Valentinum de Jordat Procuratorem fecerunt, ut confirmationem peteret a D. Jacobo de Burellis Decretorum Doctore, Canonico Panormitano, ac Vicario Generali Ausiæ de Podio Cardinalis, & Archiep. Montis „ Regalis, in cujus Diœcesi situm est Monasterium. Qui Vicarius XVI. ejusdem in „ Metropolitana Ecclesia electionem confirmavit, & propter dicti Cardinalis absentiam electum ab Episcopo Mazariensi benedicendum remisit „ Quæ omnia antè Congr. nostræ tempora locum dumtaxat habuerunt.

GREGORIUS MORELLUS, patria itèm Panormitanus, in prælaudato S. Martini Cœnobio Casin. Congr. sociatus est an. 1578. die 22. Julii. Vir in gravioribus disciplinis, non minus, quàm in amœnioribus literis optimè versatus; quip-

quippe qui in præcipuis Italiæ Monasteriis Philosophiam, & Theologiam, ac Jus Pontificium complures annos docuit. Angelo Gryllo celeberrimo per ea tempora Poetæ, arcto amicitiæ vinculo adstrictus, ab eodem plurimi fieri, ac non mediocriter commendari meruit. Carolo Emanueli Sabaudiæ Duci ob doctrinam, virtutesque admodum charus. In Patriam demum reversus apud prædictum Sanc: Martini Cœnobium mortales exuvias deposuit anno 1603. variis relictis ingenii sui monumentis, nempè

1 *Fascetto di Mirra*. Carmagnolæ apud Marcum Antonium Bellonum anno 1600. in 4. 2. *Inni spirituali per diversi SS. Apostoli*, ibidem apud eumdem eodem anno in 4. 3. *Inni spirituali per diversi SS. Confessori* ibidem apud eumdem eodem anno in 4. Manuscripta.

4 *Poesie Sacre Latine, e Toscane*, quarum pars Ms., quam servabat P. D. Augustinus Toranus (de quo suprà) post ejus mortem, ad Marchionem Hieracensem Siculum Dynastam, nescio quo pacto transivit. Altera autem pars, quæ penes D. Maurum * Marchesium erat, post ejus Venetiis obitum Revmo P. D. Aloysio a Venetiis (fuit is Abbas, familia *Squadronus* bonarum artium amator, & insignis Bibl. S. Georgii M. amplificator) cessit: Item.

* De eo inf. 2. par.

5 *Vita di S. Honorato Abbate di Lerino*. 6. *Raguaglio Istorico dell' Isola di Lerino*. 7. *Tragedia di S. Catarina*; hæc tria Mss. opuscula asservabantur in S. Martino.

Laudatur plurimum a supramemorato Angelo Gryllo in Epistolis, lib. scilicet 1. pag. 120. l. 2. pag. 185., & 262. lib. 3. pag. 311., & 386. lib. 4. pag. 568., ubi ex ipsius morte, magnam Literis, Literatisque jacturam evenisse deplorat, & in Carminibus pag. 112. 178. 179., & ab Ant. Mong. Bibl. Siculæ par. 1. multis.

GREGORIUS a Papia Monachus nostræ Congr. scripsit

Allegationem, an Commissi Congregationis Cassinensis, (qui tria simplicia dumtaxat Religionis vota emittunt, ut Patres Soc. Jesu ante solemnem Professionem) *sint veri Religiosi*; quam negative resolvit. Estque impressa Bononiæ Typis Jo: Baptistæ Ferronii an. 1658. in fol. unâ cum aliâ Allegatione Dominici Odofredi J. C. qui affirmativam partem tuetur. Adnectitur alia de eodem argumento Allegatio, sed Ms: D. Vitalis * a Parma Mon. Casin. & Lectoris, qui Odofredi sententię adstipulatur; quam etiam approbat Petrus Clavarinus Abbas Casin. I. V. scientissimus doctâ Epistolâ ad Abbatem S. Proculi Bononiæ.

* Is est Terrarubra, de quo 2. par. Lit. T.

GREGORIUS PATAVINUS S. Justinæ Monachus effectus anno 1544. die 30. Sept., floruit Græcis, Latinisque literis, ut ostendunt

Pindari Olympia, quæ ipse magno studio è Græco in Latinum sermonem ad verbum est interpretatus; qui liber Ms. asservatur in insigni Bibl. S. Justinæ.

GREGORIUS PORRINUS Mutinensis in Monasterio S. Benedicti de Mantua Instituti nostri sectator evasit anno 1643. die 6. Januarii, & deindè etiam Abbas, ac totius Congr. Præsidens, scripsit Italicè

1 *Composizioni Accademiche* lib. 1. 2. *Compositioni Poetiche* lib. 1., omnia unico lib. comprehensa edito Venetiis apud Andream Polettum ann. 1683. 12. Item prosâ.

2 *Metodo del Prelato Casinense, ristretto in piccioli discorsi per il governo spirituale*. Venetiis anno 1689. apud Combi, e la Noù. Et alia quædam Poetica, quæ pariter in publicam lucem emisit, sed suppresso proprio nomine sub Academici *Il Duro*, agnomine, nec impropriè, sunt enim, sicut & reliqua poetica ab eo elucubrata, paulò duriuscula.

Aggressus est etiam, *Macharonæam* Merlini Coccai, ad Italicum octavum Rythmum, sermonemque Hetruscum redigere, quod ni fallor, perindè fuisset, ac omnem ei leporem, & venustatem adimere; Sed nec opus complevit, nec ejus aliquid evulgavit. Decessit decrepitâ ætate in eodem Sancti Benedicti Cœnobio

bio anno salutis 1709. die 10. Augusti vitæ suæ 84. cum Supremum Congr. Magistratum gereret; ejusque effigies depicta ibidem cernitur in Hospitium primo cubiculo ad lævam. De eo mentionem facit Bernardus Pez Epistola x. Apol. pag. 251. ubi tamen Typographi errore *Parrinus*, prò Porrinus dicitur.

GREGORIUS Aretii in Tuscia natus nobili familiâ de Ricciardettis in Monasterio SS. Floræ, & Lucillæ ejusdem Urbis, Mundi illecebris se abdicavit anno 1618. die 3. Nov., qui deindè vitæ integerrimæ, ac scientiæ non vulgaris exigentibus meritis, ad primarias nostræ Congr. dignitates evectus fuit. Nam Abbas constitutus, non solum Monasterium, in quo Regulam professus fuerat, sed etiam nobiliora quæque Congr. Cœnobia, interque ea Romanum S. Pauli administravit, quo tempore Procuratoris pariter Generalis officium, quod, assumto ad Episcopatum D. Alexandro Pallavicino, antequam id muneris expleret, vacaverat, usque ad proximè futura Comitia, sicut nostræ jubent Constitutiones, laudabiliter gessit, ubique regularis disciplinæ, ac prisci decoris diligentissimus Custos, & Exactor, quod utique perquam facilè obtinebat, cum ipse non solum verbo, sed multo etiam magis exemplo omnes anteiret. Fuit insuper totius Congr. Præses an. 1658. Nec interim studia tàm sacra, quam humaniora intermittebat, nam, & soluta oratione, & metro, utràque linguà Latina, scilicet, & Hetruscà, plura conscripsit haud infeliciter. Extant illa Aretii Mss. in Archivo Mon. 4. tomis in fol. comprehensa: in quorum primo continentur

1 *Discorsi a' Monaci fatti in Capitolo*, *& altre occorrenze*, prima parte. In secundo verò 2. *Elogia*, *Inscriptiones*, *& Carmina* multifariam distincta, omnia tamen sacra, idest in laudem Sanctorum; ad quorum calcem adnectuntur 3. *Elogia*, *& Epitaphia* non sacra. Item 4. *Orazioni*, *e Panegirici*, maximà ex parte sacri. In tertio autem 5. *Imprese*, *Motti*, *e Problemi Academici*, & alia. In 4. tomo est 6. *Corona Lucida Cavensis*, *margaritis intexta Divorum*, *quorum exuviæ in Sacra Æde*, *& in Sacrario quiescunt*. Item scripsit Italicè 8. *Historiam Imaginis B. V.*, quæ Mediolani in facie Templi S. Simpliciani visitur, & colitur & 8. *Historiam Imaginis B. V. de Balneo* in Territorio Perusino ad nostrum D. Petri Monasterium pertinentis. Item

9 Prosequutus est *Chronicon* Abbatiæ Aretinæ a Jo: Serrato (de quo infrà) olim conscriptum.

De eo Plac. Pucc. in App. hist. de Vir. Ill. Abb. Flor. cap. x. pag. 88., ubi fuisse narrat Abbatiæ Florentinæ Priorem, moxque ejusdem Abbatiæ Administratorem, cum Isidorus *della Robbia*, qui erat Abbas, effectus fuisset Episcopus Petræ Honorii, quæ vulgò *Bertinoro* in Æmilia, eoque tempore Gregorium obtinuisse a Sacra Rota Romana sententiam favorabilem contrà Archiepiscopum Florentinum Petrum Niccolini an. 1642. in Causa Usurpationis ab illo factæ Ecclesiæ SS. Simonis, & Judæ ad idem Monasterium spectantis: Iterumque in Chronico Abbatiæ Florentinæ pag. 56. & seqq. ubi peculiaria hæc de eo refert: Romæ sub auspiciis D. Angeli Grylli Abbatis, scholasticis facultatibus operam dedit, earumque studium Casini, Felice de Januario celeberrimo Magistro absolvit. Aretii deinde, quas didicerat scientias, docuit. Creatus postea Prior, mox Abbas Monasterii S. Mariæ Gratiarum Placent. Diœcesis; SS. Floræ, & Lucillæ Aretii, bis S. Eugenii Senarum, S. Simpliciani Mediolani, S. Petri Perusiæ, Sancti Pauli de Urbe, ingenti eorumdem, tàm in rebus temporalibus, quam in Regulari disciplina incremento ea administravit. Quod idem universæ quoque præstitit Congr., dum Procurat. Gene., ac Præsidentis muneribus fungeretur. Obiit Greg. an. 1670.

GREGORIUS SAYRUS natione Anglus Benedictinæ Congr. Anglicanæ primùm Alumnus, ac inter præcipuos ejusdem Sodales, deindè in Casin. Monasterio

ſterio noſtris aggregatus an. 1589. die 28. Dec. Vitæ Sanctimoniâ, & Scholaſtica æquè, ac Morali Theologicâ doctrinâ, varioque diſciplinarum genere floruit anno 1595., nec mirum ſanè, præclara ejus opera tantæ ſemper fuiſſe authoritatis apud omnes Theologos, & Canonum Profeſſores, cum doctrinam ſolidiſſimam, & firmiſſimis Conciliorum, ac SS. Patrum fundamentis innixam contineant: Illud quidem majori admiratione dignum, Sayrum admodum Juvenem, tot volumina, eaque graviſſima, præſtantiſſimaque abſolvere potuiſſe. Obiit enim fato nimis immaturo Venetiis anno 1602., ætatis 32. nondum expleto: quamobrem eò utique magis ejus ingenium, atque doctrina ſuſpicienda ſunt, quo juvenili adeò ætate id abundè præſtiterit, quod vix in maturiori perfectè præſtari poteſt; Sayri opera hæc ſunt

1 *De Sacramentis in Communi*; Opus Theologicum Tripartitum, ac plane aureum, in quo ea omnia, quæ ad difficillimas quaſque Theologicas quæſtiones definiendas, vel ad Caſus omnes Conſcientiæ diſſolvendos, vel ad ſingulos Hæreticorum errores refellendos attinent, tùm ex Sacris Eccleſiæ Patribus, & DD. Scholaſticis, tùm ex Canoniſtis, Summiſtis, & aliis omnibus antiquioribus, & recentioribus Orthodoxis Scriptoribus, ita abundè, & accuratè explicantur, ut nihil ampliùs in hac materia ſtudioſus Lector deſiderare poſſit. Venetiis anno 1599. ex Officina Damiani Zenarii in 4., & poſtea Duaci anno 1621. ex Officina Typographica Balthaſſaris Belleri in fol.

2 *Caſuum Conſcientiæ*, ſive *Theologiæ moralis Theſaurus*; tomus primus de Cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, & Canonicis impedimentis in lib. 7. diſtributus; in quorum primo de Excommunicationis natura, ejuſque conditionibus; in ſecundo de effectibus illius; in tertio de Excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini, aliiſque omnibus, tàm in Jure Canonico, quàm in Extravagantibus hactenus editis, in quarto de Suſpenſione, ejuſque qualitatibus; in quinto de Interdicto, Ceſſatione a Divinis, Depoſitione, & Degradatione; in ſexto de Irregularitatibus, quæ ex delicto incurruntur. Venetiis anno 1601. apud Colotinum anno 1606., & etiam ibidem apud Seſſas in fol. anno 1614. Iterumque apud Baretium anno 1627., & Duaci apud Bellerium anno 1621. in fol. Eâ autem doctrinæ profunditate, ſtyli candore, ac omnimodâ diligentiâ cuncta tractavit Sayrus in Theſauro contenta, ut omnes, qui de iiſdem hactenus ſcripſerant, facilè ſuperaſſe creditus ſit, ac veluti pro textu in hac præſertim materia ea tempeſtate ſit habitus. Hoc ipſum opus in compendium redactum ab Antonio Nini Veneto Ord. Erem. S. Auguſtini impreſſum fuit Venetiis apud Bertanum anno 1624.

3 *Clavis Regia Sacerdotum*, *Caſuum Conſcientiæ*, ſivè *Theologiæ moralis Theſauri* locos omnes aperiens, in qua præcipuè Canoniſtarum, & Summiſtarum difficultates ad communem praxim pertinentes, doctiſſimè deciduntur, & copioſiſſimè explicantur. Opus in duas partes, ac duodecim libros diſtributum, quorum octo, primæ, reliqui quatuor ſecundæ parti attribuuntur. Venetiis apud Baretium Baretii anno 1607. in fol. poſt nempè ejus obitum; nam ann. 1602., paulò ante quàm ex hac vita migraret, Sayro ipſo teſte (ut infra ex Poſſevino) ſub prelo opus hoc ſudabat: & iterum Coloniæ Agrippinæ anno 1608. in fol. & denuò Venetiis apud eumdem Baretium anno 1615. cum utilibus additamentis, nec non Catenula aurea *de Comparatione peccatorum* R. P. Fr. Pauli Bertii Lucenſis Ord. Eremitarum S. Auguſtini Congregationis Lombardæ. *Hanc Clavem Regiam* compilavit *D. Conſtantinus de Notariis Nolanus* (de quo ſupra), & in duas partes diviſam typis evulgavit Venetiis, anno 1613. apud Bernardum Juntam, Joannem Baptiſtam Ciottum, & ſocios in 4., ſed & Antuerpiæ alia ejus opera moralia excuſa ſunt in fol. anno 1619. Itèm Sayri opus eſt

4 *Sum-*

4 *Summa Sacramenti Pænitentiæ* ex eruditissimis Commentariis Doctoris Navarri in septem distinctiones de Pænitentia collecta, in qua ea omnia, quæ ad Sacramenti Pœnitentiæ doctrinam pertinent, ejusque ad usum, & quotidianam praxim necessaria esse possunt, breviter, dilucideque explicantur. Venetiis anno 1601. in 8., & iterum ibidem apud Baretium Baretii an. 1615. in fol.

5 *Flores decisionum*, sive *Casuum Conscientiæ, ex doctrina Consiliorum Martini ab Alpiszueta Doctoris Navarri, collecti a D. Gregorio Sayro &c. & juxta librorum Juris Canonici dispositionè in suos titulos distributi, cum annotationibus, & additionibus*. Venetiis anno 1601. apud Baretium, & Soc. in 4., & iterum apud eumdem an. 1627. in fol., & Duaci eodem an. 1627. apud Balthassarem Bellerum in fol. 6. Concinnavit etiam *Epitomem Consiliorum Navarri*, quod est opus diversum ab isto nuper relato, cum titulo *Flores ex doctrina Consiliorum Navarri*, uti prò diverso illud recenset Ghilinus infra citandus; scripsit etiam,

7 *Meditationem in Psalmum*, Miserere mei Deus, *& in Orationem Dominicam*, *Pater noster*; quæ autographa extat etiam nunc in Casinensi Tabulario.

Sayrum laudant M. Anton. Scipio in Elogiis Abbatum Casin. pag. 168. primæ editionis, in Hieronymo V. Abbate 105., & pag. 190. in Simplicio Caffarello, cujus Sayrus fuerat Præceptor, & in secunda editione pag. 245. ad annum 1595.

Ant. Poss. App. Sac. tom. 1. pag. 592. „ Gregorius Sayrus Anglus, Mona-
„ chus Ord. S. Benedicti, qui Venetiis in Cœnobio Benedictino S. Georgii M. anno
„ 1602. obiit sanctè, ut & sanctè vixerat, paucissimos dies antequàm ex hoc Mun-
„ do decederet, scripsit ad me, qui ejus operum qualitatem de ipso quæsieram,
„ hæc verba; *Ex nostris ea solùm a P. V. hactenùs legi potuerunt, quæ antè trien-*
„ *nium de Sacramentis in Communi ex Theologia Scholastica in sex libros distributa*,
„ *& antè biennium de Theologia Morali, seu de Casibus Conscientiæ, & Censuris Ec-*
„ *clesiasticis in libros septem distincta impressa Venetiis in lucem dedimus. Tomus enim*
„ *secundus Theologiæ Moralis in duodecim libros divisus jam sub prælo sudat, reliqui*
„ *duos paulò post, Deo juvante, & vita superstite, edituri* „ Hier. Ghil. vol. 2. pag. 161. insigne in Sayrum scribit Elogium, & primo quidem antè Monachatum, *Robertum* asserit vocatum fuisse, summâ autem vitæ integritate, suavitate morum, singularique modestiâ Deo, & Hominibus amabilem se reddidisse. Solidissimi ingenii, & memoriæ felicissimæ dotibus ornatum deprædicat. In Cantabrigensi Academia literarum rudimenta posuisse commemorat, & ad singularem eruditionis famam intèr Literatos pervenisse; Indè ob Catholicam Religionem expulsum (sæviente in Anglia impia Elisabeth) in Galliam migrasse, & Rhemis in Anglicano Collegio intermissa studia repetivisse. Postea venisse Romam, & in Anglicano pariter Collegio Theologiæ operam dedisse, eo quidèm successu, ut perfectissimus Theologus evaserit, eamque postea facultatem (nostris utique adscriptum) in Casin. Archisterio sedulò docuisse. Demum Venetias perrexisse, ibique in Cœnobio S. Georgii M. ad obitum usque mansisse (ut operum suorum impressioni præsens incumberet); denique ejus opera maximâ apud doctos laudem invenisse, & non minorem legentibus peperisse utilitatem: hæc ille. Meminit ejus Georgius Matthias Conigius Bibl. Vet., & Nov. Alstorfii edita 1678. col. 1. Gabr. Buc. in Benedict. Rediv. ad annum 1594. Orbi Catholico, in suis doctissimis, ac solidè Theologicis lucubrationibus Sayrum notissimum prædicat. Angelus de Nuce Archiep. Rossan. in Notis ad Chron. Cas. lib. 4. cap. 108. num. marg. 2013. vocat Sayrum, vitæ sanctimoniâ venerabilem, editis voluminibus clarum. Jo. Mabillon, in Bibl. Eccl. Mabillonica, seu in Catalogo selectiorum operum, meliorumque editionum ad Bibl. ex materiis Eccles. comparandam

num.

G

num. 12. in calce Tract. de Studiis Monasticis impress: inter selectiores Doctores Casuum Conscientiæ Sayrum numerat editionis Antuerpiæ factæ anno 1619., & Duaci 1620. Jul. Amb. Luc. in Ital. Sac. restrict. auct. pag. 1018. Bernard. Pez epist. X. Apol. pag. 223.

Novissimè ejus perhonorificam mentionem facit Felix Egger Ideà Ord. Hier. Bened., lib. 2. par. 3. dissert. 8. pag. 558., & seq. quùm de Theologis, & pag. 562. quùm de Canonistis sermonem habet, vocat eum *Theologum accuratissimum, & simul Juristam, ut possit esse instar trium Jurisconsultorum teste P. Gobat Vindic. Theolog. n. 476.*

GREGORIUS VITERBIENSIS, familià de Pisonibus, Casini similiter Religioni Monasticæ se se addixit anno 1521. die 24. Nov. Celebris habitus est, tàm Juris utriusque scientià, quam sacrarum literarum serventissimo studio, cujus uberes fructus fuere doctissimæ ab eo scriptæ.

Homiliæ tres super Evangelium Joannis, in Principio erat Verbum. Quarum prima sic incipit, *Dicibilis sermo &c.* 2. *In principio erat Verbum*. 3. *Non licet filiis Veritatis*. Erant Mss. apud D. Constant. Cajet., teste Arnoldo Wione, qui de eo agit Lign. Vit. lib. 2. c. 68. pag. 421 ubi ait, eum scripsisse tàm piè, quam doctè &c. De eo etiam Plac. Rom. in supplem. de Vir. Illust. Casinen. cap. 10. pag. 119. editionis Romanæ anno 1655., ubi vocatur *J. U. Doctissimus*, & Jo. Bapt. Marus in Annotat. ad eundem Jul. Ambros. Luc. in Ital. Sacr. restris: aucta &c. pag. 986., *ejus lumen Ingenii resplenduisse in tribus Homiliis &c.* Floruisse anno Domini 1540. Constant. Cajet. de Religiosa S. Ignatii Institutione lib. 1. pag. 59. eum vocat Juris Consultum, S. Theologiæ Professorem, & Commentatorem, ac probatissimæ in administrationibus plurimis prudentiæ, & pietatis, qui anno 1538. unà cum Angelo de Faggiis, & Benedicto Canophilo Sangrinis, Abbatis sui jussu Sanctum Ignatium Loyolam instituendum, & adjuvandum in condendis Societ. legibus libentissimè suscepit. De qua tamen re Lectori est recolendum, quod supra diximus pag. 127., & seq. in eodem Constan. Cajet. Venetiis in Bibliotheca S. Georgii Majoris extant Gregorii Viterbiensis. *De suprema Theologia Homiliæ* tom. 1. in fol. num. 518.

GREGORIUS URBANUS Romanus a Cœnobii Farfensis Monachis in Sodalem est cooptatus anno 1611. die 12. Septemb., & postea Prior S. Mariæ de Cæsena, ac etiam nostræ Congr. Abbas *Titularis* S. Matthæi est constitutus, qui, ut erat Religiosis ornatus moribus, solitudinis, studiorumque amantissimus, Sacræ Scripturæ intelligendæ, ac explanandæ totus incubuit; deindè Monasterii sui antiquitatibus illustrandis sedulam operam impendit; floruit anno 1646. scripsit

1 *Summaria*, seu *Brevia Commentaria in omnes omninò libros veteris testamenti*; quæ discipulis tradebat, & explicabat.

2 *Propugnaculum Fidei contra Hebræos. De Adventu, & Divinitate Messiæ Quæstiones quatuor*; In quarum 1. Pluralitas Personarum in Deo probatur per authoritates ab Hebræis receptas. In 2. Messiam non esse Hominem purum, sed Deum, & Hominem. In 3. tempus adventus Messiæ transisse in præteritum. In 4. demùm Jesum Nazarenum fuisse, & esse verum Messiam. Accedit *brevis tractatus de sensuum pluralitate*. Extat Ms. in Biblioth. S. Georgii Majoris Venet. Ms. in fol. sign. numero 318.

3 *Chronicon, seù Annales, sacri, & Imperialis Monasterii Farfensis in duos libros distinctum*, in quorum primo agitur de rebus, quæ acciderunt sub Abbatibus, tàm Claustralibus ab origine Monasterii, quam sub Commendatariis. In 2. verò de rebus gestis sub Casinensibus, nec non de iis, quæ evenerunt eorum temporibus summatim, ac facili stylo apprimè disseritur in fol. majori. Chroni-

con autem Farfense antiquum scripserat olim alius itèm *Gregorius Catinensis* dictus, quia filius Comitis Montis Catini in Sabinis, vulgò *Poggio Catino*, Monachus pariter Farfensis tomis tribus, scilicet ab anno 705. usque ad annum 1140. & alius etiam Farfensis Monachus ejus Synchronus quartum addiderat tomum, qui est Regestum Bullarum, & Diplomatum à Pontificibus, & Cæsaribus, aliisque Principibus Viris Farfensi Monasterio concessorum. Fuit hic Joan. Monachus, Grammaticus, ut se ipsum appellat. Floruerunt autem ambo tempore Henrici IV. Romanorum Imperatoris, eorumque opus extat Farfæ, ubi illud vidit etiam Mabillonius, ut ipsemet asserit Itin. Ital. tom. 1. par. 2. pag. 62., & seq., dicitque horum veterum Chronicorum partem aliquam editam fuisse à Chesnio, sed truncam, laceram, mutilamque. Ex quibus, Gregorio nempe Catinensi, & Joanne Grammatico, Gregorius Urbanus tanto post tempore Chronicon suum, sive Annales desumpsit, & facili stylo in compendium, quæ ab illis magnis voluminibus antea digesta fuerant, redegit, ordinavit, supplevit &c., additis, quæ post illorum tempora, & quæ sub Congreg. Casin. evenerunt: Antiquum Chronicon Farfense nuperrimè typis traditum est Mediolani a Societate Palatina Par. 2. Tom. 11. Collect. Script. Rer. Italicar. Sed deest 4. Tomus Diplomatum &c. quod meà quidem Sententia, longe majus operæ pretium fuisset edere, quia nimirum Palatini Socii ejus copiam minime habere potuerunt

Fronti autem ejusdem Chronici, Farfæ existentis, recenti charactere, talis præponitur titulus ibidem novissimè à me visus, & exscriptus ann. scilicet 1727. die 2. Aprilis. *Sacri, ac Imperialis FARFENSIS Cœnobii insigne REGESTUM, Omnium Historicorum acclamatione celeberrimum; Sacræ Romanæ Rotæ Oraculis decoratum, Farfensium Monumentorum, post Gothicam, Wandalicam, & Agarenicam devastationem, Temporumque edacitatem, refertissimum Promptuarium; Gregorii Catinensis Monachi diligenti, & indefesso labore congestum, Ab Anno DCCV. ad Annum MCXL. prolatatum; Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, Procerumque, Visitationibus, Donariis, Privilegiis, Exemptionibus, & Gratiis insignitum; Vetustissimæ Romanorum, Longobardorum, Francorumque, Nobilitatis Assertivum; ad majorem Dei gloriam, Cœnobii splendorem, cæterorumque utilitatem, In Farfensi Sacrario, à Monachis Casinensibus summâ diligentiâ, ac vigilantiâ, Palladii instar, asservatur; D. C. M. A. C.; Horum Arcanorum, Inspector, Perscrutator, & Admirator, L. P.* Quæ idcirco hic notare voluimus, ut Margarini nostri diligentia, & de pretiosissimo Antiquitatis Thesauro benemerendi studium hinc etiam cunctis appareat.

Idest ut; ego quidem sum interpetratus.

D. Cornelius Marganus Abbas Casinen. Libens Posuit.

Cæterum narrat Urbanus in principio suorum Annalium, primum Farfensis Chronici Authorem fuisse alium itera Gregorium, Catinensi antiquiorem, qui scripsit an. Dom. 860. ab origine Monasterii Farfensis 430. Cujus tamen Chronicon amplius non extat, paucæ vero paginæ, quæ adhuc supersunt, præ vetustate legi vix possunt. Catinensis vero Gregorius prosequens opus primi Gregorii scripsit anno 1090. ab origine Monasterii 660., a primo Gregorio 230., ita Urbanus, qui item scripsit

4 *Santa Cecilia*, quam puto Comœdiam, vel Tragœdiam sacram; illam enim non vidi. Hæc omnia Mss. extant in Farfensi Monasterio, & alibi, nam *Chronicon* Gregorii Urbani extat etiam in nostra D. Pauli Bibl., & *Commentaria in vetus Testamentum* erant quoque apud D. Felicem Romanum, qui postea fuit Abbas, & Procurator Generalis (de quo supra L. F.) nunc vero in eadem D. Pauli Bibl. Composuit etiam aliud opusculum pagg. 30. in fol. cui hunc titulum præposuit.

5. *Confessionale Generale* pro Pœnitentibus continens singulas materias ad perexactam Confessionem concernentes. Est Ms. a me visum an. 1730. apud D. Hippolytum Pu-

Pugnettum Monachum, & Decanum in S. Petro de Assisio. Incipit; *De P. Præcepto. De Fide. In Deum non credere, aut ei debitum cultum non tribuere* &c. concluditur; *Exercentes artem Alchimiæ, vel quid simile.* Meminit ejus cum laude Plac. Puc. in Chronico Glassiatensi pag. 274., & seq. In nostris Regestis pag. 296. in margine *Abbas Titul. ex Priore regiminis multa scripsit.*


GULIELMUS DE HIERACI Siculus, Patriâ Panormitanus, Professus Monasticam Regulam in S. Martino de Scalis, ejusdemque Monasterii postea Abbas, an. scilicet 1502., antequam nempè Monasteria Siciliæ nostræ unirentur Congr. quod evenit anno 1505., ipso Gulielmo adhuc in vivis agente, & Abbate S. Martini, imo antequam fieret prædicta unio, Gulielmus jam extiterat Præses totius Siculæ Congr., floruit egregiâ doctrinâ, & insigni eruditione, ut attestantur ab eo conscripti

1 *De Apocalypsi l. 2. & 2. Historia sacra à mundi constitutione, ad sua usque tempora*; Quæ duo opera Mss. servantur in Bibl. Monasterii Sublacensis.

De eo Rocchus Pyrrhus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 184., & Ant. Mang., Bibl. Sicula parte prima pag. 265.



H



ELENA LUCRETIA (quæ & SCHOLASTICA) Venetiis nata anno 1645. die 5. Junii ex patritiâ, ac perantiquâ familiâ Corneliâ Piscopia, præcipuis in ea Republica muneribus, amplissimisque olim in Oriente dominiis longè clarissimâ, Jo. Baptistâ, ac Joannâ, Procuratoriâ D. Marci dignitate conspicuis, Parentibus, adeò insuetâ ingenii, morumque virtute supra sexum effulsit, ut omnium linguis, veluti suæ ætatis miraculum, celebraretur; nam propemodum septennis literarum studiis addicta, monitu Jo. Baptistæ Fabris, Viri pietate, ac doctrinâ insignis, qui omnium primus egregias ejus animi dotes haud falsò deprehendit, brevi admodum temporis spatio eo pervenit, ut tredecim tantùm annos nata, jam Græcam, Hebraicam, præter Hispanicam, & Gallicam linguas exactè prorsus calleret, atque Arabicam etiam non leviter attingeret. At in humanioribus literis quantùm profecerit, testantur ejus elogia, & Academicæ Orationes, quæ quidem extant. Philosophiam deinde didicit à Carolo Rinaldino nobili Anconitano, Philosophiæ, ac Matheseos ex prima sede Patavii celebri Professore, qui subinde affirmare solebat, Helenam sibi non Alumnam, sed Parentem potius scientiarum videri. Theologiam verò ab Hipp. Marchetto Camerte Congr. Oratorii S. Philippi Nerii, Religionis, ac scientiæ famâ notissimo. Inauditâ igitur Viraginis doctrinâ, ac eruditione in admirationem adducti Patavini Collegii Patres, reluctantem licet, & nonnisi ex Parentum imperio annuentem, Philosophicâ Laureâ publicè, ac solemniter eam donaverunt, Artiumque, ac Philosophiæ Magistram, & Doctricem unico prorsus ad eam diem exemplò, instituerunt; Nam postea mulier etiam Genuensis id honoris assequuta est, M. scilicet Helena Lusignani, sub disciplina Jo: Chrysostomi Mascalchi Ord. Minor. Conv.; Quinimo Theologicæ etiam facultatis magisterium ei detulissent, doctissimis quibuscumque Italiæ, & Galliæ affirmantibus, singulare hocce exemplum D. Pauli interdicto haud dissonum futurum (quamvis aliis aliter visum) nisi morbi, qui deinceps Helenam perpetuò divexarunt, reliquum hunc honorem illi invidissent. Nihil tamen obstitit, quin præter septem, quas optimè intelligebat linguas, præter Philosophiæ, ac Theologiæ consumatam peritiam, Musica quoque, ac Poetica arte, Mathesi, & Astronomiâ fieret admodum erudita; cujus sane eruditionis insigne inter alia specimen dedit, cum anno 1670. ætatis suæ 24. coram Sereniss. Cardinale Hassiæ-Lantgravio ex tempore de Sphæra doctissimè disseruit. Fama enim Virtutis ejus longè, lateque pervadente, quotquot vel dignitate, vel doctrinâ eminentes Viri Italiam adibant, Venetias quoque, aut Patavium divertebant, ut hanc Helenam, Græca utique ob animi virtutem longe pulchriorem, inviserent, doctrinæque ejus periculum facerent, quos inter, præter laudatum Lantgravium, Bullionius etiam, & Estræus Cardinales fuerunt. Celebriores quoque per Italiam Academiæ certatim eam sibi adsciverunt, ac *Pacifici* quidem Veneti Academiæ suæ Principē eam constituere; Eò Helenæ doctrina pervenit! Sed longè ulterius Religio, ad quam toto cordis impetu ab ipsis pene incunabulis ferebatur. Anno siquidem ætatis septimo pompas, spectacula, mundumque muliebrem penitus aspernata, solitudini dedita, jam parentes ipsos, ac familiares ad Pietatis opera exhortabatur, anno autem undecimo Virginitatem Deo vovens, eam ad obitum usque illibatam servavit. Cum vero a quodam Germaniæ Principe

cipe

H

clpe ad nuptias posceretur, & Parentes; ut a recusante consensum extorquerent, voti dispensationem à Summo Pontifice amplo diplomate impetravissent, id ubi Helena accepit, confestim a D. Cornelio Codanino Veneto, Abbate S. Georgii M. vitæ integerrimæ laude, & senio venerabili, multis cum lacrymis Sanctimonialis Benedictinæ nigram vestem sub laicis vestibus deferendam obtinuit ac votum Virginitatis renovans, Regulæ nostræ observationem, quantum mundi species pateretur, promisit, & admodum quidem accurate pro viribus custodivit, interula se lanea, ac jejuniis, ciliciis, variisque carnis macerationibus discrucians. In ea regularis voti, licèt privata nuncupatione, Monasticum *Scholasticæ* sibi nomen assumpsit, quo se quoties Confessario, nostrisque Patribus literas daret, subscribebat. Id ut perfecit, parentes adit, eisque disertè admodum profitetur, & si, ad totius Orbis Monarchæ thorum expeteretur, nunquam se tamen hac in re parentibus morem gesturam. His animi virtutibus insignita, de se tamen non nisi demississimé sentiebat, nec Præceptricis lauream admisisset umquam, nisi obedientià adigente, eâ nihilominus verecundiâ, ut paulò post ob adhibitam sibi, in illa animi pugna (haud parva utiquè) violentiam, pectoris ejus vena disrumperetur, similique luctamine, quoties eruditionis suæ specimen publicè exhibere cogeretur, vexata, annos sibi vitæ adimi, finemque accelerari talibus discriminibus non semel protestata sit. Salutis animarum studiosissima, ut duo Judæi a Sacro Concionatore ad veram fidem perducerentur, linguæ Hebraicæ, qua Helena pollebat, notitia, argumenta, ex ipsis fontibus petita illi indicando, potissimum in causa fuit. Erga egenos autem, & ægrotos valdè misericors, eisdem propriis manibus frequenter inserviebat: sed ipsa diutinis, acerbisque morbis, invictâ patientiâ toleratis, immaturè nimis ad extrema devenit Patavii anno 1684. die 26. Julii ætatis suæ 38., triduo ante obitum a Sanctissima Deiparente, ac B. Helena, (cujus corpus Venetiis incorruptum colitur in Insula, ex ejus nomine nuncupata) ut quidam ferunt, visitata. Corpus suavi odore cuncta perfundens, Monastico cucullo indutum cum Magisterii insignibus, quatuor Doctorum manibus ad D. Justinæ templum celebri pompa delatum, post solemnem parentationem, funebremque ex Collegii decreto Panegyrim, in ipso Monachorum Monumento conditum est, insculpta hac Epigraphe à D. Jo: Hieronymo Textoris Monacho (postea etiam Abbate), & in Patavino Gymnasio Sacrarum literarum Interprete, elaborata.

D. O. M.

Helenæ, Lucretiæ Corneliæ Piscopiæ

Joannis Baptistæ D. M. Procuratoris Filiæ,

Quæ moribus, & doctrinâ supra senum, & Laureâ ad memoriam posteritatis insignis, Privatis votis coram Cornelio Codanino Abbate S. Georgii M. emissis, S. Benedicti Institutum ab ineunte ætate complexa, & Religiosè prosequuta, In Monachorum conditorium, ut vivens optaverat, post acerba fata, admissa est. Monachi H. M. PP. anno Domini 1684.

Plumbeæ vero laminæ inter Cupressinam arcam hoc elogium inscriptum fuit.

Helena Lucretia Cornelia Piscopia, nobilis Veneta, manimi nominis Virgo, & D. Benedicto sponte dicata, Hebraici, Latini, Græcique sermonis Attici, & Neoterici supra Hispanicum, Gallicum, & Italicum peritissima, quos cantus suavitate mirè exornabat, In scientiis omnibus præcellens, doctorali laureâ, Patavii 1678. 25. *Junii publicè donata, & Doctrix in Cathedrali Ecclesia declaratur; cujus fama, & scriptis permoti Summus Pontifex Innocentius XI., & Joannes III. Poloniæ Rex, literis Apostolicis* 4. *Maii, & Regiis* 14. *Junii* 1684. *eamdem visitarunt, atque Romanorum Imperator Leopoldus, sed & Carolus V. Lotharingiæ Dux mirificè commen-*

men-

mendarunt, & alii Principes summis honoribus cumularunt; at mortalem hanc gloriam eodem anno, die 26. Julii, hora 18., in immortalem commutavit, ut duplicem Virg., & Doct. Laureolam susciperet in Cœlis, ætatis suæ 38., mæstissimo parente Joanne Baptista D. Marci Procuratore superstite.

Cœnotaphium vero, cum tumulo honorario, statuis, signisque marmoreis ornatum in D. Antonii Patavini æde excitatum (nam in D. Justinæ Templo nihil hujusmodi cuipiam extruere licet) tale est.

D. O. M.

Helenæ Lucretiæ Corneliæ Piscopiæ, Jo. Baptistæ D. Marci Procuratoris Filiæ, Heroinæ animi celsitudine, pietate, castimoniâ, omni litteratura, & septem linguarum peritiâ, singulari, tùm aliis Europæ Magnatibus, tùm vel maximè ab Innocentio XI. P. M. perhonorifico diplomate, & ab Jo: III. Poloniæ Rege datis ad eam Epistolis summopere commendatæ, quæ, posthabitis Virorum Principum connubiis, ante D. Benedicti Antistites, Deo primùm Virginitatem vovit; post amplissimis ædibus in Ascæteria, & Peripatum conversis, ferreis uncis membra, diutinis, philosophicisque contemplationibus mentem acriùs exercuit; demum in celebri Patavino Collegio, unico post hominum memoriam exemplo, Philosophiæ Lauream solemniter adepta, coronam prævenit, quam ipsi morum innocentia augurabatur in Cœlo. Obiit Patavii anno 1683. 26. Julii ætatis suæ anno. 38.

Ex ejus lucubrationibus literariis, quamvis plurimas scripserit, paucæ tamen supersunt, quòd modestiæ magis, quam famæ consulens, ferè omnes flammis donaverit, & paucas admodum, easque ex obedientiæ præscripto, prælo concesserit. Ex Epistolis autem a Principibus, & doctissimis Viris ad eam conscriptis, ne una quidem superfuisset, nisi Patris diligentia aliquot filiæ subreptas, nobis providè servasset; Itaque hæc tantum Helenæ ingenii opera ad posteros transierunt. 1 *Discorsi Accademici*: tres tantùm extant, sed revera eruditissimi. 2. *Magnorum Virorum Elogia septem*, addito *Græco Epigrammate in Natali Augustissimi Josephi Ignatii*, postea Romanorum Imperatoris. 3. *Epistolæ Italicæ, ac Latinæ*: tres tantùm remanent. 4. *Lettera* ovvero *Colloquio di Cristo nostro Redentore all' anima divota, da Gio: Lanspergio Cartusiano in Latina lingua composta, e poi tradotta in Ispagnuolo dal P. F. Andrea Capiglia del medesimo ordine, trasportata finalmente dallo Spagnuolo in Italiano da Helena Cornelia &c., dedicato al Remo Padre Gio: Pavolo Oliva Generale della Compagnia di Gesù*. Pauca quidem, sed ex quibus veluti Leonem ex ungue, Helenæ Ingenium, Doctrinam, ac Pietatem metiri possis. Omnia typis impressa Parmæ anno 1688. apud Rosatum, studio ac operâ D. Benedicti Bacchini, (de quo supra) qui ejusdem Helenæ elegantissimum Vitæ florilegium præmisit Latine; nam ejus Vitam Maximilianus Deza Congregationis Matris Dei doctrinâ, ac sacris literis insignis, luculentissimè descripsit Italicè, ac typis Venetis Antonii Bosii anno 1686. in 4. evulgavit, quo eodem anno ejus Vitam etiam Antonius Lupis literis tradidit Venetiis *per il Curti* sub nomine *Heroidis Venetæ* Italica tamen lingua in 4. At laudatus Bacchinus in sua Ephem. Lit. an. 1687., ubi Helenæ vitam à Deza scriptam refert, exhibet etiam pag. 11. & seq. Elogium satis prolixum ab Helena compositum in laudem Emi Cardinalis Cæsaris de Estrees quod incipit, *Age calame, in tantæ maiestate Purpuræ ne erubescas*, & cætera ibi legenda.

Author vero Diarii Eruditorum Veneti anni 1675. die 1. Dec. pag. 137. refert alium librum ab Helena typis editum nempè

5 *La seconda Corona intrecciata da varii Litterati co' fiori de' loro ingegni per coronar di nuovo il molto Rev. Padre Giacomo Lubrani della Compagnia di Gesù Predicatore nella Chiesa del Ven. Monastero di San Lorenzo, e Corifeo tra gli Oratori di*

Vene-

Venezia nell' anno 1675. dedicata alla Nobiltà Veneta da Elena Lucrezia Cornara Piscopia. In Venezia in 4.

Cæterùm Helenam, tam in vivis agentem, quam demortuam Viri ferè omnes dignitate, ac eruditione summi (ut paulò ante memorati Principes) insuetis honoribus, & laudibus sunt prosequuti. Ex Scriptoribus autem eam laudant Franciscus Macedo in *Medulla Hist. Ecclesiasticæ in Epistola nuncupatoria ad eamdem, & in Lucerna Macedi ad Lucernam Cleantis, pariter in nuncupatoria*. Henricus Senesius in *Encomiis Urbis Venetæ, & Pictura Venetæ Urbis*. Carolus Rinaldinus *Geometriæ l. 3. & in Analytica Mathematum Patavii edit.* 1671. Jo: Palatius *Aquila inter lilia*, Philippus Maria Boninus in *Cyro politico*. Franciscus Fulvius Frugonus; *Ritratti Critici, & Heroina Intrepida*; Christophorus Arnaldus *de Uxore adulterii suspecta*; Joannes Henricus Hottingerus *par. 2. Hist. Ecclesiasticæ novi Testamenti* in nuncupatoria, Jo: Mabillon. par. 1. tom. 1. *Musei Italici*, *Jo: Fridericus Hekelius* dissert. *de Fœminis Literatis*, Christophorus Juanovich. *Minerva al Tavolino*, Jo: Maria Muti, *Rotture del genio, e Penna volante*; Jo: Paulus Oliva *par. 1. & 2. Epistolarum*; Petrus Businus Engadinus Elveticus, qui Elogium Græcum in laudem Helenæ typis dedit Venetiis, anno 1669. apud Mortalem; Jo: Bapt. Vitalis *Capricci serii delle Muse*, Jac. Zoppelli *Trattenimenti poetici*, Jo: Bapt. del Giudice *Poesie Sacre, e Morali*; Ant. Lupis *Amazzone Scozzese*; Christianus Junkerus Dresdensis *Schediasma historicum de Ephemeridibus, sive Diariis Eruditorum pag.* 113. ubi post insignes in Helenam congestas laudes, Lectorem ad acta Erudit. Lips. ann. 1689. pag. 1. remittit, multa ibi de hac Helena reperturum, refert etiam Jo: Cin. Bibl. Volant. pluteo 6. pag. 36. exhibentem orationem parentalem ad Cœnotaphium Helenæ a Francisco Caro (celebris Concionator is fuit (habitam die 28. Julii 1684. impressam Patavii in fol. Greg. Læti *Italia Regnante par. 4. lib. 1. pag.* 43. ubi asserit in Diario Eruditorum Parmensi (quod Bacchini nostri opus est) anni 1687. pag. 9. repræsentari nummum in honorem Piscopiæ cusum, in cujus una parte Piscopiæ facies, & circum eam hæc verba, *Hel. Luc. Cornelia Piscop. fil. Jo. Bapt. D. M. P. Sep. Lin. Orn. Laurea Philosoph. donata Patavii A. S.* 1678. In altera; Concha Unionum quæ aperto ore excipit rorem cœlitus decidentem, addito lemmate, *non sine fenore*. Infrà verò nummi faciem hæc alia verba *Patav. Phil. Colleg. decreto*. Author Diarii Eruditorum Veneti anno 1671. eam plurimum laudat.

Maximilianus Deza in præfatione ejus Vitæ sic habet „ Di D. Helena nulla può „ riferirsi, che non habbia del prodigioso. Fu Donna, e superò nella costanza „ molti huomini, nella dottrina molti Maestri, e molti Religiosi nella Pietà; la „ Natura, e la Grazia gareggiarono per ornarla mirabilmente; Quasi Infante favellò più lingue, Giovanetta sostenne più Cattedre; In Padova Laureata; In Ve„ nezia Principessa d' Academici, visitata da' gran Personaggi, venerata da gran „ Monarchi, come Mostro degli Ingegni, e come Oracolo delle scienze; a cui i „ primi Letterati del Mondo scrissero *Venetæ Minervæ*, e l' applauso di questo no„ stro secolo così erudito inventò nuove forme di lode per acclamarla *Vera Palla*„ *de, Moderna sibilla, Sirena dell' Adria, Gloria del sesso, Fenice del Secolo, Fio*„ *re dell' Anime Belle, quasi Elena della Beltà, più che Lucrezia nella Pudicizia*, „ *e nell' Ingegno miracolo delle Scuole*, e ciò fece una Fanciulla di tenera età, e quasi „ sempre inferma; nondimeno *Pulchriora latent*, e colei che per la scienza fu tanto ce„ lebre, per la Sant. de costumi deve assai più celebrarsi, potendosi applicare il det„ to di S. Agostino, *Pulchior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum*.

Jo: Franchinus in Bibliosophia Minorum Conventualium edita Italicè annò 1693. Mutinæ, in Adjunctis pag. 606. in fine. Novissime Bern. Pez Epist. X. Apolog.

log. anno 1715. in Catal. Scriptorum Ord. nostri pag. 232. & sequen.

Epistolæ vero SS. Inn. XI. Jo. III. Regis Poloniæ, Cardinalis Bullionii, aliorumque doctissimorum Virorum ad Helenam, inter ejus opuscula à Bacchino edita legi possunt pag. 195. Nec tamen prætermitti debet Romanam Infęcundorum Academiam, quæ per id temporis plurimum florebat, cui Helena adscripta fuerat, eidem extinctæ solemniter parentasse, non minus insigni funeris pompâ, quam innumeris, eisque præclarissimis in eam congestis laudibus, Latino, Hetrusco, Græcoque sermone conscriptis, quas Jo. Baptista ejus Pater imprimendas unico libro curavit, inscripto eisdem hoc titulo: *Pompe funebri celebrate dagli Accademici Infecondi per la morte d' Elena Cornara &c.* In Padova per il Cadorino 1686. in fol. parvo; qui Academici Infæcundi alium etiam librum prius ediderant in laudem ejusdem Helenæ cum hoc titulo: *Applausi Accademici alla Laurea Filosofica di Elena &c. composti, e raccolti dall' Accademia degl' Infecondi &c.* Romæ per Giacomo Dragondelli 1679. in 4. Orationem verò funebrem ibidem habuit Michael Bruguerius in Romana Sapientia Artis Rethoricæ Professor.

Ex eo Libro (*Pompe funebri*) duo tantum epigrammata, Latinum unum, Hetruscum alterum, utpote Helenæ virtutes propriùs attingentia, Lectoribus exhibere, haud absre existimavi.

Sigismundi a Sancto Silverio Scol. Piar.

Ne mireris Viator in Sepulchro
Nomen fulgere multiplex Puellæ
Cunas huic dederant Cypris Coronæ,
Et cessit Helenæ venusta forma,
Et Lucretia castitate cessit,
Et Cornelia laude Filiorum,
Tam Spectata minor Nepote gaudet
Ista dicier, arte quam per ævum,
Victuros videt edidisse fœtus,
Gracchis egregiis sublimiores.
Nomen fulgere multiplex, quid inquis?
Laudes consilium; tot hercle dotes
Unum non poterat notare nomen.

Malatestæ Strinati.

Quante lingue hà in suo Regno Ascra, e Hipocrene
L' Adriaca Donna in una lingua accolse
Udir gl' accenti lor, se il labro sciolse
L' antica Roma, e la diserta Atene
Fè di Sion ripullular la spene
Quando al suono Giudeo l' aure rivolse
E se Etrusco cantò la gloria tolse
A le dolci dell' Arno alme Camene.
Contrari nomi unì Gallo, ed Hispano
Seppe in quai voci, i suoi pensier distingua
E l' Orgoglioso Trace e il pio Germano
Ma tace, horche empia morte e che l' estingua
Italia, ahi perdi al fatal colpo strano
L' Epilogo del Mondo in una lingua.

HENRICUS VALLE Pedemontanus Ordinis S. Benedicti, Prior Ecclesiæ S. Michelis Archangeli Novalitii * edidit.

Flores Casuum Conscientiæ, pro Parochis, Confessoribus, Pœnitentibus, ac Sacris

* Novalicia, & Novalicium, pagus est Pedemōtii ad Radices Alpium, vulgò, la Novalese. Baudrāt in Lex. Geograph.

H

cris Ordinibus initiandis. Taurini apud Ubertinum Merulum anno 1624.. Ità prorsus Andreas Rossottus in Sillab. Scriptor. Pedemont. pag. 261. Cæterùm uberiorem de hoc Henrico notitiam adhuc assequi non potui, nec certò scire, an Congr. nostræ Monachus fuerit.

HIERONYMUS ALLIOTTUS Aretinus, ex nobili, ac vetustâ familiâ. Vir in Latinis literis apprimè excultus, qui Xisto IV. Pontifici Max. in scribendis Epistolis operam suam aliquandiù dicavit. In literarum verò studiis addictos mirè propensus, eos, qui inopiâ præmebantur, favore, ac pecuniâ, ut scientiis alacriùs vacarent, pro viribus adjuvabat; quod quidem charitatis officium sibi adolescenti a Hieronimo præstitum, Cardinalis de Monte, Julii III. Pontificis sûmi Patruus, ingenuè profitebatur. Ad hæc religiosæ Pietatis eximius Sectator, cum Monasterii SS. Floræ, & Lucillæ in patria Abbas esset *Commendatarius*, ut ex marmorea inscriptione mox referenda liquet, acceptâ famâ Congr. S. Justinæ (nondum enim Casinensis appellabatur) Sanctitatis fervore per ea tempora celebris, spontè se in Ordinem redigens, & Commendam abrogans, Monasterium suum, ac se ipsum eidem Congr. conjunxit, disciplinamque Mònasticam invictâ constantiâ ibidem restaurans, eam ad extremum usque vitæ spiritum proprio exemplo præeunte accuratissimè custodivit. Itaque Aretinum Monasterium, Abbatum, quibus olim commendatum fuerat, vel avaritiâ, vel negligentiâ (ut plerumque evenit) rei familiaris penuriâ prorsùs depressum, ac possessionibus, redditibusque ferè spoliatum, Hieronymi industriâ, ac reliquis virtutibus in pristinum splendorem, ac opulentiam restitutum, tanti beneficii memoriam, in novi etiam Templi conspicuo loco, supra Januam scilicet, qua ex Ecclesia in Claustrum aditus patet, erecto lapide, quo Hieronymi virtutes, ac merita, insculpta Epigraphe exprimuntur, æternitati consecravit. Quantum vero tùm prudentiâ, & in rebus agendis solertiâ, tùm doctrinâ, ac eruditione præstiterit liquido ostendit

1 *Magnum volumen*, in libros sexdecim distinctum, *Epistolarum* Latinâ linguâ, optimo stylo, nitido, venustoque charactere scriptarum, videlicet Summis Pontificibus, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Principibus, aliisque ill. Viris, privatisque personis: in quo etiam volumine variæ *Orationes*, sive *Conciones* diversis in locis, præcipuè in SS. festivitatibus habitæ, interseruntur. Item.

Alius codex Ms. pariter in f., in quo hæc Opuscula continentur.

2 *De optimo vivendi genere deligendo. Dialogus. De Monachis erudiendis libri duo. Ad Pium II. Pont. Max. Gratulatio pro felici reditu ex Mantuano Conventu. Ad Franciscum Coppinum. Epistolæ quædam. De felici statu Religionis. De futuro statu Ecclesiæ. Contra Religiosos studium improbantes. De Gothis. Defensio pro Pio II., & pro Francisco Coppino. Elegiæ* quædam, & *Epigrammata*, & *unum Poema*, & alia nonnulla.

Quæ omnia in Archivo Abbatiæ Aretinæ adhuc extare ipsemet testis sum oculatus, nam ea duabus vicibus diligentèr lustravi. Præterea patet ex iisdem Epistolis, ab eo plura alia fuisse scripta, nempè.

3 *Vita SS. Floræ, & Lucillæ. Annales Civitatis Aretinæ. Annales Monasterii Aretini. Soliloquia quamplurima. De Familiis Aretinorum Civium.* Qui postremus liber est apud Dominos de Aleottis. Reliqui verò, ubi nam reperiantur, mihi haud est copertum.

Aliud Epistolarum ejus exemplar extat etiam Venetiis apud Cl., ac eruditiss. Bernardum Trivisanum, ex quo Authores Ephemeridum Literatorum Italiæ tom. 3.an. 1713.art. 15. pag. 409., & sequen.exscribunt *Epistolam* ejusdem *Alliotti* ad *S. Antoninum* hortatoriam ad Episcopatum suscipiendum (nam S. Vir constanter eum recusabat) datam Florentiæ anno 1445. die 26. Jan., quæ sanè Epistola,

4 *Summa Sacramenti Pœnitentiæ* ex eruditissimis Commentariis Doctoris Navarri in septem distinctiones de Pænitentia collecta, in qua ea omnia, quæ ad Sacramenti Pœnitentiæ doctrinam pertinent, ejusque ad usum, & quotidianam praxim necessaria esse possunt, breviter, dilucideque explicantur. Venetiis anno 1601. in 8., & iterum ibidem apud Baretium Baretii an. 1615. in fol.

5 *Flores decisionum*, sive *Casuum Conscientiæ, ex doctrina Consiliorum Martini ab Alpiczueta Doctoris Navarri, collecti a D. Gregorio Sayro &c. & juxta librorum Juris Canonici dispositionē in suos titulos distributi, cum annotationibus, & additionibus*. Venetiis anno 1601. apud Baretium, & Soc. in 4., & iterum apud eumdem an. 1627. in fol., & Duaci eodem an. 1627. apud Balthassarem Bellerum in fol. 6. Concinnavit etiam *Epitomem Consiliorum Navarri*, quod est opus diversum ab isto nuper relato, cum titulo *Flores ex doctrina Consiliorum Navarri*, uti prò diverso illud recenset Ghilinus infra citandus; scripsit etiam,

7 *Meditationem in Psalmum*, Miserere mei Deus, *& in Orationem Dominicam, Pater noster*; quæ autographa extat etiam nunc in Casinensi Tabulario.

Sayrum laudant M. Anton. Scipio in Elogiis Abbatum Casin. pag. 168. primæ editionis, in Hieronymo V. Abbate 105., & pag. 190. in Simplicio Caffarello, cujus Sayrus fuerat Præceptor, & in secunda editione pag. 245. ad annum 1595.

Ant. Poss. App. Sac. tom. 1. pag. 592. „ Gregorius Sayrus Anglus, Mona-
„ chus Ord. S. Benedicti, qui Venetiis in Cœnobio Benedictino S. Georgii M. anno
„ 1602. obiit sanctè, ut & sanctè vixerat, paucissimos dies antequàm ex hoc Mun-
„ do decederet, scripsit ad me, qui ejus operum qualitatem de ipso quæsieram,
„ hæc verba; *Ex nostris ea solum a P. V. hactenùs legi potuerunt, quæ antè trien-*
„ *nium de Sacramentis in Communi ex Theologia Scholastica in sex libros distributa,*
„ *& antè biennium de Theologia Morali, seu de Casibus Conscientiæ, & Censuris Ec-*
„ *clesiasticis in libros septem distincta impressa Venetiis in lucem dedimus. Tomus enim*
„ *secundus Theologiæ Moralis in duodecim libros divisus jam sub prælo sudat, reliquos*
„ *duos paulò post, Deo juvante, & vita superstite, edituri* „ Hier. Ghil. vol. 2. pag. 161. insigne in Sayrum scribit Elogium, & primo quidem antè Monachatum, *Robertum* asserit vocatum fuisse, summâ autem vitæ integritate, suavitate morum, singularique modestiâ Deo, & Hominibus amabilem se reddidisse. Solidissimi ingenii, & memoriæ felicissimæ dotibus ornatum deprædicat. In Cantabrigensi Academia literarum rudimenta posuisse commemorat, & ad singularem eruditionis famam intèr Literatos pervenisse; Indè ob Catholicam Religionem expulsum (sæviente in Anglia impia Elisabeth) in Galliam migrasse, & Rhemis in Anglicano Collegio intermissa studia repetivisse. Postea venisse Romam, & in Anglicano pariter Collegio Theologiæ operam dedisse, eo quidèm successu, ut perfectissimus Theologus evaserit, eamque postea facultatem (nostris utique adscriptum) in Casin. Archisterio sedulò docuisse. Demum Venetias perrexisse, ibique in Cœnobio S. Georgii M. ad obitum usque mansisse (ut operum suorum impressioni præsens incumberet); denique ejus opera maximā apud doctos laudem invenisse, & non minorem legentibus peperisse utilitatem: hæc ille. Meminit ejus Georgius Matthias Conigius Bibl. Vet., & Nov. Alstorfii edita 1678. col. 1. Gabr. Buc. in Benedict. Rediv. ad annum 1594. Orbi Catholico, in suis doctissimis, ac solidè Theologicis lucubrationibus Sayrum notissimum prædicat. Angelus de Nuce Archiep. Rossan. in Notis ad Chron. Cas. lib. 4. cap. 108. num. marg. 2013. vocat Sayrum vitæ sanctimoniâ venerabilem, editis voluminibus clarum. Jo. Mabillon. in Bibl. Eccl. Mabillonica, seu in Catalogo selectiorum operum, meliorumque editionum ad Bibl. ex materiis Eccles. comparandam

num.

num. 12. in calce Tract. de Studiis Monasticis impress: inter selectiores Doctores Casuum Conscientiæ Sayrum numerat editionis Antuerpiæ factæ anno 1619., & Duaci 1620. Jul. Amb. Luc. in Ital. Sac. restrict. auct. pag. 1018. Bernard. Pez epist. X. Apol. pag. 223.

Novissimè ejus perhonorificam mentionem facit Felix Egger Ideà Ord. Hier. Bened., lib. 2. par. 3. dissert. 8. pag. 558., & seq. quùm de Theologis, & pag. 562. quùm de Canonistis sermonem habet, vocat eum *Theologum accuratissimum, & simul Juristam, ut possit esse instar trium Jurisconsultorum teste P. Gobat Vindic. Theolog. n. 476.*

GREGORIUS VITERBIENSIS, familià de Pisonibus, Casini similiter Religioni Monasticæ se se addixit anno 1521. die 24. Nov. Celebris habitus est, tàm Juris utriusque scientiâ, quam sacrarum literarum serventissimo studio, cujus uberes fructus fuere doctissimæ ab eo scriptæ.

Homiliæ tres super Evangelium Joannis, in Principio erat Verbum. Quarum prima sic incipit, *Dicibilis sermo &c.* 2. *In principio erat Varbum.* 3. *Non licet filiis Veritatis.* Erant Mss. apud D. Constant. Cajet., teste Arnoldo Wione, qui de eo agit Lign. Vit. lib. 2. c. 68. pag. 421 ubi ait, eum scripsisse tàm piè, quam doctè &c. De eo etiam Plac. Rom. in supplem. de Vir. Illust. Casinen. cap. 10. pag. 119. editionis Romanæ anno 1655., ubi vocatur *J. U. Doctissimus*, & Jo. Bapt. Marus in Annotat. ad eundem Jul. Ambrosf. Luc. in Ital. Sacr. restrict. aucta &c. pag. 986., *ejus lumen Ingenii resplenduisse in tribus Homiliis &c.* Floruisse anno Domini 1540. Constant. Cajet. de Religiosa S. Ignatii Institutione lib. 1. pag. 59. eum vocat Juris Consultum, S. Theologiæ Professorem, & Commentatorem, ac probatissimæ in administrationibus plurimis prudentiæ, & pietatis, qui anno 1538. unà cum Angelo de Faggiis, & Benedicto Canophilo Sangrinis, Abbatis sui jussu Sanctum Ignatium Loyolam instituendum, & adjuvandum in condendis Societ. legibus libentissimè suscepit. De qua tamen re Lectori est recolendum, quod supra diximus pag. 127., & seq. in eodem Constan. Cajet. Venetiis in Bibliotheca S. Georgii Majoris extant Gregorii Viterbiensis. *De suprema Theologia Homiliæ* tom. 1. in fol. num. 518.

GREGORIUS URBANUS Romanus a Cœnobii Farfensis Monachis in Sodalem est cooptatus anno 1611. die 12. Septemb., & postea Prior S. Mariæ de Cæsena, ac etiam nostræ Congr. Abbas *Titularis* S. Matthæi est constitutus, qui, ut erat Religiosis ornatus moribus, solitudinis, studiorumque amantissimus, Sacræ Scripturæ intelligendæ, ac explanandæ totus incubuit; deindè Monasterii sui antiquitatibus illustrandis sedulam operam impendit; floruit anno 1646. scripsit

1 *Summaria*, seu *Brevia Commentaria in omnes omninò libros veteris testamenti*, quæ discipulis tradebat, & explicabat.

2 *Propugnaculum Fidei contra Hebræos. De Adventu, & Divinitate Messiæ Quæstiones quatuor*; In quarum 1. Pluralitas Personarum in Deo probatur per authoritates ab Hebræis receptas. In 2. Messiam non esse Hominem purum, sed Deum, & Hominem. In 3. tempus adventus Messiæ transisse in præteritum. In 4. demùm Jesum Nazarenum fuisse, & esse verum Messiam. Accedit *brevis tractatus de sensuum pluralitate.* Extat Ms. in Biblioth. S. Georgii Majoris Venet. Ms. in fol. sign. numero 318.

3 *Chronicon*, *seù Annales*, *sacri*, *& Imperialis Monasterii Farfensis in duos libros distinctum*, in quorum primo agitur de rebus, quæ acciderunt sub Abbatibus, tàm Claustralibus ab origine Monasterii, quam sub Commendatariis. In 2. verò de rebus gestis sub Casinensibus, nec non de iis, quæ evenerunt eorum temporibus summatim, ac facili stylo apprimè differitur in fol. majori. Chroni-

con autem Farfense antiquum scripserat, olim alius itèm *Gregorius Catinensis* dictus, quia filius Comitis Montis Catini in Sabinis, vulgò *Poggio Catino*, Monachus pariter Farfensis tomis tribus, scilicet ab anno 705. usque ad annum 1140. & alius etiam Farfensis Monachus ejus Synchronus quartum addiderat tomum, qui est Regestum Bullarum, & Diplomatum à Pontificibus, & Cæsaribus, aliisque Principibus Viris Farfensi Monasterio concessorum. Fuit hic Joan. Monachus, Grammaticus, ut se ipsum appellat. Floruerunt autem ambo tempore Henrici IV. Romanorum Imperatoris, eorumque opus extat Farfæ, ubi illud vidit etiam Mabillonius, ut ipsemet asserit Itin. Ital. tom. 1. par. 2. pag. 62., & seq., dicitque horum veterum Chronicorum partem aliquam editam fuisse à Chesnio, sed truncam, laceram, mutilamque. Ex quibus, Gregorio nempe Catinensi, & Joanne Grammatico, Gregorius Urbanus tanto post tempore Chronicon suum, sive Annales desumpsit, & facili stylo in compendium, quæ ab illis magnis voluminibus antea digesta fuerant, redegit, ordinavit, supplevit &c., additis, quæ post illorum tempora, & quæ sub Congreg. Casin. evenerunt: Antiquum Chronicon Farfense nuperrimè typis traditum est Mediolani a Societate Palatina Par. 2. Tom. 11. Collect. Script. Rer. Italicar. Sed deest 4. Tomus Diplomatum &c. quod meà quidem Sententia, longe majus operæ pretium fuisset edere, quia nimirum Palatini Socii ejus copiam minime habere potuerunt.

Fronti autem ejusdem Chronici, Farfæ existentis, recenti charactere, talis præponitur titulus ibidem novissimè à me visus, & exscriptus ann. scilicet 1727. die 2. Aprilis. *Sacri, ac Imperialis FARFENSIS Cœnobii insigne REGESTUM, Omnium Historicorum acclamatione celeberrimum; Sacræ Romanæ Rotæ Oraculis decoratum, Farfensium Monumentorum, post Gothicam, Wandalicam, & Agarenicam devastationem, Temporumque edacitatem, refertissimum Promptuarium; Gregorii Catinensis Monachi diligenti, & indefesso labore congestum. Ab Anno DCCV. ad Annum MCXL. prolatatum; Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, Procerumque, Visitationibus, Donariis, Privilegiis, Exemptionibus, & Gratiis insignitum; Vetustissimæ Romanorum, Longobardorum, Francorumque, Nobilitatis Assertivum; ad majorem Dei gloriam, Cœnobii splendorem, cæterorumque utilitatem. In Farfensi Sacrario, à Monachis Casinensibus summâ diligentiâ, ac vigilantiâ, Palladii instar, asservatur; D. C. M. A. C.; Horum Arcanorum, Inspector, Perscrutator, & Admirator, L. P.* Quæ idcirco hic notare voluimus, ut Margarini nostri diligentia, & de pretiosissimo Antiquitatis Thesauro benemerendi studium hinc etiam cunctis appareat.

Idest ut; ego quidem sum interpetratus. D. Cornelius Margarinus Abbas Casinen. Libens Posuit.

Cæterum narrat Urbanus in principio suorum Annalium, primum Farfensis Chronici Authorem fuisse alium item Gregorium, Catinensi antiquiorem, qui scripsit an. Dom. 860. ab origine Monasterii Farfensis 430. Cujus tamen Chronicon amplius non extat, paucæ vero paginæ, quæ adhuc supersunt, præ vetustate legi vix possunt. Catinensis vero Gregorius prosequens opus primi Gregorii scripsit anno 1090. ab origine Monasterii 660., a primo Gregorio 230., ita Urbanus, qui item scripsit

4 *Santa Cecilia*, quam puto Comœdiam, vel Tragædiam sacram; illam enim non vidi. Hæc omnia Mss. extant in Farfensi Monasterio, & alibi, nam *Chronicon* Gregorii Urbani extat etiam in nostra D. Pauli Bibl., & *Commentaria in vetus Testamentum* erant quoque apud D. Felicem Romanum, qui postea fuit Abbas, & Procurator Generalis (de quo supra L. F.) nunc vero in eadem D. Pauli Bibl. Composuit etiam aliud opusculum pagg. 30. in fol. cui hunc titulum præposuit.

5 *Confessionale Generale* pro Pœnitentibus continens singulas materias ad perexactã Confessionem concernentes. Est Ms. a me visum an. 1730. apud D. Hippolytum

Pu-

Pugnettum Monachum, & Decanum in S. Petro de Asisio. Incipit; *De P. Præcepto. De Fide. In Deum non credere, aut ei debitum cultum non tribuere* &c. concluditur; *Exercentes artem Alchimiæ, vel quid simile*. Meminit ejus cum laude Plac. Puc. in Chronico Glassiatensi pag. 274., & seq. In nostris Regestis pag. 296. in margine *Abbas Titul. ex Priore regiminis multa scripsit*.

GULIELMUS DE HIERACI Siculus, Patriâ Panormitanus, Professus Monasticam Regulam in S. Martino de Scalis, ejusdemque Monasterii postea Abbas, an. scilicet 1502., antequam nempè Monasteria Siciliæ nostræ unirentur Congr. quod evenit anno 1505. ipso Gulielmo adhuc in vivis agente, & Abbate S. Martini, imò antequam fieret prædicta unio, Gulielmus jam extiterat Præses totius Siculæ Congr., floruit egregià doctrinà, & insigni eruditione, ut attestantur ab eo conscripti

1 *De Apocalypsi l. 2.* & 2. *Historia sacra à mundi constitutione, ad sua usque tempora*; Quæ duo opera Mss. servantur in Bibl. Monasterii Sublacensis.

De eo Rocchus Pyrrhus lib. 4. de Abbatiis Siciliæ pag. 184., & Ant. Mang., Bibl. Sicula parte prima pag. 265.



H



ELENA LUCRETIA (quæ & SCHOLASTICA) Venetiis nata anno 1645. die 5. Junii ex patritiâ, ac perantiquâ familiâ Corneliâ Piscopiâ, præcipuis in ea Republica muneribus, amplissimisque olim in Oriente dominiis longè clarissimâ, Jo. Baptistâ, ac Joannâ, Procuratoriâ D. Marci dignitate conspicuis, Parentibus, adeò insuetâ ingenii, morumque virtute supra sexum effulsit, ut omnium linguis, veluti suæ ætatis miraculum, celebraretur; nam propemodum septennis literarum studiis addicta, monitu Jo. Baptistæ Fabris, Viri pietate, ac doctrinâ insignis, qui omnium primus egregias ejus animi dotes haud falsò deprehendit, brevi admodum temporis spatio eo pervenit, ut tredecim tantùm annos nata, jam Græcam, Hebraicam, præter Hispanicam, & Gallicam linguas exactè prorsus calleret, atque Arabicam etiam non leviter attingeret. At in humanioribus literis quantùm profecerit, testantur ejus elogia, & Academicæ Orationes, quæ quidem extant. Philosophiam deinde didicit à Carolo Rinaldino nobili Anconitano, Philosophiæ, ac Matheseos ex prima sede Patavii celebri Professore, qui subinde affirmare solebat, Helenam sibi non Alumnam, sed Parentem potius scientiarum videri. Theologiam verò ab Hipp. Marchetto Camerte Congr. Oratorii S. Philippi Nerii, Religionis, ac scientiæ famà notissimo. Inauditâ igitur Viraginis doctrinâ, ac eruditione in admirationem adducti Patavini Collegii Patres, reluctantem licet, & nonnisi ex Parentum imperio annuentem, Philosophicâ Laureà publicè, ac solemniter eam donaverunt, Artiumque, ac Philosophiæ Magistram, & Doctricem unico prorsus ad eam diem exemplò, instituerunt; Nam postea mulier etiam Genuensis id honoris assequuta est, M. scilicet Helena Lusignani, sub disciplina Jo: Chrysostomi Mascalchi Ord. Minor. Conv.; Quinimo Theologicæ etiam facultatis magisterium ei detulissent, doctissimis quibuscumque Italiæ, & Galliæ affirmantibus, singulare hocce exemplum D. Pauli interdicto haud dissonum futurum (quamvis aliis aliter visum) nisi morbi, qui deinceps Helenam perpetuò divexarunt, reliquum hunc honorem illi invidissent. Nihil tamen obstitit, quin præter septem, quas optimè intelligebat linguas, præter Philosophiæ, ac Theologiæ consumatam peritiam, Musica quoque, ac Poetica arte, Mathesi, & Astronomiâ fieret admodum erudita, cujus sane eruditionis insigne inter alia specimen dedit, cum anno 1670. ætatis suæ 24. coram Sereniss. Cardinale Hassiæ-Lantgravio ex tempore de Sphera doctissimè disseruit. Fama enim Virtutis ejus longè, lateque pervadente, quotquot vel dignitate, vel doctrinâ eminentes Viri Italiam adibant, Venetias quoque, aut Patavium divertebant, ut hanc Helenam, Græca utique ob animi virtutem longe pulchriorem, inviserent, doctrinæque ejus periculum facerent, quos inter, præter laudatum Lantgravium, Bullionius etiam, & Estræus Cardinales fuerunt. Celebriores quoque per Italiam Academiæ certatim eam sibi adsciverunt, ac *Pacifici* quidem Veneti Academiæ suæ Principē eam constituere; Eò Helenæ doctrina pervenit! Sed longè ulterius Religio, ad quam toto cordis impetu ab ipsis pene incunabulis ferebatur. Anno siquidem ætatis septimo pompas, spectacula, mundumque muliebrem penitus aspernata, solitudini dedita, jam parentes ipsos, ac familiares ad Pietatis opera exhortabatur, anno autem undecimo Virginitatem Deo vovens, eam ad obitum usque illibatam servavit. Cum vero a quodam Germaniæ Principe

cipe

cipe ad nuptias posceretur, & Parentes; ut a recusante consensum extorquerent, voti dispensationem à Summo Pontifice amplo diplomate impetravissent. id ubi Helena accepit, confestim a D. Cornelio Codanino Veneto, Abbate S. Georgii M. vitæ integerrimæ laude, & senio venerabili, multis cum lacrymis Sanctimonialis Benedictinæ nigram vestem sub laicis vestibus deferendam obtinuit. ac votum Virginitatis renovans, Regulæ nostræ observationem, quantum mundi species pateretur, promisit, & admodum quidem accurate pro viribus custodivit, interula se lanea, ac jejuniis, ciliciis, variisque carnis macerationibus discrucians. In ea regularis voti, licèt privata nuncupatione, Monasticum *Scholasticæ* sibi nomen assumpsit, quo se quoties Confessario, nostrisque Patribus literas daret, subscribebat. Id ut perfecit, parentes adit, eisque disertè admodum profitetur, & si, ad totius Orbis Monarchæ thorum expeteretur, nunquam se tamen hac in re parentibus morem gesturam. His animi virtutibus insignita, de se tamen non nisi demississimé sentiebat, nec Præceptricis lauream admisisset umquam, nisi obedientiâ adigente, eâ nihilominus verecundiâ, ut paulò post ob adhibitam sibi, in illa animi pugna (haud parva utiquè) violentiam, pectoris ejus vena disrumperetur, similique luctamine, quoties eruditionis suæ specimen publicè exhibere cogeretur, vexata, annos sibi vitæ adimi, finemque accelerari talibus discriminibus non semel protestata sit. Salutis animarum studiosissima. ut duo Judæi a Sacro Concionatore ad veram fidem perducerentur, linguæ Hebraicæ, qua Helena pollebat, notitia, argumenta, ex ipsis fontibus petita illi indicando, potissimum in causa fuit. Erga egenos autem, & ægrotos valdè misericors, eisdem propriis manibus frequenter inserviebat: sed ipsa diutinis, acerbisque morbis, invictâ patientiâ toleratis, immaturè nimis ad extrema devenit Patavii anno 1684. die 26. Julii ætatis suæ 38., triduo ante obitum a Sanctissima Deiparente, ac B. Helena, (cujus corpus Venetiis incorruptum colitur in Insula, ex ejus nomine nuncupata) ut quidam ferunt, visitata. Corpus suavi odore cuncta perfundens, Monastico cucullo indutum cum Magisterii insignibus. quatuor Doctorum manibus ad D. Justinæ templum celebri pompa delatum, post solemnem parentationem, funebremque ex Collegii decreto Panegyrim in ipso Monachorum Monumento conditum est, insculpta hac Epigraphe à D. Jo: Hieronymo Textoris Monacho (postea etiam Abbate), & in Patavino Gymnasio Sacrarum literarum Interprete, elaborata.

D. O. M.

HELENÆ, LUCRETIÆ CORNELIÆ PISCOPIÆ

Joannis Baptistæ D. M. Procuratoris Filiæ,

Quæ moribus, & doctrinâ supra sexum, & Laureâ ad memoriam posteritatis insignis, Privatis votis coram Cornelio Codanino Abbate S. Georgii M. emissis, S. Benedicti Institutum ab ineunte ætate complexa, & Religiosè prosequuta, In Monachorum conditorium, ut vivens optaverat, post acerba fata, admissa est. Monachi H. M. PP. anno Domini 1684.

Plumbeæ vero laminæ inter Cupressinam arcam hoc elogium inscriptum fuit.

Helena Lucretia Cornelia Piscopia, nobilis Veneta, manimi nominis Virgo, & D. Benedicto sponte dicata, Hebraici, Latini, Græcique sermonis Attici, & Neoterici supra Hispanicum, Gallicum, & Italicum peritissima, quos cantus suavitate mirè exornabat, In scientiis omnibus præcellens, doctorali laureâ, Patavii 1678. 25. *Junii publicè donata, & Doctrix in Cathedrali Ecclesia declaratur; cujus fama, & scriptis permoti Summus Pontifex Innocentius XI., & Joaanes III. Poloniæ Rex, literis Apostolicis* 4. *Maii, & Regiis* 14. *Junii* 1684. *eamdem visitarunt. atque Romanorum Imperator Leopoldus, sed & Carolus V. Lotharingiæ Dux mirificè commen-*

mendarunt, & alii Principes summis honoribus cumularunt; at mortalem hanc gloriam eodem anno, die 26. Julii, hora 18., in immortalem commutavit, ut duplicem Virg., & Doct. Laureolam susciperet in Cçlis, ætatis suæ 38., mæstissimo parente Joanne Baptista D. Marci Procuratore superstite.

Cœnotaphium vero, cum tumulo honorario, statuis, signisque marmoreis ornatum in D. Antonii Patavini æde excitatum (nam in D. Justinæ Templo nihil hujusmodi cuipiam extruere licet) tale est.

D. O. M.

Helenæ Lucretiæ Corneliæ Piscopiæ, Jo. Baptistæ D. Marci Procuratoris Filiæ, Heroinæ animi celsitudine, pietate, castimoniâ, omni litteratura, & septem linguarum peritiâ, singulari, tùm aliis Europæ Magnatibus, tùm vel maximè ab Innocentio XI. P. M. perhonorifico diplomate, & ab Jo: III. Poloniæ Rege datis ad eam Epistolis summopere commendatæ, quæ, posthabitis Virorum Principum connubiis, ante D. Benedicti Antistites, Deo primùm Virginitatem vovit; post amplissimis ædibus in Ascateria, & Peripatum conversis, ferreis uncis membra, diutinis, philosophicisque contemplationibus mentem acriùs exercuit; demum in celebri Patavino Collegio, unico post hominum memoriam exemplo, Philosophiæ Lauream solemniter adepta, coronam prævenit, quam ipsi morum innocentia augurabatur in Cçlo. Obiit Patavii anno 1683. 26. Julii ætatis suæ anno. 38.

Ex ejus lucubrationibus literariis, quamvis plurimas scripserit, paucæ tamen supersunt, quòd modestiæ magis, quam famæ consulens, ferè omnes flammis donaverit, & paucas admodum, easque ex obedientiæ præscripto, prælo concesserit. Ex Epistolis autem a Principibus, & doctissimis Viris ad eam conscriptis, ne una quidem superfuisset, nisi Patris diligentia aliquot filiæ subreptas, nobis providè servasset; Itaque hæc tantum Helenæ ingenii opera ad posteros transierunt. 1 *Discorsi Accademici*: tres tantùm extant, sed revera eruditissimi. 2. *Magnorum Virorum Elogia septem*, addito *Græco Epigrammate in Natali Augustissimi Josephi Ignatii*, postea Romanorum Imperatoris. 3. *Epistolæ Italicæ*, ac *Latinæ*: tres tantùm remanent. 4. *Lettera ovvero Colloquio di Cristo nostro Redentore all' anima divota, da Gio: Lanspergio Cartusiano in Latina lingua composta, e poi tradotta in Ispagnuolo dal P. F. Andrea Capiglia del medesimo ordine, trasportata finalmente dallo Spagnuolo in Italiano da Helena Cornelia &c., dedicato al Remo Padre Gio: Pavolo Oliva Generale della Compagnia di Gesù*. Pauca quidem, sed ex quibus veluti Leonem ex ungue, Helenæ Ingenium, Doctrinam, ac Pietatem metiri possis. Omnia typis impressa Parmæ anno 1688. apud Rosatum, studio ac operâ D. Benedicti Bacchini, (de quo supra) qui ejusdem Helenæ elegantissimum Vitę florilegium præmisit Latine; nam ejus Vitam Maximilianus Deza Congregationis Matris Dei doctrinâ, ac sacris literis insignis, luculentissimè descripsit Italicè, ac typis Venetis Antonii Bosii anno 1686. in 4. evulgavit, quo eodem anno ejus Vitam etiam Antonius Lupis literis tradidit Venetiis *per il Curti* sub nomine *Heroidis Venetæ* Italica tamen lingua in 4. At laudatus Bacchinus in sua Ephem. Lit. an. 1687., ubi Helenæ vitam à Deza scriptam refert, exhibet etiam pag. 11. & seq. Elogium satis prolixum ab Helena compositum in laudem Emi Cardinalis Cæsaris de Estrees quod incipit, *Age calame, in tantæ maiestate Purpuræ ne erubescas*, & cętera ibi legenda.

Author vero Diarii Eruditorum Veneti anni 1675. die 1. Dec. pag. 137. refert alium librum ab Helena typis editum nempè

5 *La seconda Corona intrecciata da varii Litterati co' fiori de' loro ingegni per coronar di nuovo il molto Rev. Padre Giacomo Lubrani della Compagnia di Gesù Predicatore nella Chiesa del Ven. Monastero di San Lorenzo, e Corifeo tra gli Oratori di Vene-*

Venezia nell' anno 1675. dedicata alla Nobiltà Veneta da Elena Lucrezia Cornara Piscopia. In Venezia in 4.

Cæterùm Helenam, tam in vivis agentem, quam demortuam Viri ferè omnes dignitate, ac eruditione summi (ut paulò ante memorati Principes) insuetis honoribus, & laudibus sunt prosequuti. Ex Scriptoribus autem eam laudant Franciscus Macedo in *Medulla Hist. Ecclesiasticæ in Epistola nuncupatoria ad eamdem, & in Lucerna Macedi ad Lucernam Cicantis, pariter in nuncupatoria*. Henricus Sennesius in *Encomiis Urbis Venetæ, & Pictura Venetæ Urbis*. Carolus Rinaldinus *Geometriæ l. 3. & in Analytica Mathematum Patavii edit.* 1671. Jo: Palatius *Aquila inter lilia*, Philippus Maria Boninus in *Cyro politico*. Franciscus Fulvius Frugonus; *Ritratti Critici*, & *Heroina Intrepida*; Christophorus Arnaldus *de Uxore adulterii suspecta*. Joannes Henricus Hottingerus *par. 2. Hist. Ecclesiasticæ novi Testamenti* in nuncupatoria. Jo: Mabillon. par. 1. tom. 1. *Musei Italici*, *Jo: Fridericus Hekelius* dissert. *de Fœminis Literatis*, Christophorus Juanovich. *Minerva al Tavolino*, Jo: Maria Mutì, *Rotture del genio*, *e Penna volante*, Jo: Paulus Oliva *par. 1. & 2. Epistolarum*; Petrus Businus Engadinus Elveticus, qui Elogium Græcum in laudem Helenæ typis dedit Venetiis, anno 1669. apud Mortalem; Jo: Bapt. Vitalis *Capricci serii delle Muse*, Jac. Zoppelli *Trattenimenti poetici*, Jo: Bapt. del Giudice *Poesie Sacre, e Morali*; Ant. Lupis *Amazzone Scozzese*; Christianus Junkerus Dresdensis *Schediasma historicum de Ephemeridibus, sive Diariis Eruditorum pag.* 113. ubi post insignes in Helenam congestas laudes, Lectorem ad acta Erudit. Lipsi: ann. 1689. pag. 1. remittit, multa ibi de hac Helena repertorum, refert etiam Jo: Cin. Bibl. Volant. pluteo 6. pag. 36. exhibentem orationem parentalem ad Cœnotaphium Helenæ a Francisco Caro (celebris Concionator is fuit) habitam die 28. Julii 1684. impressam Patavii in fol. Greg. Læti *Italia Regnante par. 4. lib. 1. pag. 43.* ubi asserit in Diario Eruditorum Parmensi (quod Bacchini nostri opus est) anni 1687. pag. 9. repræsentari nummum in honorem Piscopiæ cusum, in cujus una parte Piscopiæ facies, & circum eam hæc verba, *Hel. Luc. Cornelia Piscop. fil. Jo. Bapt. D. M. P. Sep. Lin. Orn. Laurea Philosoph. donata Patavii A. S.* 1678. In altera; Concha Unionum quæ aperto ore excipit rorem cœlitus decidentem, addito lemmate, *non sine fœnore*. Infrà verò nummi faciem hæc alia verba *Patav. Phil. Colleg. decreto*. Author Diarii Eruditorum Veneti anno 1671. eam plurimum laudat.

Maximilianus Deza in præfatione ejus Vitæ sic habet: „ Di D. Helena nulla può „ riferirsi, che non habbia del prodigioso. Fu Donna, e superò nella costanza „ molti huomini, nella dottrina molti Maestri, e molti Religiosi nella Pietà; la „ Natura, e la Grazia gareggiarono per ornarla mirabilmente; Quasi Infante favel- „ lò più lingue, Giovanetta sostenne più Cattedre; In Padova Laureata; In Ve- „ nezia Principessa d' Academici, visitata da' gran Personaggi, venerata da gran „ Monarchi, come Mostro degli Ingegni, e come Oracolo delle scienze; a cui i „ primi Letterati del Mondo scrissero *Venetæ Minervæ*, e l' applauso di questo no- „ stro secolo così erudito inventò nuove forme di lode per acclamarla *Vera Palla- „ de*, *Moderna Sibilla*, *Sirena dell' Adria*, *Gloria del sesso*, *Fenice del Secolo*, *Fio- „ re dell' Anime Belle*, *quasi Elena della Beltà*, *più che Lucrezia nella Pudicizia*, „ *e nell' Ingegno miracolo delle Scuole*, e ciò fece una Fanciulla di tenera età, e quasi „ sempre inferma; nondimeno *Pulchriora latent*, e colei che per la scienza fu tanto ce- „ lebre, per la Sant. de costumi deve assai più celebrarsi, potendosi applicare il det- „ to di S. Agostino, *Pulchior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum*.

Jo: Franchinus in Bibliosophia Minorum Conventualium edita Italicè annò 1693. Mutinæ, in Adjunctis pag. 606. in fine. Novissime Bern. Pez Epist. X. Apolog.

log. anno 1715. in Catal. Scriptorum Ord. nostri pag. 232. & sequen.

Epistolæ vero SS. Inn. XI. Jo. III. Regis Poloniæ, Cardinalis Bullionii, aliorumque doctissimorum Virorum ad Helenam, inter ejus opuscula à Bacchino edita legi possunt pag. 195. Nec tamen prætermitti debet Romanam Insęcundorum Academiam, quæ per id temporis plurimum florebat, cui Helena adscripta fuerat, eidem extinctæ solemniter parentasse, non minus insigni funeris pompâ, quam innumeris, eisque præclarissimis in eam congestis laudibus, Latino, Hetrusco, Græcoque sermone conscriptis, quas Jo. Baptista ejus Pater imprimendas unico libro curavit, inscripto eisdem hoc titulo: *Pompe funebri celebrate dagli Accademici Infecondi per la morte d' Elena Cornara &c.* In Padova per il Cadorino 1686. in fol. parvo; qui Academici Infæcundi alium etiam librum prius ediderant in laudem ejusdem Helenæ cum hoc titulo: *Applausi Accademici alla Laurea Filosofica di Elena &c. composti, e raccolti dall' Accademia degl' Infecondi &c.* Romæ per Giacomo Dragondelli 1679. in 4. Orationem verò funebrem ibidem habuit Michael Bruguerius in Romana Sapientia Artis Rethoricæ Professor.

Ex eo Libro (*Pompe funebri*) duo tantum epigrammata, Latinum unum, Hetruscum alterum, utpote Helenæ virtutes propriùs attingentia, Lectoribus exhibere, haud absre existimavi.

Sigismundi a Sancto Silverio Scol. Piar.

Ne mireris Viator in Sepulchro
Nomen fulgere multiplex Puellæ
Cunas huic dederant Cypris Coronæ,
Et cessit Helenæ venusta forma,
Et Lucretia castitate cessit,
Et Cornelia laude Filiorum,
Tam Spectata minor Nepote gaudet
Ista dicier, arte quam per ævum,
Victuros videt edidisse fœtus,
Gracchis egregiis sublimiores.
Nomen fulgere multiplex, quid inquis?
Laudes consilium: tot hercle dotes
Unum non poterat notare nomen.

Malatestæ Strinati.

Quante lingue ha in suo Regno Ascra, e Hipocrene
L' Adriaca Donna in una lingua accolse
Udir gl' accenti lor, se il labro sciolse
L' antica Roma, e la diserta Atene
Fè di Sion ripullular la spene
Quando al suono Giudeo l' aure rivolse
E se Etrusco cantò la gloria tolse
A le dolci dell' Arno alme Camene.
Contrari nomi unì Gallo, ed Hispano
Seppe in quai voci, i suoi pensier distingua
E l' Orgoglioso Trace e il pio Germano
Ma tace, horche empia morte e che l' estingua
Italia, ahi perdi al fatal colpo strano
L' Epilogo del Mondo in una lingua.

HENRICUS VALLE Pedemontanus Ordinis S. Benedicti, Prior Ecclesiæ S. Michelis Archangeli Novalitii * edidit.

* Novalicia, & Novalicium, pagus est Pedemōtii ad Radices Alpium, vulgò, la Novalese. Baudrāt in Lex. Geograph.

Flores Casuum Conscientiæ, pro Parochis, Confessoribus, Pænitentibus, ac Sacris

cris Ordinibus initiandis. Taurini apud Ubertinum Merulum anno 1624.. Ità prorsus Andreas Rossottus in Sillab. Scriptor. Pedemont. pag. 261. Cæterùm uberiorem de hoc Henrico notitiam adhuc assequi non potui, nec certò scire, an Congr. nostræ Monachus fuerit.

HIERONYMUS ALLIOTTUS Aretinus, ex nobili, ac vetustà familià. Vir in Latinis literis apprimè excultus, qui Xisto IV. Pontifici Max. in scribendis Epistolis operam suam aliquandiù dicavit. In literarum verò studiis addictos mirè propensus, eos, qui inopià præmebantur, favore, ac pecunià, ut scientiis alacriùs vacarent, pro viribus adjuvabat; quod quidem charitatis officium sibi adolescenti a Hieronimo præstitum, Cardinalis de Monte, Julii III. Pontificis sūmi Patruus, ingenuè profitebatur. Ad hæc religiosæ Pietatis eximius Sectator, cum Monasterii SS. Floræ, & Lucillæ in patria Abbas esset *Commendatarius*, ut ex marmorea inscriptione mox referenda liquet, acceptà famà Congr. S. Justinæ (nondum enim Casinensis appellabatur) Sanctitatis fervore per ea tempora celebris, spontè se in Ordinem redigens, & Commendam abrogans, Monasterium suum, ac se ipsum eidem Congr. conjunxit, disciplinamque Mònasticam invictâ constantià ibidem restaurans, eam ad extremum usque vitæ spiritum proprio exemplo præeunte accuratissimè custodivit. Itaque Aretinum Monasterium, Abbatum, quibus olim commendatum fuerat, vel avaritià, vel negligentià (ut plerumque evenit) rei familiaris penurià prorsùs depressum, ac possessionibus, redditibusque ferè spoliatum, Hieronymi industrià, ac reliquis virtutibus in pristinum splendorem, ac opulentiam restitutum, tanti beneficii memoriam, in novi etiam Templi conspicuo loco, supra Januam scilicet, qua ex Ecclesia in Claustrum aditus patet, erecto lapide, quo Hieronymi virtutes, ac merita, insculpta Epigraphe exprimuntur, æternitati consecravit. Quantum vero tùm prudentià, & in rebus agendis solertià, tùm doctrinâ, ac eruditione præstiterit liquido ostendit

1 *Magnum volumen*, in libros sexdecim distinctum, *Epistolarum* Latinà linguà, optimo stylo, nitido, venustoque charactere scriptarum, videlicet Summis Pontificibus, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Principibus, aliisque ill. Viris, privatisque personis: in quo etiam volumine variæ *Orationes*, sive *Conciones* diversis in locis, præcipuè in SS. festivitatibus habitæ, interseruntur. Item.

Alius codex Ms. pariter in f., in quo hæc Opuscula continentur.

2 *De optimo vivendi genere deligendo. Dialogus. De Monachis erudiendis libri duo. Ad Pium II. Pont. Max. Gratulatio pro felici reditu ex Mantuano Conventu. Ad Franciscum Coppinum. Epistolæ quædam. De felici statu Religionis. De futuro statu Ecclesiæ. Contra Religiosos studium improbantes. De Gothis. Defensio pro Pio II., & pro Francisco Coppino. Elegiæ* quædam, & *Epigrammata*, & *unum Poema*, & alia nonnulla.

Quæ omnia in Archivo Abbatiæ Aretinæ adhuc extare ipsemet testis sum oculatus, nam ea duabus vicibus diligentèr lustravi. Præterea patet ex iisdem Epistolis, ab eo plura alia fuisse scripta, nempè.

3 *Vita SS. Floræ, & Lucillæ. Annales Civitatis Aretinæ. Annales Monasterii Aretini. Soliloquia quamplurima. De Familiis Aretinorum Civium*. Qui postremus liber est apud Dominos de Aleottis. Reliqui verò, ubi nam reperiantur, mihi haud est copertum.

Aliud Epistolarum ejus exemplar extat etiam Venetiis apud Cl., ac eruditiss. Bernardum Trivisanum, ex quo Authores Ephemeridum Literatorum Italiæ tom. 3. an. 1713. art. 15. pag. 409., & sequen. exscribunt *Epistolam* ejusdem *Alliotti* ad *S. Antoninum* hortatoriam ad Episcopatum suscipiendum (nam S. Vir constanter eum recusabat) datam Florentiæ anno 1445. die 26. Jan., quæ sanè Epistola,

tum ob ſtyli, ac ſermonis Latini puritatem, tum ob magnam, qua tanto Viro ſcripſit, authoritatem, tum etiam ob ejuſdem S. humilitatem, digna eſt equidem, quæ ab omnibus legatur;

De eo agit magna cum laude Plac. Pucc. in Chron. Abbat. Floren. pag. 54. ubi vocat eum, Hieronymum Alliottum *de Tela*, multaque ibidem de eo habet. Pet. Ricord. hiſt. Monaſt. par. 4. pag. 451. Virum pium, ac Religionis amatorem appellans, erga Literatos, præſertim pauperes, liberalem, & ſtudioſorum alterum Mecænatem, idquè præcipué præſtitiſſe memorans ſupralaudato Cardinali de Monte, libros, qui eidem opus erant, pecunià ſuà coemendo, ſuiſque expenſis, dum ſtudiis operam daret, eum munificè alendo. Scripſiſſe autem aſſerit præter Epiſtolarum libros 3. (alii Ricordato noti non erant) in quibus tùm Latini ſermonis elegantia, tùm Religionis ſtudium, ac divini cultus amplificandi zelus perſpicuè apparet, aliquot etiam parvos *Tractatus ſpirituales*, floruiſſe anno 1497 quod tamen haud verum eſt, cum ex Archivo Abbatiæ Aretinæ habeamus, eum vivere deſiiſſe anno 1480., & Monachi ejuſdem Abbatiæ Aretinæ in ſequenti Elogio a D. Gregorio * Ricciardetto Abbate compoſito, marmorique inſculpto, eum floruiſſe anno 1473. aſſeverent.

* De eo ſupra lit. G.

Hieronimo Alliotto Patritio Aretino hujus Cœnobii inter Abbates Commendatarios Noviſſimo, inter Caſinenſis Congregationis Primo, Excellentia, Candore, Acumine, Elegantia Religionis, Animi, Ingenii, Morum Clariſſimis Præſulibus accenſendo; Abbas, & Monachi Aretini, Quod Caſinenſi adjuncti Reipublicæ, quod proventibus, ac diſciplinâ cumulati, Protopatri, Concivi, Benefactori, ne ingrati decederent Poſ. MDCXLVII. Floruit MCDLXXIII.

Non abs re autem putaverim ex libris Epiſtolarum ejus aliqua excerpere, quæ & ipſius Alliotti mores, ingenium, doctrinam, fortunaſq. opuſcula inſuper quædam, & Monachorum aliquot ejus temporis, præſertim noſtræ Congr. Regularis obſervantiæ fervorem, rigoremque vitæ, aliaque ſcitu digniſſima complectuntur; & primò quidem, quod ad mores, geſtaque attinet.

Lib. 2. Ep. 1. ad Franciſcum Coppinum data anno 1446. „ Hos ſtimulos, & „ aculeos ſuggerit mihi, & ſemper ſuggeſſit beatæ vitæ appetitio. ſtatque animo mu- „ nire mihi viam ad Cœlos antequam moriar. Et licet ipſe, vel labe conſuetudi- „ nis, vel fragilitate deliquerim, numquam tamen deſtituit me propoſitum rede- „ undi ad iter verum, ſi quando fortaſſe aberravi. Neque enim ſum neſcius, Uni- „ genitum Dei filium non propter juſtos, ſed propter peccatores ex alto Patris ſinu „ ad homines deſcendiſſe. Tibi vero haud obſcurum eſſe poteſt, Divinam ſapien- „ tiam certo ordine, & mira quadam varietate, Eccleſiam ordinaſſe, non ſecus, „ ac peritiſſ: rei bellicæ Imperator exercitum ſolet, ut quoſdam in præſidiis ad tuen- „ da Caſtra, & munitiones relinquat, alios e contra prodire ſinat, atque hoſtem „ laceſſere, nec ulli militum liceat loco ſuo cedere, atque ordinem perturbare. Ego „ cum ſim Monachus, intra Clauſtra, & ſepta continere me debeo, cuſtodes per „ muros diſponere, ex propugnaculis arcere vim hoſtium. Multa eſſe fateor Mo- „ naſteria noſtri Ordinis, quæ ſanctiſſimè agunt, ſed illa ob rigorem, & acrimo- „ niam victus, nec mihi, nec debilioribus quibuſque conducunt; præterea tantum „ temporis Pſalmodiæ, ac Orationi impendunt, ut ad divinas literas veſtigandas, „ & myſtica Sacramenta intelligenda nihil reliquiarum ſuperſit. Quare jampridem „ conſilii fuit, quamprimum, Deo volente, nactus fuero facultatem, ſicut rigo- „ ris aliquid jejuniorum laxare, ità Divinis Scripturis, atque optimis diſciplinis da- „ re operam diligentem, & ab iſtis Sanctiſſimis Monachis, quos ſupra memoravi, „ cælebem, & pudicam vitam, ab aliis quibuſdam Religioſis eruditionem, ac le- „ gendi ſtudia mutuari. Genus hoc, & Inſtitutum vitæ, quod ipſe amplecti cu-

pio,

„ pio, haud sanè est novum, sed neglectum diù a nostris jam obsolevit. Atque „ ipse uti fortè nosti, dum essem Romæ, insectatus sum duobus libellis hanc illorum „ opinionem, qui studia Monachis non permittunt, alioquin boni, & sancti viri, „ sed in hoc, aut ipse fallor, aut ipsi falluntur; Similis, ut mihi videtur, discepta- „ tio, & controversia inter Religiosos nostri temporis agitatur, ut qui humilitatem „ sectantur, scripturarum cognitionem despiciant, qui verò studia profitentur, ela- „ tiores, ac tumidi, vitam non satis puram videantur transigere. Ego vero cu- „ pio me referre ad veteres Patres nostros, Basilium, Benedictum, Gregorium, „ Bernardum, Hieronymum, & plerosque alios, qui vitæ puritatem cum eximia „ quadam scripturarum cognitione junxerunt; Illos complecti, & observare, „ & tamquam ille Socrates sapientiam Divinæ literaturæ ad mundi contem- „ ptum adjicere &c. „

Libro 8. Epist. ad Arsenium, & Cyprianum Monachos, & Cubicularios Apostolicos data anno 1443. „ Jacob cum omni familia sua descendit in Ægyptum „ ob caritatem annonæ, famemque prementem, simul attactus desiderio Joseph „ præter spem superstitis revisendi; qui venientibus ad se fratribus promiserat dicens, „ *Dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terræ*. Et Jesus Parvulus „ sævitiam persecutoris effugiens, secessit in Ægyptum futurus ibi usque ad obitum „ Herodis. Videtis hanc Ægyptum terram caliginis, & tenebrarum non semper „ esse detestabilem, si quis ad eam justis de causis commigravit, idque ad tempus, „ ut non tam incolentis, quam peregrinantis vultum, atque habitum præseferat. „ Dixerim vero Ægyptum esse Monachis omnem locum, in quo strepitus, tu- „ multusque hominum percrebrescit. Est igitur, & hæc Romana Curia Ægyptus „ nobis (quamquam per se sancta est, & immaculata) in qua, si quid de Deo, de „ Beata vita incipias meditari, fracta tibi, & interrupta sit meditatio, & velu- „ ti tumultuante exercitu quodam obruta. Ego vero negem filios Israel tantis la- „ crymis, & clamore vociferatos esse ad Dominum, quo laboribus illis eximeren- „ tur, quibus premebantur ab Ægyptiis, quantis ipse per singulos dies Dominum „ Deum pulso, quo me ab hac calamitate eruat Ægyptiacæ servitutis, & pro obti- „ nenda, nedum lacrymas, sed imbres potiùs excusserim ab oculis meis. At sicut „ illi educti sunt per manum Moysis, & Aaron, ità ego Arsenio & Cypriano Du- „ cibus educendum spero me ipsum, si vos habuero interpretes, fautores, interces- „ sores apud D. N. SS. Eugenium, qui Deum in terris effingit. Sed antequam de re „ ipsa, idest de mea eductione incipiam agere, exponam vobis causas, ut mihi „ quidem videntur, non injustas, quæ me ad hanc Curiam adegerunt, repetam- „ que ab altiori principio vitam meam, & genus conversionis, ut commiseratio- „ nem vobis excitent emensi labores. Decimum, & septimum annum agenti irrepsit „ animum cogitatio de contemnendo Sæculo. Fovit illam, & irriguam fecit sanctę „ memoriæ vir Ambrosius tunc Monachus, deindè Generalis Camaldulensis: nam „ obtulit legendam mihi vitam B. Benedicti ex Dialogo Gregoriano. Ita sum incen- „ sus ex ea lectione, ut divitias, & honores existimarem deliramenta quædam esse „ hominum; Nec tamen ea de causa ad Religionem induxi animum quippè qui „ essem conscius pertenuis, infirmiorisque naturæ, qui si uno, aut item altero je- „ junassem die, debilis, ægrotusve succumberem. Ipse item Ambrosius negare so- „ lebat eundum esse ad Religionem inconsultò, ac temerè. Quid plura? inveni „ hominem, qui ductus, vel desiderio, vel aviditate mei, vel temerario, & in- „ discreto zelo Religionis incensus, suscepit sibi hanc provinciam, uti me reluctan- „ tem diutiùs, & de infirmitate causantem ad Religionem pertraheret, non minus „ imprudenter. quam audacter affirmans, solere debiles quosque ad Religionem „ euntes per Dei gratiam robustos effici, & evadere in viros fortes, ac firmos; Ita

„ circumuentum me suis verbis è ludo Philosophiæ traduxit ad Monasterium, non
„ tam ultroneum, ac voluntarium, quam ancipitem, & cunctantem, & nuta-
„ bundum. Datur annus probationis, (ut scitis), in quo nouus Tyro certissimum
„ periculum feci; non posse me in commune certamen descendere, in acieque
„ consistere nisi fractum, & debilem; Emisi tamen solemnia vota Professionis.
„ Quid ni hoc facerem? cum mihi omnes viæ, omnes aditus atque meatus præclu-
„ si, & intercepti essent. Rediissem ad Sæculum, rejecto habitu, non professus;
„ at eram adolescentulus, verecundiæ virginalis, nec obscurè intelligebam, si id
„ facerem, inustum iri mihi perpetuam notam neglectæ Religionis. Itaque, vel
„ profitendum mihi fuit, vel ad barbaras nationes demigrandum, ubi qui me agno-
„ sceret, esset nemo. Professus, nullis eram obnoxius jejuniis, nullis adstrictus
„ inediis; idque mihi erat indultum de clementia, & discretione Abbatis. Vince-
„ bant me omnes commilitones mei maceratione corporis: mihi vero summum
„ studium certandi fuit spiritualibus armis, humilitate, obedientia, oratione, si-
„ lentio, quibus, vel æquare studebam alios, vel superare. Neque deerant mihi
„ obtrectatores adversum me, quod esset facies mihi satis rotunda, & succi plena,
„ ac propterea existimarent, me fictè, & simulatè incedere, non ad veritatem
„ Evangelii; ut vix etiam posset authoritas ipsius Abbatis ora obstruere murmuran-
„ tium. Invitior hoc postremum dixi, sed tamen apud vos fidenter ago, qui peri-
„ ti estis in ludo Cœnobii, & rem egregiè calletis Monasticam. Notabar digito, &
„ subsannabar; Ferebam tamen forti animo derisiones ejusmodi, ut saltem patien-
„ tiâ, & virtute animi resarcirem, recompensaremque id, quod maceratione
„ corporis assequi, & promereri minus possem. Ità duravi perseverans quandiù Cœ-
„ nobium fuit, idest quoad extincta est communis vita, & Religionis observan-
„ tia, cum sex ni fallor annos in eo militassem. Eversa postmodum, & prolapsa
„ Religione, ipse pulsus sum Monasterio, cui & alimenta prohibita sunt, & adem-
„ tus est victus. Quamobrem coactus sum per aliena subsidia mendicare vagus, &
„ profugus, & quo nam ferrer incertus. Cur non sum Abbatem sequutus? Multi
„ sunt, ut nostis boni, & probati Religiosi, quibus displiceat Ordinis, atque ha-
„ bitus mutatio, & qui dicant, & sentiant, ambulandum esse ea vocatione, qua
„ primum vocati sumus: Eram ipse unus ex eo numero. Potui falli, decipi, errare,
„ & fortasse erravi: Si est erratum, id certè non accidit ex industria, propositoque
„ errandi; sed quoniam sumus homines, & falli possumus. Huc accedebat, quod
„ si levis, & inconsideratus fueram, in primo habitu deligendo, nolebam aut esse,
„ aut videri levior in permutando. At cur non me transtuli ad aliud Monasterium
„ nostri Ordinis, & Observantiæ? Par ne vobis videtur, optimi Patres, ut aliena
„ Monasteria me susciperent tamquam infirmum, & profitentem primo ingressu,
„ & in ipso limine Monasterii, non posse jejunare? Equiùs visum est infirmitatem
„ meam onerosam, & gravem mihi soli existere, quam pluribus scandalum fieri.
„ Præcipuè, cum, ut est in fabulis, inter Pavones Coruus mihi ipsi viderer. Et
„ quamquam ferebam patienter ludibria verborum, atquè aculeos, tamen ea ipsa
„ patientia non sine molestia, & perturbatione animi plerumque fuit; Itaquè ho-
„ mo, claris parentibus, optimo natus loco, eruditus ingenuè, Grammaticus,
„ Rhetor, & Philosophus, & qui pati contumelias, & alteram percutienti præbe-
„ re maxillam in ludo Monasterii didicissem, factus sum Vinitor, & Ruricola, &
„ agrestium hominum Cappellanus, in eoque ministerio tres annos universos con-
„ trivi. Fuit mihi Prioratus nostri Ordinis in Diœcesi Aretina adeò pertenuis, ut
„ mihi suppeditaret victum vix ad quatuor anni menses, residui temporis sum-
„ ptus subministraverunt manus istæ, ut ait Apostolus; nam venali, & mercena-
„ rio calamo comparabam mihi stipem, & victum in singulos dies. Indè me contu-
li ad

„ li ad hanc Curiam spe, & expectatione melioris frugis, in qua vixi, ita moleste,
„ turbulenter, anxie, ut horas singulas in annos longissimos supputaverim. Audi-
„ stis casus, & errores meos tamquam alterius Ulixis, quos strictim summo, tenui-
„ que calamo percurri, quo vobis repetiti commiserationem faciant. Nunc mihi
„ provisum est de Clementia Summi Pontificis abundè satis, ut supra nihil optem
„ &c. „ & longè post „ Hæc inquam, vel sola est causa, quæ me in hac Ægypto,
„ & Babilone captivum detinet, Luti, & Lateris addictum operi; cæterum anhe-
„ lantem, & suspirantem dies, ac noctes ad terram promissionis lacte, & melle
„ manentem, idest ad quietem, & solitudinem, cujus rei semper avidissimus fui,
„ existimans omne tempus nobis ad pœnitentiam esse indultum. Estote quæso Du-
„ ces mei, ut mare hoc rubrum angustiarum mearum fiat sicco vestigio percalcabi-
„ le; & hanc ovem diutius aberrantem, hærentemque inter vepres consuetudinis
„ sæcularis, tamquam veri Pastores ad gregem Dominicum vestris humeris repor-
„ tate &c. & „ in fine „ Indè vitam meam componite, ut libet; pellite me ad qua-
„ scumque terras, tradite me in quo placet Monasterio; Frater enim vester, &
„ caro vestra sum. Qui si fortè non sum is, quem vultis, talem esse cupio, qua-
„ lem cupitis. Valete 1443. „ Multò scilicet antequam Monasterium Aretinum SS. Floræ, & Lucillæ, quod posteà ei obtigit, anno nimirum 1446. Eugenii IV. beneficentiâ, Congr. nostræ uniretur.

Ex iisdem Epistolarum libris liquet, profectum eum fuisse in Galliam una cum Cardinali Zabarella Archiep. Florent. Oratore Apostolico ad Regem Galliæ anno 1440. pro unitate Fidei, id est pro Eugenio IV. Summo, ac legitimo Pontifice agnoscendo, pro qua re interfuit cum eodem Cardinali, & cum Jo: de Turrecremata, non adhuc Cardinali, Synodo Bituricensi jussu ejusdem Regis coactæ; quod ipsemet Albottus testatur *in funebri Oratione* ejusdem *Zabarellæ lib. 1. Epistolarum*; Et in *Epistola ad Arsenium* datâ anno 1443. pag. 167., ubi inter cætera „ Novit Deus, inquit, quot pertuli labores in Gallia, quot transegerim no-
„ ctes insomnes, ut blasphemias Hæreticorum transcribendo colligerem, & libellos
„ invectivos, quos impiissimi homines adversus Dominum, & adversus Christum ejus
„ Eugenium Pontificem emovebant, ut daretur nostris facultas illorum blasphe-
„ miis respondendi; quemadmodum posteà sequutum est; In reditu sævissima tem-
„ pestate præter spem reducti sumus in portum, ut quotiens memini stridentis illius
„ procellæ, videatur in lucro vitam esse supputandam „ Pag. verò 136. ad prælaudatum Turrecrematam anno 1465. de eadem in Gallia profectione sic scribit „ Fi-
„ denter igitur scripsisse licuerit pro amore præcipuo, & observantiâ, qua semper
„ erga vos extiti, ab eo tempore, quo Româ Personam vestram in Galliam comi-
„ tatus sum privatum hominem, atque indè cum honore Cardinalem reduxi „ Denique ex Epistolâ scripta anno 1475. colligitur ejus ætas per id temporis, sexaginta annorum. *Fungor ego xxx. annos Abbatis nomine, jam sexagenarius*. Cum nihilominus in alia Epistola data eodem anno 1475. ad Severinum Abbatem, dicat *nunc ego duos, & sexaginta annos*.

Quod verò ad doctrinam, & lucubrationes attinet, lustrum integrum eum contrivisse in Senensi Gymnasio, scientiis operam dando, constat ex defensione, quam scripsit pro Pio II. quæque legitur lib. 8. Epistolarum, Cui etiam Pio tribuit, quod ejus ope, & auxilio *effluxit in me quantula nunc est litterarum & bonarum artium disciplina*, Ex Epistola ad eumdem Pium II. anno 1460. pag. 130.

Et primo quidem Epistolarum libros x. a se conscriptos affirmat in Epistola, imò præfatione Epistolarum ad A. Episcopum Foroliviensem, *Accipies, inquiens, Codicem Epistolarum mearum in decem tuo nomini distributum libros*; At in Epistola ad Ludovicum Volaterranum data anno 1473. *Edidi inquiens nuper, & ipse*

ami-

amicorum suasu, imò vero rogatu potius, & impulsu meorum Epistolarum XII. libros, paris quidem voluminis, vel majoris, sed longè imparis eloquentiæ (loquitur de Codice Epistolarum Ambrosii Camaldulensis)

Eodem libro 1. legitur valdè elegans, & flebilis, Hieronymi Oratio in funere Rmi D. B. Zabarellę Archiepiscopi Florentini habita Florentiæ anno 1445. Mense Augusto incipit: *Polliceor vobis Patres optimi* &c. explic. *Idque* (ejus nempe Sepulchrum) *pulveribus aliquando fortè obsitum, atque obdactum, lagrimis nostris abluere*; De qua item Oratione in Epistola ad Arsenium data anno 1445., *De obitu*, inquit, *Rmi Patris, & Domini mei Cardinalis de Zaburellis*: „ multo
„ mærore conficior, quod in medio cursu raptus sit; Effundo quotidianas pro ani-
„ ma illius preces, ut debeo; Edidi præterea funebrem Orationem in laudem ejus-
„ dem Cardinalis, in qua modestè: *laudavi ea solum, quæ laudanda in illo homine videbantur*.

Libro 2. in fine extat, Francisci Coppini, sivè D. Ignatii, Defensio per Hieronymum, quam coram Pont. Max. Paulo II., & Sacro Collegio Cardinalium dicturum se putavit ipse Coppinus, sed morte prę ventus non dixit, Incipit. *Si apud Gentiles, & Exteros &c.* explicit, *Præsertim cum ea res* (defensionis copia) *à feris etiam, atque immanissimis Barbaris probiberi nullo quidèm tempore consuevit*.

Libro 8. Epist. extat ejusdem Hieronymi, Defensio Pii II. Pont. Max. satis prolixa; Incipit: *Scelus nefarium, & inauditum, ac nullis retro sæculis excogitatum &c.*, explicit: *Et ab his falsis, & commentitiis calumniis resipisce*. Item.

Scripsit penè puer: *De felici statu Religionis Monasticæ*, de quo in Epistola ad Jo: Mariam Papiensem Priorem Abbatiæ Florentinæ data anno 1471. pag. 197. sic scribit, *Raphaeli Monacho in mandatis dedi, exigat Florentiæ ab Amico meo libellum, quem scripsi puer*, „ De felici statu Religionis Monasticæ „ *exactumquè relinquat penès Paternitatem Vestram, Novitiis nostris, & Junioribus interim lectitandum &c.*

Libellos item *duos* contra eorum opinionem qui studia Monachis non permittunt, anno verò 1444. scripsit ad Eugenium IV.

De Monachis erudiendis, ut ex lib. 7. Ep. 1. ad eumdem Eugenium, ubi post
„ multa „ Ille ego sum Hieronymus, qui superiore anno, cum essem Romæ, opu-
„ sculum misi ad Sanctitatem Vestram, quod inscripseram: *De Monachis erudien-*
„ *dis*; paulò post febri occupatus gravissima, me Florentiam contuli, recuperan-
„ dæ valetudinis causâ. Exemplaria tamen opusculi mei adhuc penès me recondita
„ sunt, nec illa efferre, atquè in lucem dare constitui, priusquam mihi compertum
„ sit judicium Sanctitatis Vestræ. Nequè enim hactenus mihi est exploratum,
„ quid S. V. sentiat, & quam magis partem probet in ea controversia, quæ inter
„ doctos, simplicesque versatur; ea de causa cum nonnulli a me libellum, vel im-
„ portunè petierint, nemo tamen adhuc potuit illum mihi è manibus extorquere
„ &c. Florentiæ die 6. Novembris 1445.

At anno 1471. scribens ad Jo: Mariam Papiensem prædictum, *Mitto vobis*, inquit, *Codicem in quo Dialogus continetur*, De optimo Vitæ genere deligendo, *& de* Monachis erudiendis *libri 2. sed eo pacto, ut à vobis percurratur totus priusquam a Monachis vestris ulla in parte legatur; præcurso enim libro, fortassis prudentia vestra judicabit, in eo contineri nonnulla, quæ perturbare, ac scandalizare puerulos queant; editus est a me dum in Curia liberiùs agerem. Et quia auribus illorum, inter quos tunc oberrabar pruriendum fuit, propterea lascivienti calamo frena permisi*. p. 197.

Lib. 7. Epist. *Ad Max., Beatissimumque Pont. Pium II. pro felici, ac secundo ex Mantuana peregrinatione reditu, Gratulatio*; incip. *Ego Beatissime Pater* &c. subditur: *Dialogus ejusdem Hieronymi*, & *G. Antonii Gentilis, & Agnati ejusdem*

Pon-

Pontificis de eodem Pio II. est. pag. 17. Incip. *G. Antonius. Cum equidem vehementer in admirationem actus &c.* explicit: *Quod planè reris superâ pandetur ab Urbe*, qui ultimus versiculus est *Odes* in laudem ejusdem Pii II. quæ *Dialogum* claudit; in quo itèm *Dialogo* multa alia carmina leguntur.

Anno 1454. scripsit opusculum *De statu Ecclesiæ futuro*, de quo in Epistolâ ad Franciscum Patavinum Episcopum Ferrariensem datâ anno 1460. sic prorsùs loquitur „ Antè annos fermè sex lacessitus a quodam scripsi perbreve opusculum *de* „ *statu Ecclesiæ post hæc nostra tempora secuturo, excerptum*, *& accumulatum* ex dictis „ modernorum Prophetarum, qui se a Spiritu Dei locutos asseruere. Mitto illud „ ad te unica lucubratione percurrendum, & ad me remittendum: neque enim „ mihi propositum fuit illud aliquando edere, & in lucem dare, quippe quod plerisque „ non placeat, meque levitatis insimulent, qui futurarum rerum curiosus „ esse videar. Sat igitur mihi erit amicis quibusdam intrà cubiculum legendum „ ostendere, idque magis solatii gratiâ, quam credulitate omnimoda, & præstatione „ fidei, pag. 140., quod idem priùs scripserat Hieronymo Monaco Florentino, „ anno scilicet 1457. his verbis: scribere adorsus sum opusculum de futuro statu „ Ecclesiæ, dicta Juniorum Prophetarum sequutus. Id autem edere non est con„silii, sed potius intra Scrinia servare, ne quem forte læserim ægre ferentem, „ calamitates, quas intrà paucos futuros annos universum Clerum gemens, & do„lens, existimo consequuturas.

Anno 1442. fer. 4. Cinerum jubente Præsule Florentino, publicè de Jejunio longa *Oratione* disseruit.

Anno deniquè 1458. habuit *Orationem* ad Pium II. Pont. Max. *pro Populo Florentino*, in qua liquidò ostendit, quantùm in Apostolicam Sedem, ac præsertim in ipsum Pium Pontificem Populus Florentinus propensus esset, ac deditus.

His addere æquum puto *Epistolarum* aliquot insignium eo tempore Virorum ad *Alliottum* fragmenta, queis clarius constet, quantâ apud illos exist. floruerit.

„ Jacobus Pizonius peritissimo Viro, & Patri suo optimo *Hieronymo Abbati Aretino S.* „ Cum mihi Franciscus Nepos tuus significasset, se Florentiam proficisci „ constituisse, & cras forsan iter arripere, memor amicitiæ nostræ, indignum esse „ censui permittere, quod is ad te sine literis nostris accederet, quamquàm nihil „ esset, quod, aut tua scire, aut mea scribere interesset, nisi id ipsum amicitiæ, „ ac benevolentiæ in te nostræ testimonium. Te enim, Pater optimè, virtute, pe„ritia, & humanitate adductus tua, jamdiù colui, & amavi. Nec mihi ad cæte„ras, tum hujus Urbis, tum vitæ meæ molestias gravius quicquam accidere po„tuisset, quam a tua jucundissima consuetudine separari, qua, cum hic adesses „ sæpè, ac lubens fruebar. Verùm, cum id fato potiùs, quam judicio contigerit, „ æquiore animo ferendum existimo &c „. Libro primo *Epistolarum* circa finem.

„ Franciscus Castilionæus Presbyter, Hieronymo Aretino S. in Domino „ Vide „ quanti te faciam, quamquè te amem. Nihil a me nuperrimè cuditur, quin id tuo „ judicio librari velim. Libellum nuper Theologicum illum quidem, & si multa „ etiam Physica, nonnulla etiam Mathematica permixta sint, edidi, eum ad te „ perferri jubeo, ut tuo jure, quo in meis omnibus potes, illum examines, & ca„stiges, ubi opus esse intellexeris &c. „ & in fine „ Tu libellum perleges, & quid „ sentias rescribes. Vale. Florent. ad diem 7. Julii 1452. „ lib. 3. *Epist.* circa finem.

„ Poggius salutem plurimam dicit *Hieron. Mon. Aretino* „ Quemadmodū, mi Hie„ronyme, te scribis ab adulatoris officio alienū, ita vereor, ne tua in me benevolen„te plus cogat de me existimare, quam rei veritas postulet. Itaque temperes, oro, „ calamum a laudibus meis, quæ nullæ sunt; nimia enim persæpè laus in vituperationē „ vergit, cum supra modum in quempiam confertur; Itaque omnibus in rebus, &

„ in

„ in hac maximè, ex qua apud audientes invidia oriri solet, temperamento opus
„ est. Gratum est mihi tamen te ostendere, quid scribendo in eo genere possis con-
„ sequi, nam si in me, qui nullius sum ingenii, collaudando adeò es copiosus,
„ quantâ esset eloquentiâ, ubi majorem facultatem scribendi uberior materia sup-
„ peditaret? laudo ingenium tuum, & elegantiam literarum, sed ità, ut sis par-
„ cior in laudando, neque quid tu scribendo possis consequi advertas volo, sed
„ quid causa mereatur. Dialogum tuum legi, Is summè placet, nam sunt primi-
„ tiæ, quæ uberrimos de Te spondeant fructus. Uteris verbis electis, sententiis non
„ vulgaribus, genus dicendi elegans, & pervenustum. Ego tuus sum, Vale, &
„ me ama 6. Aprilis 1430. Idem Poggius Alliottum Interlocutorem constituit male-
„ dici sui Dialogi, *de Hypocritis* pag. 7. Virum præstantem eloquentia, & moribus
„ Vitæ appellans, qui tum regulares Viros, tū alios a Poggio tam male habitos pro-
„ virili defendere, aut excusare, ut in tanta aliorum Interlocutorum maledicen-
„ tia licuit, passim inducitur Lib. 4. *Epist.* 2. Vianisius Protonotarius Bononien-
„ sis, Referendarius Apostolicus, *Hieronymo Abbati* „ Legi ornatissimas literas
„ tuas, quibus, & si in primis propter ipsarum humanitatem. & elegantiam mirifice
„ delectatus sum &c. Literæ Paternitatis tuæ tanto verborum splendore, ac senten-
„ tiarum concinnitate suffultæ, adeò me affecerunt, ut antequam visus a me, co-
„ gnitus sis, & dilectus. Virtutis maxima profectò vis est, Ea enim uti à M. Tul-
„ lio didicimus tantum virium, ac facultatis habet, ut ad eos amandos, quos nun-
„ quam vidimus, in quibus aliqua virtutum insignia apparent, nos rapiat, atque
„ alliciat, quodque majus est, etiam facit, ut mortuos diligamus. Amo te igitur,
„ mi Venerandissimo Abbas, propter egregias animi tui virtutes, eximiamque li-
„ teraturam, & ob eam causam in veram fraternitatem, & in ipsa cordis penetralia,
„ ut ajunt, recondo. Hæc vera amicitia, hæc firma, ac perpetua benevolentia
„ est, quæ ab ipsa virtute proficiscitur, & quæ nullis casibus, nullis fortunæ telis,
„ nulla vi, nulla adversitate frangi, debilitarique possit &c. Romæ 22. Mart. 1463. „

HIERONYMUS BENDANDUS. Ravennas dictus, ob diuturnam, scilicet a puero ibidem inhabitationem, sed ut a Monacho fide digno audivi, Cerviæ natus (quæ parva Flaminiæ Civitas est, haud longe a Ravenna distans) quamvis omnes Scriptores, qui de eo mentionem faciunt Ravennatem illum appellent, ejusque familia, quæ etiam num Ravennæ permanet, jamdiu ibidem reperiatur. In celebri S. Vitalis Cœnobio Monachus effectus est anno 1626., die 10. Martii. Theologiæ, ac divinæ Paginæ doctrinâ, humanis insuper literis, morumque probitate plurimùm floruit. In Bononiensi Gymnasio annis omninò duodecim Theologiam publicè docuit, eo sane plausu, ut insigni Elogio marmoreis tabulis consignato, ejus virtus celebraretur, ibiquè sacræ Inquisitionis Consultor, & librorum Censor, rem Catholicam egregiè promovit. Inter Patavini Licæi Doctores postea ascitus, primo Aristotelis Logicam, sacram deindè Scripturam gloriosè explanavit, adeò insuetâ Auditorum frequentiâ, ut in latiorem aulam ad eam excipiendam, Cathedram transferri oportuerit. Abbas demum creatus, plura Monasteria, inter quæ S. Benedicti Ferrariæ, & illud ipsum S. Vitalis (ubi humaniorum literarum, & ecclesiasticæ Historiæ Academiam erexit) singulari prudentiâ administravit, ibique post triennii regimen diem clausit extremum an. salutis 1659. (ut notat Hieronymus Fabri *Sagr. Mem. di Raven. par.* 1. *pag.* 380.) Posteris relinquens tam Pietatis, quam Doctrinæ hæc monumenta, prænotata

1 *Platonicus Conviva contra vulgares amantes. Declamationes*; Bononiæ typis Clementis Ferronii anno 1638.

2 *Hercules*, seu *laborum felicitas defensa*, dùm ad studiorum initium proluderet. Bononiæ apud eundem 1639.

3 *Sol,*

3 *Sol*, seu *Panegyrica allusio D. Benedicto*, recitata in Comitiis Generalibus Parmæ habitis. Bononiæ typis Jo: Baptistæ Ferronii anno 1640.; Quæ *Oratio* impressa etiam fuit *in Libro orationis Actorum ejusdem Capituli*, per Andream Arcionum conscriptæ, ut suprà dictum est in eodem Andrea; estque pulcherrima, & elegantis, nitideque Latinitatis.

4 *Echo in Indomitorum Academia*, attributas laudes Emo Protectori Julio Sacchetto repetens, formata a Hieronymo Bendando inter Indomitos *Assicurato*; Bononiæ typis Jo: Bap. Ferronii 1642. ubi a Principe Indomitorum, qui lucubrationem hanc Alexandro Sacchetto dicavit, in Epistola nuncupatoria, vocatur Bendandus *Vir doctrina, virtute, ac eruditione summus*.

5 *Panegyricus in laudem Serenissimæ Venetorum Reipublicæ*. Venetiis in Comitiis Generalibus dictus. Bononiæ impres. in 4. continetur pag. 126.

6 *Epicedium piis manibus Remi P. S. Theologiæ Magistri, Generalis Bononiæ Inquisitoris Fr. Pauli de Vicariis à Garexio*, a D. Hieronymo Bendando in Sacris D. Dominici Ædibus defletum. Bononiæ 1743. Typis Jo: Bapt. Ferronii in 4.

7 *Prælectiones* in S. Scripturam Patavii habitæ, quæ libris 12. Mss. in fol. continentur, extant Ravennæ in Bibl. S. Vitalis a me ibidem visæ an. 1718. sed non nihil confusæ, ac invicem permixtæ, quæ idcircò ordinem, ac dispositionem requirunt. Scripsit etiam unica die, & sequenti recitavit

8 *Apologeticam Declamationem in novum Sacræ Scripturæ Interpretem*, qui primo Patavini Licæi ingressu, ad Canticorum Cantica proludens, contra *nostrates Doctores*, ut ibi dicitur, Satyram effutiebat, dictam crastina die coram Adversario, valdè elegantem, & eruditam; est apud me paginarum sex in folio.

Ne mireris Lector Bendandum iis titulis suas Lucubrat. inscripsisse, cum is esset ejus Sæculi mos, ut apparet ex pluribus alior. etiam præstantissimorum illius temporis Oratorum lucubrationibus.

Item ex libro anonymo, cui titulus *Le Glorie degl' Incogniti*; Academicorum nempe Venetorum, patet, Hieronymum nostrum scripsisse adhuc, & editioni paravisse opera, quæ sequuntur.

9 *In duos libros Posteriorum Commentaria*. 10. *L' Istoria della Guerra del Papa contro i Prencipi Collegati*; Ejus nimirum Belli, quod *Baptista Nani* describit lib. *XII.* suarum *Historiarum*. 11. *Viginti quinque Orationes*, dùm Laurea discipulos Bononiæ donaret, pronunciatas. 12. *Cursum*, ut vocant, *Theologicum*, quater repetitum, atquè adeò absolutissimum. 13. *Plures* prætera Orationes Academicas, & Panegyricas composuit, & evulgavit, quæ non dum singillatim mihi sunt notæ. Plura item Bendandi Mss. Cæsenæ penes nobilem virum *Nicolaum Altini* reperiri accepi.

In eodem libro anonymo pag. 261. vocatur Bendandus *Vir ingenii vivacissimi*; Theologiæ, ac Philosophiæ Laurea insignis, inter primarios sui ævi Oratores omnium calculis adscriptus, cujus lucubrationes argutiarum acumine, & novitate, Latinæque linguæ nitore, ac majestate præfulgent. Deniquè Clarissimum sui Sæculi ornamentum; ibidemque ejus exhibetur effigies. Ad eum legitur humanissima Epistola Francisci Lauredani part. 2. pag. 449.

Jac. Philippus Thomasinus Episcopus Æmoniensis in *Gymnasio Patavino* edito Utini * anno 1654. l. 3. cap. 5. pag. 287. Sic de Bendando „ Inter Professores Sacræ Scripturæ 1641. 5. Februarii D. Hieronymus Bendandus Prior Casin. cum flor. 300. anno 1654. creverunt ad 500. qui hanc Cathedram varia eruditione, & conquisitâ sermonis elegantiâ mirum in modum in hunc diem illustrat, hodiè Abbas dignissimus „ & cap. 35. pag. 332. Inter Lectores Logicæ primi loci sic 1644. 4. Octo. Ad hanc Cathedram accitus est flor. 200. D. Hieronymus Bendandus Monachus Casin. è Gymnasio Bononien., ubi plures annos docuerat, traductus, & hic primus fuit è D. Justinæ Monachis, qui in hoc Gymnasio locum habuerit, Vir eloquentiâ, ac subtilitate ingenii rarissimus; Cujus legimus Panegyricum

* Udine.

„ de laudibus Serenissimæ Reipublicæ Venetæ: Novissimè ejus meminit Nicolaus Commenus Papadopoli in Historia Gymnasii Patavini, anno 1726. Venetiis editâ tom. 1. pag. 366. & seq. vocans quidem Bendandum *humili genere natum*, sed doctum, ac eruditum, ex Sacra, aliisque Scientiis clarum, quas eloquentiâ, quâ admodum eum præstitisse asserit, condiebat, & alia plura ex Thomasino desumpta.

Agunt quoquè de eo Hieronymus Fabri supramemoratus magnâ cum laude. Jo: Cin. plut. 6. Bibliot. Volant. pag. 65., & Seraph. Pas. in Lustris Ravennatibus par. 6. Celebratur præterea nobilissimo Encomio ab Hilario Bologna, de quo paulò post, in magnâ Oratione *Panegiricâ* D. P. Ben. impress. Venetiis an. 1647. pag. 7. quem consulere potest Lector, si vacat. Leonellus Croceealle in Historia Abbatum S. Justinæ Ms. apud me lib. 9. pag. 317.

Inscriptio autem a Bononiensibus Bendando posita est hujusmodi.

D. O. M.

Hieronymo Bendando Ravennati avitum Monachorum Casinen. splendorem sustentanti, in hoc Athenæo Sac. Theologiæ, in D. Proculi variarum disciplinarum, ubique Pietatis, Modestiæ, Humanitatis Eximio Professori. Germanis, Polonis, destinato, ad innumeros ad Sacram lauream assumendos electo Promotori. Bernardinus Orlandottus Cremonen. Prior utriusque Artistarum Universitatis, cum Consiliariis communis observantiæ altiùs animis insculptæ incisi lapidis non tàm colore candorem, quàm soliditate Constantiam. A. D.... utcumque expressurus P. 1640.

HIERONYMUS CATHANEUS, sivè Lippus, Patavii nobili stirpe progenitus, egregiàquè ab ipsâ Juventute indolè præditus, D. Justinæ Alumnus fieri anno 1510. die 28. Martii voluit. Hic Græcæ, Latinæque linguæ peritus, ac in utroque disciplinarum genere, Sacro videlicet, atque profano apprimè versatus, plura, tùm metrò, tùm solutâ oratione, eleganter conscripsit, Divinoquè Evangelio explanando, ac illustrando studii plurimùm impendit. Sed, cùm anno Jubilæi 1550. superiorum jussu Romam venisset, ibidemque in nostra D. Pauli Basilica Pœnitentiarii munere laudabiliter esset perfunctus, eoquè expleto, quadriennium adhuc Romæ transegisset, ex aeris intemperie, contracto insanabili morbo, diem clausit extremum, anno 1554., ætatis suæ circiter 63., quamvis Arnoldus Wion lign. Vit. l. 2. cap. 79. pag. 425. dicat eum obiisse Romæ Ann. Jubilæi 1575. quod quidem temporis tam grande discrimen (nisi fortè sit error Typographi) ejus ætatem ad octogesimum annum ad minus perduxisset; At Necrologia S. Justinæ in Archivo existentia, ejus obitum anno 1555. assignant, ætatem vero an. 63. Sed nos ejus opera jam recenseamus, sunt vero ista.

1 *Harmonia Evangelica* tom. 2. in 4. quorum primus incipit *Os meum patet* &c. Secundus verò *Tunc oblatus est ei* &c. Opus quidem adeò egregium, ut doctissimo Eutytio Cordes (de quo supra) dignum sit visum, quod a se Commentariis exornaretur, ac tale prorsùs de eodem opere judicium ferret in Præfatione ad Lectorem „ Ingeniosum, pulcherrimum, utilissimumque Evangelicæ Harmoniæ „ opus, quod nobis R. D. Hieronymus reliquit, cùm post illius obitum in manus „ meas venisset, ipsum, ut dignum erat, chariùs amplexus, diligentèr conservavi eo animo, ut meis aliquando Commentariis illustratum, studiosorum „ utilitati fidelitèr ederem „ Sed adhuc extat MS. cum eisdem Commentariis in Bibliotheca S. Justinæ.

2 *Vita*, & *Miracula Smi P. Nostri Benedicti Sapphicis carminibus* exarata in fol. Ms. ibidem, incipit *Nursiæ Partum celebremus altè &c.* 3. *Officium*, & *Missa ejusdem* vario carminis genere, incipit: *Gaude Felix Italia* &c. Missa autem *Gaude turba Fidelium* in 4. Ms. ibidem. 4. Hymni aliquot in honorem ejusdem S. P.

H

S. P. Benedicti quorum primus sic incipit. *Rusticum solo Benedicte nutu*. 2. verò. *Pangat in hymnis tua dona Christe*. 3. autem. *Plausibus turbæ resonent Fideles* &c. quorum duo posteriores, ut Patavii audivi, olim canebantur in festo S. Lucæ, cujus Corpus in S. Justinæ Templo quiescit. Item 4. *Jamque post casus varios laborum &c.* Quos hymnos, sicut etiam vitam S. Patris Benedicti ad verbum refert Hieronymus a Potentia (de quo infra) in sua Hist. Monastica, quæ Ms. extat in Bibliotheca S. Justinæ a me visa anno 1618. Quo etiam teste, composuit Cathaneus duos alios hymnos in laudem Smi P. Benedicti, qui impressi sunt in nostris Breviariis, & canuntur in festo ejusdem, nempè ad Vesperas, *Laudibus Cives* &c. ad Matutinum *Quid quid antiqui cecinere vates* &c. Impressi etiam sunt novissime, anno scilicet 1723. in Vita S. P. Benedicti Greco-Latina Venetiis par. 2. pag. 45. & seq., sed sine nomine Authoris, cum hoc tantùm titulo: *Hymni ex Breviario impresso Venetiis anno* 1525. Impressus item ibidem est primus Hymnus supra a nobis recensitus, *Rusticum solo Benedicte nutu* &c. Item scripsit.

5 *Vitam S. Prosdocimi Episcopi* lib. 1. carmine Heroico. 6. *Vitam S. Justinæ Virginis, & Martyris* lib. 1. eodem carmine; quas Vitas eleganti stylo scriptas asserit, easque in eodem D. Justinæ Cœnobio asservari putavit Arn. Wion, ubi supra, sed nos anno prædicto, omni adhibita ibidem diligentia, haud invenire potuimus, quamobrem suscipio, imò dolor, subortus est, eas temporis injuriâ, vel potius Bibliothecarii alicujus negligentiâ periisse; quin omnino esse deperditas nuperrimè Patavio accepi; de quibus Vitis etiam a Scardeonio fit mentio. Sed præclarissimum, itemque celeberrimum Hieronymi Cathanei opus sunt

7 *Historiæ, Symbola, Hieroglyphica. Inscriptiones*, & id genus alia a se inventa, & descripta, atque Hieronymo Patavino, vulgo il *Paduanino*, egregio Pictori tradita, ut iisdem pictura expressis, majus, idemque amplissimum Claustrum ejusdem S. Justinæ Cœnobii exornaretur. Quod opus, & Pictoris diligentia, & Hieronymi, aliorumque (de quibus mox) eruditione numeris omnibus absolutum *hactenus* (inquit Jacobus Cavaccius Hist. S. Just. lib. 6. pag. 274. 2. editionis Patavinæ ann. 1696.) *doctis, & indoctis jucundum spectaculum præbet*; Nam selectioris, arcanæque doctrinæ tum sacræ, tum prophanæ, tam ex Divinis Scripturis, quam ex Romanâ, & Ecclesiasticâ historiâ, aliisque Scientiis petitæ, plurimùm continet: Ibi Bmi Patriarchæ insigniora gesta ita ad vivum delineantur, ut supra unumquodque eorum similia ninc indè acta Herois cujuspiam veteris, novique Testamenti, præcipuè nostri generis Servatoris, ac in medio Maximus aliquis ex Benedictâ familia Pontifex, vel illustris Sapientiâ, aut Sanctitate Vir cospiciantur: subtus verò celebre aliquod veterum Romanorum facinus, quantùm res fert, speciei ejusdem. Denique circumcirca omnis generis Symbola, & Hieroglyphica, quæ ad ejusdem Smi Parentis actum, veluti ad scopum apposité, ac ingeniosè colliment; Quamvis autem in opus adeò insigne tres etiam alii Monachi Patavini Cœnobii per id temporis doctiores, nempé D. Prosper Tarvisinus ejusdem S. Justinæ Professus, D. Angelus Mossiolus Brixianus è Cœnobio S. Euphemiæ, & D. Gulielmus Pontremulensis è Cœnobio S. Joannis Evangelistæ Parmensis, ut testis est supralaudatus Cavaccius, studium suum egregiè contulerint, primas tamen Hieronymo Cathaneo, uti præcipuo Duci, ac Inventori omnes concedunt. Claustri tamen hujusce partem, meridiem versus, multò antea a Bernardo Parentino, eodem ordine ac methodo a se adinventis, pingendam curaverat Gaspar Papiensis, Abbas D. Justinæ, ut supra suo loco in eodem Gaspare ex ipso Cavaccio diximus. Quamobrem Cathaneus, aliique hic memorati, in reliquo Claustro picturà adornando, Ideam, & Inventionem Papiensis egregiè sequuti, non equidem injuriâ, sed majori eorum laude, dicendi sunt; quod

ipsum satis apertè indicat laudatus Cavaccius lib. 6. pag. 274. „ Eodem tempore „ Abbas noster (Ignatius Genuensis) pingendum contulit majus Claustrum Hiero- „ nymo Patavino egregio Pictori: id olim a Parentino * inchoatum, ultra quin- „ quaginta annos ab ipsius obitu imperfectum remanserat. Selecti sunt ex doctiori- „ bus hujus Congregationis quatuor Viri, qui, ut olim Gaspar Papiensis cæperat, „ totum opus exornarent varia doctrinâ, nempè Historiis, Symbolis, Hieroglifi- „ cis, Inscriptionibus, & id genus aliis &c.

* Bernardo.

De eo singulari cum laude præter Wionem, & Jac. Cavac. supracitatos, Bernardinus quoque Scardeonius lib. de *Antiquitate Urbis Patavii*, deque claris ejus Civibus lib. 2. class. 6. pag. 138., & Angelus Portenarius in opere *Felicità di Padova* lib. 9. c. 21. pag. 436. qui omnes linguæ Latinæ, ac Græcæ peritissimum, & in omni studiorum genere versatum eum vocant. Portenarii verba hæc sunt „ Gi- „ rolamo Cataneo fu peritissimo della lingua Latina, e della Greca, scrisse elegan- „ tissimamente la vita di S. Giustina &c. „ Plac. Pucc. in App. hist. de Viris Ill. Abb. Florent. cap. 10. pag. 80. ubi eum vitæ admodum commendabilis, quæ cæteris exemplo erat, atque in sacris Literis, & in Arte Poetica doctiss. virum nominat, allegatque Fortunatum Scholam de eo agentem.

HIERONYMUS, MINIATI filius, patria Florentinus, ibidem in Cœnobio S. Mariæ Monasticæ Religioni se subdidit anno 1428., die 20. Feb., floruit Latinis, sacrisque literis, & plurima eruditione; virtutibus quoque animi, quæ optimũ Regularem virum constituunt, ornatus fuit; quamobrem Placido Pavanello in Reformatione Monachorum Vallis-Umbrosæ adjumento, ac solatio fuit, ut testatur Placidus Puccinellus in Chron. Abbatiæ Florentinæ pag. 123. Ejus plures leguntur, & quidem valdè eruditæ; elegantesque *Epistolæ* (quæ in libris *Epistolarum Hieronymi Alliotti* in Tabulario Cœnobii Aretini extant, de quo paulò ante) ad eumdem Alliottum, ad Franciscum Coppinum, aliosque ejus ævi præstantes Viros datæ, publicâ, quidem luce dignissimæ, sed nos unicam tantum, quæ legitur lib. 2. ob rei satis memorabilis argumentum, cæteris digniorem, ac nobiliorem hic transcribendam duximus.

„ Hieronymus Monachus Florentinus, D. Francisco Coppino Thesaurario Bonon. „ Particulam literarum tuarum, quam ad Jo. Bencium, & Gerium scribebas, „ vidi, ubi me provocas ad scribendum, quibus cum honoribus receptus sit a Flo- „ rentino populo Romanorum Imperator. Fuisset res incredibilis, & inenarranda, „ & omnium Sæculorum memoratu digna, nisi Princeps ipse maturè nimis, ac re- „ pentinè Civitatem ingredi postulasset. Fuerunt primò obviam ad x. millia pas- „ suum xx. spectatissimi Cives ex Senatorio, sive patritio ordine, quorum singuli x. „ Juvenes delectos ornatissimos sericeis vestibus, & phaleratis Equis insignes ha- „ buerunt. Numerus eorum omnium, qui obviam exierunt C C C. equorum „ fuit. Venerunt tandem ad Civitatem, ubi sub Gallicano Porticu insigne fuit so- „ lium, ubi parumper Imperator cum suis proceribus resedit, quoad venit Archie- „ piscopus cum omni Clero Civitatis. Indè in Angiportum processerunt, ubi am- „ plissimus Dominorum Magistratus, unàcum reliquis Civitatis Magistratibus cele- „ brata solemni stipulatione, sicut in liberis Civitatibus fieri consuevit, remotis im- „ pedimentis, patefactâ maxima portâ, sub umbraculo intra Civitatem eum rece- „ perunt cum maximo totius populi plausu, & exultatione. Per totam illam viam „ tanta extitit præ foribus, & fenestris ornatissimarum mulierum copia, ut non „ unius, sed multarum Civitatum Cives credidisses, non privatorum hominum, sed „ maximorum Regum, ac potentissimorum Dominorum uxores judicasses. Lici- „ tum cuique fuit ea ornamenta resumere, quæ cæteris temporibus interdicuntur. „ Vidisses tantum fœminarum numerum insignem, ac fulgentem auro, & gem-

„ mis

„ mis, prætiosissimis lapidibus, & permaximè consonum, & concinnum judicas-
„ ses in mulieribus Gallicum habitum permixtum Italicæ gravitati. Reliquorum verò
„ utriusque sexus hominum, & mulierum tanta erat copia, ut Etruriam totam ibi
„ adesse crederes. Ubi ad majorem Ecclesiam ventum est, & ipse, ut consuevit,
„ Princeps, ad orationem divertisset, equus, & umbraculum direpti sunt, ac præ-
„ dæ dati. Demum per Plateam Dominorum ad Pontificis Palatium Sanctæ Mariæ
„ Novellæ ductus est, ubi ædificium illud mirè dispositum, & ad cæremonias alias
„ accommodatum erat, ut rei, & Principis diversitas postulabat. Ibi sedes, & le-
„ ctos stratos, serico, auro, margaritis, & gemmis pictos, ac mirificè dispositos
„ vidisses. Postridiè, cùm Domini, & Primores Civitatis ad eum venissent, tra-
„ ctatum est de novis Equitibus creandis, & de pace Italica confirmanda, vel com-
„ ponenda. Obtulit se ad utramque rem paratissimum. Rogavit modum sibi dari,
„ & Oratores, qui Romam secum pergerent. Itèm Magistratum omnem voluit mi-
„ litaribus insignibus donare. Proxima, & sequenti die, quæ fuit dies Purificatio-
„ nis accessit ad majorem Ecclesiam; ibi inter Missarum Solemnia donavit quatuor
„ militiæ cingulo, Carolum Pandolfinum, Alexandrum de Alexandris, Rolan-
„ dum de Medicis, & quemdam Neapolitanum Prætoris nostri filium. In exitu de
„ Ecclesia quidam ludi celebrati sunt, veluti in festo nostri Joannis Baptistæ consue-
„ vimus. Fuit per octo dies continuos nostra Civitas læta; Templa ornata, & co-
„ ronata vidisses. Ipse verò Imperator omnia perlustravit ædificia, & publica, &
„ privata, & quæ digna fuerunt in Civitate. Sericeos, & maximè auratos pannos
„ omnes emit, non modo factos, sed qui adhuc in Artificum manus versabantur,
„ subarravit. Affluentia, & copia earum rerum, quæ ad victum spectant, tanta
„ erat, Aprorum, Cervorum, Caprearum, Fasianorum, Perdicum, & cæterarum
„ hujusmodi rerum, ut L. ipsum Lucullum æstimari posset ab inferis excitatum, &
a Florentino populo huic negocio præfectum fuisse, nè quid deesset Romano
„ Principi. Ajunt plurimi ad mille ducentos florenos qualibet die expositos, & di-
„ stributos esse, alii mille quingentos affirmant. Ludi nulli instituti sunt, propte-
„ rea quod spem standi minimam de se præbuit. Die quinta Febr., prima fere no-
„ ctis hora, duo Cardinales, Sancti Angeli, & germanus Frater Smi Dñi Nostri
„ introjerunt Civitatem, & ipsi eâ horâ, ut pompam declinarent. Fuit per horam
„ hoc ante scitum, quo tempore fuit de umbraculo cum illorum armis provisum,
„ & tantæ faces, ac luminaria fuerunt in Civitate usque ad tertiam noctis horam,
„ ut non modò tenebras fugarent, sed ipsam, si dici possit, lucem diei adæqua-
„ rent, Imperator unà cum Dominis Cardinalibus die 7. Febr. iisdem cæremoniis,
„ quibus, in ingressu eorum nostri usi sunt, in eorum exitu easdem ipsas parave-
„ runt, ac Senas versus iter arripuerunt. Eâ horâ, qua ipse portam S. Petri Gat-
„ tolini egrediebatur, Oratores Nostri Pisas, ac Liburnum tendebant, ut Impera-
„ torem Senas ducerent. Quibus muneribus a Florentino populo donatus sit Impe-
„ rator, nondum mihi constat. Plurimi ajunt illa in suo reditu reservari debere.
„ Vaduntcum illo Romam duo Oratores, qui Ferrariâ venerunt, præterquamquod
„ loco Dñi Othonis, Jannotius Manettus institutus est. Hæc habui quæ de Impera-
„ tore ad te dicerem; Quæ si insulsè & ineptè posui, parce celeritati. Gerius noster
„ supplebit. Est fabella Germanorum istorum grandi risu, & cacchinno digna, quam
„ in aliud tempus reservo. Vale; Florentiæ VIII. Febr. 1452.

Hic autem Imperator fuit Fridericus IV., vel, ut aliis placet III., Austria-
cus, qui Romæ a Nicolao V. Pontif. Maxim. auream coronam accepit eodem anno
1452. die 19. Martii.

Video equidem optimum fore, si aliæ omnes Hieronymi hujus Florentini, mul-
tòquè magis Hieronymi Alliotti ad eundem Epistolæ hic transcriberentur, ut in-
publi-

publicum prodirent, sed mihi, ad alia properanti id præstare non vacat. Sufficiat tantum indicasse, ubi nam reperiantur, alius forsitan omnes aliquando in lucem proferet; Nihilominus particulas quasdam earumdem Epistolarum, Alliotti scilicet, aliorumque ad Hieronymi Florentini commendationem, & penitiorem notitiam pertinentes, non omittemus: Lib. igitur 1.

„ Hieronymus, Coppino suo. Hieronymus noster Monachus Florentinus, cum „ ad te visendum per hoc tempus contendere instituisset, me quoquè nisus est, se„ cum pertrahere. Sed ceciderunt in irritum ejus conatus, cum aliis de causis, iisque „ non minimis, tum quia non satis firmo sum ad equitandum corpore, & ejus in„ firmitatis permagnos, & graves, & locupletes testes non solum habeo, sed quo„ cumque eo, mecum circumfero. Verùm hæc damna, & incommoda absentiæ „ meæ rependet, & quidem cumulatè præsentia nostri Hieronymi. Est enim, ut „ tutè nosti, vir cordatus, & prudens, & ita in oratione disertus, ut cum alioqui „ gravis sit, & succi plenus, salibus tamen multis, & urbanitate conditus est; Ita„ que per ejus adventum existimo officinam quamdam comitatis, & facetiarum ex „ Florentià Bononiam esse delatam, & jam absens corpore, præsens verò mente, „ & cogitatione intueor felicem hunc, & jucundissimum congressum vestrum, ut „ ad relaxandos animos in omni genere salsæ urbanitatis, ac liberalium jocorum „ nihil omnino deesse possit „ & in fine „ Quæ tuæ vitæ institutio, non modò tibi, „ sed amicis tuis futura est usui; quippè qui dignis, sanctisquè precibus tuis multa „ se à Domino consequi posse confidunt. Eo in numero, & me, & alterum Hiero„ nymum deditissimos tibi, scio, inter primos habebis. Nobis igitur obtinebis a „ Domino, & supplicabis cum matre illa filiorum Zebedei, ut alter à dextris tuis, „ alter à sinistris sedeant in regno suo. Sic quæ momentanea, & temporalis est ami„ citia nostra, tuis meritis, ac precibus eterna fiat; *Ma non ci rasgionare di bere* „ *col calice, che non ci piace*. Valè. Aretii 18. Junii 1452.

„ Eodem lib. 2.

„ *Hieronymus Aretinus, Hieronymo Monacho Florentino*. Opportunè mihi lit„ teræ tuæ sunt redditæ, nam eò tempore eas accepi, quo pro multorum Carorum „ obitu eram afflictior. Ante resignationem, cùm ex tuo charactere manum facilè „ agnovissem, mehercle solatium cæpi, quod te uno superstite, ac sospite damna „ multorum amicorum, tamquam repensa, & instaurata esse videantur. Siqui„ dem tanti semper apud me fuit virtùs tua, ut cum ad res magnas gerendas te na„ tum esse existimem, frequenter fortunæ invidiam incusaverim, quæ te humili „ sorte, & loco mediocri depresserit. Ubi verò intellexi ex earum lectione virtute „ tua, & astu insidias perniciosorum hominum esse superatas, cœpi è vestigio con„ gratulari, teque hortor pergas apud Excellentissimum Dominum tuum Papien„ sem has temporum malitias, & adversariorum fraudes declinare. Facilè enim „ possunt insidiæ adversariorum commodis tuis, & honori aliquando cedere, & „ spontaneum hoc exilium tuum majora forte pariturum est commoda, quam a „ principio existimaras &c. Valè 1457. Superiores literas plures dies detinueram do„ mi, nesciens, qua via eas ad te dimitterem, cùm nuntiaretur itinera omnia la„ tronibus obsessa, & occupata esse. Interim aliæ tuæ supervenerunt, nuntiantes „ inventionem libelli mei, quem ad Eugenium scripseram, & quidèm existimabam „ deperditam, & exoletam ejus libelli memoriam. Itaque non potui non gratulari, „ quod præter spem, & expectationem, tantillum ingenioli mei monimentum „ extaret. Quod verò hortaris, me ad præstantissimum ejus libelli Dominum scri„ bere, D. Michaelem de Ferrariis, quod occasionem scribendi ex ipso libello, „ queam sumere, non mihi quadrat hæc tua opinio; ne fortè videar pluris facere * „ libellum meum, quam ipse clarissimus Vir faciat; nam cum tanto viro incogni- tus

* Aliotti humilitas.

„ tuis iim hactenus, si ad eum scripsero, quid aliud agere videri possem, quam„ pro libelli mei existimatione audaciam, licentiamque scribendi mihi ipsi arroga„ re, quod turpe est, & alienum ab ingenio meo. Si quid tamen prodesse tibi scriben„ do possum, impudens, & arrogans, & temerarius dici, & existimari facilè patiar, „ Satis miror, quod scribis de Prioratu Montis Pingoli, nam, cùm rumor nescio, „ an falsus, an verus attulisset, migrasse ex hominum vita D. Jac. Episcopum Pe„ rusinum, ego te fultum præsidiis, & suffragiis amicorum existimabam ad Abba„ tiam Farnetensem Corton: Diœces. aspirare, cujus ille ipse Commendatarius erat, „ dignissimum profectò Monasterium, & quod ad se reformandum tuam solertiam „ videatur reposcere, & tamquam diu desideratam expectare. Valè. Ex lib. 3.

„ *Hieronymus Abbas, Hieronymo Monacho Florentino*. Accepi tuas ornatissimas, „ easque non sinè voluptate perlegi; non erat opus silentium tuum purgare apud „ me, qui omnia amicorum facta, dictaque in bonam partem soleo interpretari. „ Non usquè adeò fortuna iniqua est in suis bonis impertiendis, ut plerisque videtur. „ Ipsius impetu actum te, agitatumque fateor. At te Virum finxit ea ipsa fortuna, „ vividumque animum dedit ad ejus casus fortiter, & strenuè perferendos. Sunt, „ ut nosti, homines quidam languidis, enervatisque animis, qui ad primos fortu„ næ insultus, ita concidunt, ut virilem naturam exuant, muliebrem assumant, „ imò verò nec exuant, quandoquidem nunquam induerint. Hac tibi data optio„ ne, utrum mavis Hieronyme? Responsum te dignum auditum iri non dubito. Sed „ ista satis, quando stultum sit ibi quietem quærere, ubi nulla sit quies, & ubi quis„ que suos patitur manes &c. Vale felix... Ex eodem lib. 3.

„ *Hieronymus Aretinus, Hieronymo Monacho Florentino*. Et Latinum nostrum „ vidi libenter, & tuas literas vidi libentius; te verò libentissimè sum visurus. Non „ est opus cum amicis purgare silentium, qui omnia in bonam partem interpretari, „ & solent, & debent, nam si expediret id facere, ego quoquè in eadem damna„ tione me esse profitear, est necesse. Gratulor D. Petro Veronensi, quod felix „ est, & beatus; raras ab eo accipio literas raras etiam refero propter Tabellariorum „ infrequentiam. R. D. Episcopus * Massanus, & te, & prudentiam tuam multi „ facere solitus est. Sæpè enim me præsente te laudavit. Sed quid ad rem nostram? „ Non est ipse Papa; & ipse, & nos senes sumus jam pene capulares. Antequam„ se offerat occasio præstandi beneficii, aut custos carceris, aut custoditi peribunt „ captivi. Habet istic primarios amicos, & te, & D. N. Corbizum *, quibus quo„ tidiana ad eum scribendi commoditas offeratur. Rarus quispiam a nobis Romam „ proficiscitur Tabellarius, morem tamen tibi geram, quamprimùm ad illum scri„ bendi occasionem nanciscar. Latino nostro mandata quædam ad te deferenda„ arcanè commisi, ut intelligas mearum rerum nihil tibi secretum esse. Omni qui„ dèm viventi, sed præcipuè homini seni, ac infirmo animæ suæ ratio est habenda. „ Vale felix Aretii die 16. Aprilis 1475. Ex lib. 6.

* L. Dathus.

* Nicolaus Corbizus fuit Canonicus Florentinus.

„ *Hieronymus, Doctissimo Viro Dño Roberto Ariminensi*. Sæpè tu mihi succurris „ animo præstantissime Vir, & de tua humanitate, summàque eruditione frequen„ ter mihi inter amicos suavissima miscentur vèrba. Fuit verò apud me per hos fer„ mè dies, estquè in præsentia Hieronymus noster Florentinus, Vir cum optimus, „ tum observantissimus tui. Nullus inter nos sermo versatur, cui tu non intersis, „ ut queri de fortuna liceat, quod conjunctiss. & amantiss. homines tam longis „ terrarum spatiis sejunxerit. Idem Hieronymus noster, cum sit & prudentiâ, & „ literis ornatissimus, dignus est, qui tibi commendatus esse debeat; neque enim „ nobis obscurum est, quanta, & apud Principem nostrum, & apud Concives „ tuos de te opinio, & existimatio mentibus omnium hæreat. Quarè haud quaquam „ tibi difficile existimamus, hominem ad aliquam dignitatem Monasticam posse

subve-

„ subuehere; idque ut facias abs te contendimus. Invectio illa in Vallam Bartholomæi Fatii, quam Romæ ex scriniis Poggii, tuo hortatu, transcripsi, est apud „ me, concinna, ut mihi videtur, & elegans, addo, & acris, & vehemens. Si „ quà mihi pateret via, ad te eam dimitterem. Vale Aretii Octob. 1454.

Obiit autem Hieronymus Florentinus Aretii anno 1478., ut ex sequenti memoria in Necrologio Abbatiæ Florentinæ „ Anno Dni MCCCCLXXVIII. D. „ Hieronymus Fr. Ser. Nicolai, Florentinus laudabilis vitæ, conversatione, mo- „ ribusquè facillimis, omnibus æquè charus, Inguinis vulnere percussus, Aretii „ decedit, Monachis lugentibus ejus desiderio, die XV. Aprilis.

HIERONYMUS GATTA a Cilento, qui est tractus Regni Neapolitani olim, in Hirpinis, nunc in Principatu Ulteriori, (sed ejus vera Patria fuit *Lauriana*, qui est Vicus, vel pagus in Cilento), apud S. Michaelem Archangelum Montis Caveosi in Lucania, nunc Basilicata, D. Benedicti Regulam Professus anno 1610., die 4. Julii, & posteà Decanus, ac Prior Titularis, ejusdem Cœnobii sui, totiusquè adeò Monastici Ordinis jura, ac prærogativas indefesso labore, doctisque lucubrationibus strenuè vindicavit, inter quas insignis est

1 *Antiquitas Monastico Ordini, ac Clero Sæculari restituta*: tom. 3. in fol. in quibus de Præcedentia Monachorum, & Canonicorum Regularium agitur, rationibusque ab Historia, & Sacris Scriptoribus petitis ostenditur, Canonicorum Regularium Institutum longè post Institutum D. Benedicti floruisse. Qua de re vide, quæ aliàs in Const. Cajet. diximus. Extat hoc opus MS. in Bibl. prædicti Monasterii Caveosani, & pariter Venetiis in Bibl. S. Georgii M. in fol. a me ibidem visum anno 1718. Scripsit etiam libellum prænotatum

2 *Brevis, ac succincta narratio Translationis Corporis Ven. Bedæ Angli Doctoris eximii ex Anglia, Authore R. P. D. Hieronymo Gatta Lucano Monacho Casinensi S. Theologiæ Professore.*

Extat Ms. Genuæ in Tabulario S. Benigni, ex cujus antiquis monumentis Hieronymus narrationem hanc eruit, suoquè stylo contexuit, in qua nimirum narratione asseritur, circa annum 1233. Jo. Bevilacquam Monachum S. Benigni, quod Cœnobium Congr. Fructuariensi, ex Cluniacensi per S. Gulielmum propagatæ, tunc temporis Monasticâ observantiâ plurimùm florenti, unitum erat, nunc verò Casinensi, ex Corsica Insula in Angliam navigatione pervenisse, atquè in Monasterio de Gavello ea tempestate ferè diruto, ac deserto, sepulchrum invenisse, in quo Corpus Ven. Bedæ conditum erat. Tanti propterea thesauri inventione lætum, simulquè de ejus neglectu dolentem, illum continuò sustulisse, atque asportatum in præfati S. Benigni Ecclesia honorificè recondidisse; quã translationem Hieronymus multis tum antiquis, tum recentioribus momentis confirmare, ac stabilire pro virili conatur. Sed qui Bollandum continuarunt, Daniel Papebrochius, & Godefridus Henschenius tom. 1. Mensis Aprilis pag. 871. n. 18. ad diem x. in præfatione; Baertius, & Janningus tom. 17., Maji 6. ad diem 27. afferunt ex iisdem S. Benigni monumentis diligentiùs, & accuratiùs ab ipsis visis, Jo. Bevilacquam Genuensem, cum transitum faceret per *Gravellum*, quod Monasterium erat in finibus Adriæ olim celeberrimum, sed tunc ferè desolatum ob stagna, & paludes, regionem illam a pluribus jam annis latè occupantes, vidisseque Corpus S. Bedæ, multò tamen Ven. Beda junioris, in eodem deserto loco quiescentis, debito honore penitùs carere, navi dispositâ, unoque tantum rei conscio adjutore, illud feliciter abstulisse, Genuamque ad S. Benigni Monasterium asportasse ubi pluribus miraculis coruscavit. Addunt ex Antonio a Vood lib. 2. Hist. & Antiq. Universit. Oxonien. pag. 61. illud Ven. Bedæ Corpus, quod in Ger Wicensi Monasterio, ubi vixerat, & objerat, prius requieverat, ac postea

ittea Dunelmum * translatum fuerat, sub initia dein Regni Reginæ Elizabeta Whittingamo Dunelmensi Decano *indigno*, fanatico zelo correpto, Templo detractum fuisse, ac prorsus dissipatum. Hæc illi, quamvis Jo. Spedus in Theatro Britanniæ, ubi de Episcopatu Dunelmensi, scribat, Bedæ monumentum in occidentali Templi Dunelmensis parte, etiam nunc extare, & Rogerus DodsWorthius in Monastico Anglicano tom. 1 autumet Ossa Ven. Bedæ, Biscopi, S. Hesterpini, & Sigfridi Wiornensium Abbatum in Glastoniensi Ecclesia asservari. Adstipulatur Bollandicis Auctoribus Jo. Mabill. in Annal. Ord. S. Bened. tom. 2. pag. 100. num. 30., ubi rem clarissimè explicans: *Bedæ*, ait, *alii plures, & quidem Sancti circumferuntur, unus Romæ &c. At Beda noster Venerabilis in suo Monasterio mortuus, sepultusque est, nec ejus reliquiæ extra Britanniam unquam translatæ. Alius Beda Junior, sed Italus Monachus Gravellensis Monasterii propè Rhodigium* *..... *Agri Ferrariensis, cultus X. Aprilis in Urbe Genua, quò ejus Reliquiæ translatæ sunt; tertius denique, si tamen alius &c.* En igitur amphibologiæ, & æquivocationis occasio; Vel enim antiqua S. Benigni monumenta mendosa sunt, aut aliquis plures Bedas ignorans, oscitanter in iisdem legit; vel immutavit Gavellum pro *Gravello*, *Angliam pro Adria* Urbe Episcopali aquis penè demersa, 20. m. pass. a Rhodigio dissitâ, ubi nunc Episcopus residet, eoque magis æquivocum illud invaluit, etiam apud Gattam, quò, si Arnoldo in Lign. Vitæ fides, junior hic Beda, licet Italus, ex Anglia tamen fuit oriundus, & doctrinâ, sacrisque conscriptis libris admodum celebris, & inclytus, longe tamen diversus a Beda Venerabili, ut ipse Arnoldus ingenue, ac diserte affirmat ejusdem Lign. Vit. p. 2. l. 3. in Martyrol. Monast. Benedictino ad diem 10. April.
„ Asserere conantur Genuenses hunc esse Ven. illum Bedã toto orbe famosissimum
„ quod quam a vero sit alienum ex multis demonstratur, ut quod in Curia Caroli Ma-
„ gni tunc Imp. multis annis mansit: Vitam Monasticam sub Gulielmo Abbate ad
„ Gavellum fluvium non longe ab Adria duxerit: Socium Venerium habuerit an-
„ no 819. hac die obierit in Italia, quæ omnia Anglico Bedæ nulla ex parte conve-
„ niunt &c. ibi legenda. At vero S. Beda Venerabilis obijt an. 734. ætatis suæ 63., ut habet probabilior opinio. Ceterùm illud S. Bedæ junioris Corpus Ven. Bedæ hucusque creditum magna à fidelibus veneratione colitur, ac in Urnâ ejus Ossa claudente celebre illud carmen Leoninum legitur.

Hac sunt in fossa Bedæ Venarabilis Ossa. Quod tamen commentitium esse, ab ejus nempè discipulo inceptum, & ab Angelo absolutum, probat Emus Baronius in notis Martyrol. Romano subjectis ad v. Kalen. Junii ex aliis carminibus a Trithemio relatis, atque ejus sepulchro inscriptis videlicet,

Presbyter hic Beda requiescit carne sepultus,
Dona, Christe, animam in Cælis gaudere per ævum.
Daque Sophiæ illum debriari fonte, cui jam
Suspiravit ovans intento semper amore. Sed de his satis, vel potius nimis, occasione parvi libelli.

Pro Hieronymo Gatta legitur, Decretum S. Congr. de Propaganda Fide habitæ die 27. Maii 1644. his verbis „ Referente Emo D. Cardinali Spada instan-
„ tiam Abbatis D. Constantini Cajetani Collegii Gregoriani Præsidis pro literis ad
„ Patrem D. Sylvium Stellam Abbatem Brixiensem, & Benedictinorum Congr. S.
„ Justinæ de Padua Præsidentem, in quibus rogaretur, ut Patrem D. Hieronymum
„ de Cilento Decanum, & Professum S. Michaelis Archangeli de Monte Scaglioso,
„ & Conventualem in S. Benedicto de Mantua ejusdem Congr., illi in socium con-
„ cederet: Sacra Congr. animadvertens prædictum Abbatem D. Constantinum es-
„ se jam senem, & infirmitatibus gravari cæpisse; & si moriatur sine socio fideli

* Durham.

* Rovigo.

„ posse Bibliothecam ejus, & alia, quæ apud ipsum existunt, non contemnenda „ mobilia Ecclesiastica, detrimentum pati, aut etiam auferri, vel occultari, cen- „ suit, Oratoris petitioni esse annuendum, dummodo Emi D. Cardinalis Barbe- „ rini Protectoris consensus accedat, & dictus D. Hieronymus habeat, qui alimen- „ ta illi necessaria præstet: Franciscus Ingolus Secretarius. Extat in Archivo ejusdem Monasterii Montis Caveosi Authographum, ejusque exemplar Romæ in Bibliotheca Sapientiæ inter Mss. Constantini Cajetani.

Gattæ mentionem habet, eumque sæpè allegat Plac. Pucc. in suis operibus, præsertim in Chronic. Inglassiat.

HIERONYMI LAPI Monachi Casinensis Venetiis in Bibliot. S. Georgii Majoris sequens opus extat.

Ceremoniale Casinense tom. 1. in 4. Ms. sign. n. 326.

HIERONYMUS Mediolanensis Monachis nostræ Congregationis ascriptus circa annum 1424. die 25. Martii, Vir doctrinâ, & pietate commendandus, scripsit magno spiritus fervore

Sermones de Sanctis, qui extant in Bibliotheca S. Justinæ Mss. in 4.; quorum tale est initium; *Sæpè numero admirari soleo &c.* a me visi ibidem anno 1718.

HIERONYMUS Monachus Congr. S. Justinæ, (nondum enim unitum eidem fuerat Sacrum Monasterium Casinense) unus est ex Interloquutoribus Dialogi,

An D. Benedictus Monachorum Pater Almificus fuerit Sacerdos. Qui Dialogus legitur impressus ad calcem Consiliorum Cardinalis Zabarellæ a pag. 189. usque ad pag. 194. Illa verò Consilia excusa sunt Venetiis anno 1581. apud Jo. Baptistam a Porta; si tamen ejus Dialogi hic Hieronymus sit Auctor.

HIERONYMUS PEROTTUS, Neapolitanus patriâ, sed Aversæ in Monasterio S. Laurentii Monachus effectus anno 1583., die 9. Octobris; deindè cum honorum, ac munerum gradibus, quibus laudabiliter est perfunctus, Decani scilicet, Cellerarii, Priorisque ejusdem Monasterii Aversani, iter sibi ad Præsulatum stravisset, maluit illud sibi ipsi præcludere, ac Prioratu spontè dimisso, Abbatis Titularis sola nuncupatione gaudere. Beata igitur quiete, nobilique otio perfruens, quo Deo, sibique dumtaxat vacare licuit, ad confirmandum animi sui, aliorumque dignitates abdicantium propositum, ne facti adeò egregii umquam eos pœniteret, scripsit nobili stylo, ac multa eruditione librum hujusce tituli

De Constantia in abdicandis Magistratibus. Neapoli ex Typographia Lazzari Scorrigii anno 1633. in 4. Francisco Barberino S. R. E. Cardinali, & Cancellario Apostolico dicatum. Quod opus ab ipso met Authore posteà emendatum, auctum, variisque eruditionibus locupletatum, Rmus P. D. Petrus Paulus a Neapoli Abbas S. Severini recognovit, & approbavit, ut iterum typis mandari posset, cujus quidem approbationis hic est tenor.

„ Ex facultate Comitiorum Generalium celebratorum Perusiæ 1634., ego D. „ Petrus Paulus a Neapoli Abbas Congreg. Casin. Juris Pontificii, & Sac. Theolo- „ giæ Professor, vidi iterum, & excurri librum *De Constantia in abdicatione Magi-* „ *stratus R. P. D. Hieronymi a Neapoli Abbatis*, quem olim mandandum typis ap- „ probavi, nunc verò majori cultura, & ditiori sapientia exornatum ad animi passio- „ nes compescendas aptissimum, excudi posse, & debere censeo, & maximè, „ cum congruat Catholicæ fidei, & ubique redoleat summam eruditionem, & „ pietatem, quas dicendi suavitate complectitur. Datum Neapoli in nostro „ Monasterio S. Severini die 15. Mensis Novembris 1639. „ D. Petrus Paulus a Neapoli, ut supra.

Fama est Hieronymum, morte adveniente, opus suum ità correctum, auctum, & approbatum, iterum typis committere non potuisse; nam extat adhuc Ms.

Ms. in folio in Archivo supralaudati Monasterii S. Laurentii de Aversa, ubi etiam reperitur primi ejusdem Operis *authographum* pariter Ms.

Decessit Perottus anno 1643. ætatis suæ 80.

Ejus meminit Nicolaus Top. in Bibliotheca Neap. pag. 159. Et Bern. Pez M. Epist. X. Apologetica pag. 252.

HIERONYMUS PHARAONIUS, natione Siculus, patriâ Messanensis, nobili familia ortus, in Monasterio S. Placidi Regulæ nostræ devotus anno 1581., vel 1600., nam duo Hieronymi a Messana S. Placidi Professi prædictis annis in nostris Regestis inveniuntur, ac posteà Decanus, Scholasticâ, ac morali Theologiâ excelluit circa medium præteriti Sæculi XVII., insignesque Tractatus in ea scripsit, atque evulgavit cum hoc titulo,

Promptuarium animæ, in quo duo Tractatus continentur; quorum primus est *De Sacramento Pœnitentiæ*. Secundus *de Actu Justitiæ Commutativæ, cum appendicibus utrique tractatui annexis*. Messanæ apud Jo. Franciscum Biancum Ann. 1629. in 4. sumptibus Josephi Matarozzi.

De eo Ant. Mongit., Bibl. Sic. par. 1. pag. 283. magnâ quidem cum laude; Vocat enim eum in utrâque Theologiâ doctiss., & clariss., quippè qui hanc nobilissimam facultatem in primariis Italiæ Cœnobiis publicè docuerit. Antoninus quoquè Diana in suis operibus moralibus citat aliquoties Hieronymi Pharaonii Benedictini *Tractatus de Sacramento Pœnitentiæ, & de Restitutione*.

HIERONYMUS à POTENTIA, quæ est Lucaniæ Urbs, Calabriæ citeriori contermina, in Cœnobio S. Justinæ Patavinæ Monasticis Sacris initiatus est anno 1561. die 24. Febr. in quibus adeò profecit, ut admodum Juvenis anno scilicet à Professione undecimo vix expleto, Tyronum Magister sit constitutus quæ res, cum in ea ætate sit prorsus insueta (Decanis namque, ac senioribus probatæ Vitæ, qui plures in Congr. laudabiliter transegerint annos, id muneris demandari solet) præmaturam Hieronymi virtutem satis superquè testatur; deindè per omnes Ordinis nostri gradus ad Abbatiam brevi cum pervenisset, ac plura Monasteria laudabiliter administrasset, in quibus omnibus pro viribus (uterat literarum amantissimus) bonarum artium studia sedulò promovit, ut iisdem etiam ipse liberiùs vacare posset, Præsulatu se tandem abdicavit, & ad usque vitæ finem lectioni, ac scriptioni semper incubuit, sed ità tamen, ut omnia sua studia, & lucubrationes ad posterorum utilitatem, in primisque ad Congr., ac Monasterii sui decus, & utilitatem dirigeret. Obiit Abbas Titularis anno 1619., die 11. Martii. Varia reliquit opera Italico sermone conscripta, stylo quidem simplici, sed tantumdem sincero, ex quibus Jacob. Cavacc. Justinianam historiam potissimum contexuit; sunt autem ista,

1 *Annali del Monastero di S. Giustina, della sua fondazione, cose avverse, e prospere occorse di tempo in tempo, Abbati perpetui, e quinquennali, colla miracolosa riforma dell' Ordine Monastico, fatta in quello fino al presente* 1612., in fol. 2. *Historia Monastica dell' origine, e delle fondazioni delli Monasteri della Congr. Casin. tom. 4. in fol.* 3. *Vero ritratto della Pittura del Chiostro del Monastero di S. Giustina di Padova fatto da Eccmi Pittori colla dichiarazione delle dette Figure, figurati, Gero glifici, Simboli &c.* in fol. 4. *Raggionamento delle cose più notabili, antiche, e moderne dentro, e fuori di Padova, sua fondazione &c.* in fol. est Dialogi methodo exaratus, & in 5. dietas divisus. Interloquutoribus Lelio, Flaminio nobilibus Neapolitanis, & D. Hieronymo a Patavio Mon. Cas. quod opus tali gaudet titulo, *Chronica dell' Antichità di Padova*; cum autem hoc ipsum opus persimile sit dialogis *Petri Ricordati* (de quo 2. p. l. P.) de rebus Patavinis; & idem fere contineat, haud temere dicere possumus Hieronymum, qui 39. annis post Ricorda-

tum obijt, multa, si non ferè omnia a Ricordato mutuatum esse; scripsit etiam *Orationes varias Latinas, quarum prima est de B. Mariæ Magdalenæ laudibus* in 4.

Quæ omnia asservantur Mss. in Bibl. S. Justinæ a me visa anno 1718. sed Historia Monastica extat etiam Ms. Venetiis in Bibl. S. Georgii M. *sign. nu.* 237. a me pariter visa eodem anno.

De Hieronymo a Potentia laudatus Cavaccius hist. suæ lib. 6. pag. 274. secundæ editionis Patavinæ anno 1696., ubi se, materiæ plurimum ab ejus Annalibus sumpsisse haud obscurè fatetur.

„ Horum, inquit, nomina, qui nempè majoris Claustri literaria ornamenta
„ picturis exprimenda conscripsere (ut paulò antè diximus in Hieronymo Cathaneo)
„ ab injuria temporum vindicavit D. Hieronymus Potentinus Abbas, qui antè nos
„ in colligendis hujus Cœnobii antiquitatibus egregiè laboravit.„

* L. A.

HIERONYMUS RAYNERIUS suprà recensiti * Andreæ Raynerii frater, Parmæ natus, ibiquè inter S. Jo. Evangelistæ sodales cooptatus anno 1661., die 8. Sept., Poeticam artem coluit circa finem elapsi Sæculi XVII., quamobrem Romanæ Academiæ ea tempestate florentes, *Infæcundorum* nimirum, ubi cognomen sibi sumpsit, *L' Inaridito*, & *degl' Intrecciati*, suorum albo eum adjunxere, in quibus Raynerius ingenii sui haud semel specimen dedit. Ejus enim legitur

Ode in laudem Beatissimæ Virginis triumphantis impressa in libro, cui titulus: *Corona di fiori Poetici à Gloria della Vergine trionfante*, Regii Lepidi apud Prosperum Vedrottum anno 1674., quem librum vidi Romæ in Miscellaneis variorum Poematum collectis ab eruditiss. olim Equite Prospero Mandosio, mihique amicitia conjunctissimo tom. 3. Opusc. 19.

In prædicta quoquè Academia *degl' Intrecciati* ann. ann. 1671. die 21. Martii recitavit duo Italica *Epigrammata* primùm ad Spiritum Sanctum in figura ignis apparentem. Secundum ad Christum resurgentem, qui Magdalenæ in forma Hortulani apparuit. Quæ quidèm Epigrammata leguntur in fastis ejusdem Academiæ *degl' Intrecciati* impressis Romæ ann. 1673. pag. 87. Mortuum autem eum ferunt apud Nolam Appuam, quæ vulgò Pontremoli dicitur.

HIERONYMUS RUSCELLI Perusiæ ortus, ibidem in Monasterio S. Petri Monasticum institutum amplexus anno 1555., die 24. Febr. omnium virtutum genere conspicuus fuit. Abbas constitutus, insigniora Monasteria Florentiæ, Mantuæ, Panormi, Sublaci, Perusiæ, aliaque, ac deinde Generalis Præses universam Congreg. mira prudentia ter administravit, Magnosque Principes, & Pontifices Maximos in sui amorem, & existimationem attraxit; qui eum veluti certatim cumulandum honoribus susceperunt. Ferdinandus namque I. M. Hetruriæ Dux in S. Mariæ Novæ Magnum Hospitalarium (munus sanè Florentiæ per quàm honorificum) & Clemens VIII. in Conscientiæ suæ arbitrum, ac moderatorem, itemquè in S. Spiritus M. Commendatorem, postulaverunt; quos tamen honorum gradus Vir modestissimus, impetratâ ab utroque veniâ, humiliter respuit. Casinense verò Archisterium annis quinque *, ità moderatus est, ut regularis disciplinæ robur verbo, & exemplo diligentissimè retinuerit, nec remitti umquam sit passus. Quapropter morum ejus innocentia, ac irreprehensibilis vitæ integritas validos ad virtutem stimulos Monachis addidit, & in rebus agendis rara solertia, atque insignis industria Cœnobio ipsi rei familiaris, ædificiorum, sacræque suppellectilis augmenti plurimùm attulit. Sed quo in primis commendationem promeruit maximam, fuit Seminarium Clericorum in Civitate Sancti Germani ab eo erectum, atque optimè constitutum, ut in Sacro illo Athenæo Ecclesiastica Juventus pietate, ac literis ex Triden. Concil. præscripto sedulò institueretur, unde maxima utilitas emanavit.

* Ab an. scilicet 1590. usque ad 1595.

Quo

Quo tempore pro Curæ Pastoralis officio in totius etiam Cleri reformationem intentus, celebravit

1 *Synodum Casinensem*, tàm ex sacris litteris, quàm Summorum Pontificum decretis, & Conciliorum tùm Œcumenicorum, tùm Provincialium Canonibus confirmatam, & adornatã imprimendã curavit Romæ an. 1592. (biennio scilicet postquam Casinensis Abbas fuerat renunciatus) apud Guglielmum Facciottum in 8. Incipit: *Hieronymus à Perusio humilis Abbas S. Monasterii Casinensis &c. Universo Clero, & populo nobis subjecto salutem, & perpetuam felicitatem &c.* 2. Habuit & aliam Synodum anno 1594., cui pulcherrima, atque utilissima decreta inseruit.

Erat enim non solum vitæ perfectione, sed etiam scientiis omnibus instructissimus. Nam Philosophiam, ac Theologiam, Divinasque, & Canonicas literas non quidèm summis, ut ajunt, labiis, sed toto penitus hauserat pectore. At verò Astrologiam, & Astronomiam, Mathesim quoque, Arithmeticam, Cosmographiam, Musicam, Architectonicam, Algebram denique adeò percalluit, ut easdem scientias præclaris ingenii sui inventis plurimùm illustraverit. Varia siquidem, eaque nova, & hactenus inusitata instrumenta pro Mathematicis disciplinis excogitavit, & perfecit, regulasque ad eorumdem usum conscripsit: Itaque

3 *Plura Mss.* Cosmographis, Arithmeticis, & Mathematicis perutilia reliquit. 4. *Instrumentorum* insuper a se inventorum ope, ac beneficio plurima loca, & provincias Geographicè delineavit. 5. Plura item *Horologia Solaria, Verticalia, Horizontalia*, & *Annularia* fabricatus est, quæ omnia Authores mox citandi, qui de eo agunt, disertissimè tradunt.

Obiit Neapoli anno 1604., ætatis 66. Abbas S. Severini, die 24. Augusti summo omnium, qui eum noverant, dolore, *Vir summæ prudentiæ in nostris* Regestis vocatus.

Venetiis in Bibl. S. Georgii M. extant Hieronymi a Perusio Abbatis Montis Casini *Stanze* sopra la Natività del Signore Ms. sign. n. 313.

De eo plures Authores perhonorificè agunt, inter quos Cæsar Alexius in Elogiis Perusinorum Centuria 1. impressa Fulginei 1635. apud Alterium pag. 135. & sequen. ubi præter de eo a nobis superius dicta, hæc insuper tradit; „ primariis sui „ Ordinis Cœnobiis, quibus identidem fuit præpositus, solidis ædificiis, magna „ Architecti laude obfirmatis, musicisque sonis mira ingenii elegantiâ locupletatis, „ suoque consilio Præsidibus, Rectoribusque prudentissimo adjutis, magnus Astro- „ logus, Mathematicus, Musicus, Philosophus, ac Theologus, præcognita „ obitus sui die, divinis Ecclesiæ armis se muniens, communem hostem intrepidè „ propulsavit, placidamque mortem penè septuagenarius suscepit anno 1604., an- „ nis pariter, & virtutibus onustissimus „ Hæc Alexius a quo Augustinus Oldoinus in Athenæo Augusto, ubi fusè de eo agit, omnia ferè mutuatus est.

Cæsar Crispoldus in Perusia Augusta pag. 94. plura, eaque valde singularia de eo narrat, quæ nullatenus, saltem pro majori parte, omittenda putaverim „ „ D. Girolamo Ruscelli fu di grandissima integrità di Vita, di singolar prudenza, e „ di tanta auttorità, che meritò di esser creato tre volte Presidente. Fù questo pe- „ ritissimo nelle Mathematiche, trovò un modo di fare un Cimbalo, il quale con „ 21. corda solo suona sì perfettamente, come io ho veduto, e sentito per tutta la „ tastatura divisa, così nel Suono, come nel Semisuono, e risultano in tutto in „ numero 81. tasti. Questa fatica non credo, che per altro il detto Padre prendes- „ se, se non per dare occasione a Musici, e Studiosi di poter suonare per tutti i ge- „ neri, cioè Cromatico, Enarmonico, e Diattonico, il che negli altri Cimbali è „ impossibile di poter perfettamente operare. Fece un nuovo modo di segar mar- „ mi sopra il Fiume di S. Germano Città di Monte Casino, il quale modo senza

ajuto

„ ajuto de' Manuali fà l'effetto. Fece la strada, che và da S. Germano a Monte
„ Casino con un ricinto di muraglia, che gira circa un miglio, & in modo, che
„ non può scalarsi ne di fuori, ne di dentro. Fece in detto luogo un Claustro tutto
„ di marmi bianchi con suoi pilastri d'ordine Dorico intagliato, e diede principio
„ ad una nobilissima aggiunta vicino al detto Claustro. Trovò, e pose in esecuzio-
„ ne in detto Monte un modo di sonare una grandissima Campana, quasi che basti
„ di toccarla da un piccolo fanciullo. In questo Monastero di Perugia fece edifica-
„ re un Noviziato con molte stanze, e con grossa spesa. Si pose ad abbellire la
„ Chiesa, facendo nettare, e lustrare tutte le Colonne di essa. Diede principio,
„ e fine alla Cappella degli Angioli, la quale riuscì assai bella, e poco doppo princi-
„ piò di pietre rosse, e bianche a scacchi un pavimento, che oggi si vede dalla por-
„ ta per mezzo di tutta la nave della Chiesa. Fu intendissimo di Algebra; hebbe
„ gran cognizione delle cose celesti, e fabricò Orologi di ogni sorte in varii luoghi,
„ e fù raro Cosmografo, fù singolare nell'intendersi della materia delle Alluvioni,
„ e del modo di dividerle. Fece gittare Campane di molta consonanza, nel che fù
„ intendissimo, cioè in dare ad intendere il modo, la misura, la qualità della
„ grandezza, e principalmente in allegare i metalli. Fù anche molto prattico negli
„ studii di Filosofia, & applicando l'animo alle sagre lettere, e Canoniche vi riu-
„ scì mirabile, e di tanta considerazione, che per lo spazio di 4. anni, che stette
„ Abbate in Fiorenza non si fece mai in quella Città Congregazione, ove si trat-
„ tassero cose gravi, & importanti, che dall' Arcivescovo, (che fu poi Papa Leo-
„ ne XI.) non fosse egli chiamato a dare il suo voto. Fece beneficii rivelanti alla
„ Congregazione tutta Casinense, riordinando alcuni luoghi, sedando varie di-
„ scordie, e turbolenze, e riunendo alcune grosse Abbadie quasi alienate.

Et pag. 361. addit „ Era egli si esperto nelle Matematiche, che pochi trovò a
„ suoi tempi, che l'eguagliassero, Monsignor Danti confessa esser megliore lo
„ Scortello inventato da lui, che quello di Alberto Duro. Si viddero nelle mani di
„ detto Padre diversi instromenti, come sfere, Astrolabii, Trisesti, e Compassi
„ inusitati, delli quali egli perfettamente si serviva &c. S'intendeva di Algebra, fù
„ raro Cosmografo, & in bei modi con l'operazioni *de' suoi instrumenti* fece, e dise-
„ gnò diversi luoghi, e provincie senza alcun' aggiuto &c. morì l'anno 1604. e
„ dell'età sua sessagesimo sesto. „ Denique Nicolaus Angelus Caferri in Synthe-
mate Vetustatis, impresso Romæ anno 1667. pag. 423. ubi compendium Chro-
nologicum texit, inter viros Ingenii monimentis editis, & variæ eruditionis lau-
de præstantes ab anno 1600. ad annum 1666. Ruscellum collocat.

Ex nostris autem magna cum laude agunt de eo, Arn. Wion Lign. Vit. lib. 1. cap. 10. pag. 33. & lib. 5. cap. 8. pag. 597., sed tamen notatu dignum est Arnol. eum appellare cognomine *Bruggia*. Erat autem Arn. Hieronymi, qui eo tempore a quadriennio inter Casinenses Abbatis munere fungebatur, Synchronus, cui propterea *Nestoreos adprecabatur annos*. Plac. autem Pucc., tam in Chronico Abbat. Flor. pag. 96. & seq., quam in Appar. hist. de Vir. Illust. Abb. Flor. ad an. 1585. vocat Hieronymum pariter cognomine *Bruggia*, sive de *Rossettis* Florennum (patre videlicet Florentino) quod sanè apertis verbis tradit Pet. Ricor. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 474. a tergo, asserens, eum Perusiæ quidem natum, sed ejus Patrem fuisse Florentinum, laudatque ab industriâ, & solertiâ in regimine, a scientiarum ornatu, Mathesis præsertim, a singulari humanitate, ac Eutrapelia, Anno autem 1575. extitisse SS. Faustini, & Jovitæ Brixiæ Priorem.

Marcus Antonius Scipio in Elogiis Abb. Casin. pag. mihi 243. & sequen. plura de Hieronymo, sed nos ea tantùm, quæ ab aliis Authoribus prætermissa sunt, selegimus „ Religiosissimam Domum integro quinquennio moderatus est. Peri-

stylium

„ ſtylium Majus (Caſinates *Paradiſum* vocant) & Ciſternam ad fores Monaſterii,
„ plura etiam cubicula, tùm hoſpitibus admittendis, tùm curandæ infirmorum va-
„ letudini, aliaſque officinas magno, inſigniquè ſumptu extruxit. Curarum etiam,
„ & impenſæ magna pars ad Baſilicæ cultum derivata. Item duo ingentia Candela-
„ brorum paria, cum pluribus vaſis ex argento ad Aræ maximæ uſum, ornatumque
„ deſtinata. Mitra inſuper opere, & prætio nobilis, Sericæ veſtes magno numero,
„ ſacram ſupellectilem adauxere, Seminarium &c.... Jus Appellationis in Oppido
„ Citrarii contra Regium Fiſcum adeptus eſt. Iteratis ſententiis per Neapolitanos
„ Judices pronunciatis, Germanenſium * proterviam edomuit; & cætera, quæ a
„ ſupralaudatis Auctoribus etiam clarè traduntur.

* Leg. Sangermanenſium.

Julius Ambroſius Lucenti in Ital. Sac. reſtrict. auct. &c. ubi de Epiſcopatu Caſin. pag. 1015., hoc unum de Ruſcello peculiare præ cæteris narrat, pergrandem ſcilicet, & ſpectabilem undique tabulam, opus Senioris, Junioriſque Baſſani Pictorum valde celebrium, eum perfici curaviſſe, quæ hodieque omnium admirationi patet. In noſtris regeſtis vocatur, *Vir doctiſſimus, & Mathematicus ornatiſſimus*.

HIERONYMUS SYLVA Monachus, & Abbas S. Salvatoris Papiæ, qui Monaſticum inſtitutum ibidem amplexus fuit anno 1563. die 6. Auguſti (ut ex veteri Regeſto, quod eſt apud me) ſcripſit

Tractatum de rebus ad noſtram Congreg. pertinentibus, ad Alexandrum Cardinalem Farneſium Protectorem ejuſdem Congr., qui obiit Romæ anno 1589. extat Ms. in Bibl. Sapientiæ Romanæ in tom. Ms. in fol. *Variorum* Conſt. Caiet.; ſed vix legi poteſt ob atramenti exilitatem, & characteres ferè conſumptos.

HILARION Lanterius a Mediolano in Monaſterio Sanctorum Petri, & Pauli ejuſdem Urbis anno 1472. die 25. Martii cucullum induit, & cum poſtea ad Abbatis dignitatem perveniſſet, varia Monaſteria optime adminiſtravit, nam ſacris literis egregie imbutus, plura ad Sanctorum honorem, & Piorum utilitatem elucubravit, nempe;

1 *Appendicem ad Vitas Sanctorum* Jacobi de Voragine. lib. 1. Mediolani apud Jacobum de la Ripa an. 1494. in 4.

Extat Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana liber ſignatus n. 493., in cujus 1. pag. (nam libri proſpectus deeſt) ſic legitur. 1571. *Legendarium editum ab Hilarione Monacho Mediolanenſi Ord. S. Ben. intitulatum* Supplementum Voraginis *anno* 1494. *die* 16. *Aprilis in* 4. Poſt indicem autem SS. hoc ibi ſubditur exaſtichon

Multorum Vitas, mores, & nomina Lector
Sanctorum, noſtri cerne laboris ope
Non Muſas, non falsa Deum cunabula canto,
Nec vanas latebras, hic Heliconis habes;
Nil ficti inſeritur, tantum obſervatio facti
Panditur, ut Veterum pagina certa docet.

2 *De Vita S. Simeonis Monachi*, qui in Monaſterio S. Benedicti de Manto a requieſcit. 3. *De Tranſlatione S. Georgii* Martyris lib. 1. incipit. *Cogis me Pater*: Erat Ms. in S. Georgio M. Wione teſte. 4. *De Tranſlatione Bracchii* ejuſdem S. Georgii ad Monaſterium S. Georgii M. Venetiarum: teſte eodem Arnoldo Lign. Vit. l. 2. pagin. 425. cap. 69. ubi de eo agit. 5. *De Conceptione Glorioſæ V. Mariæ* opuſ. 1. *De Viſitatione Glorioſæ Virginis Mariæ* cum nonnullis ejuſdem Virginis miraculis opuſ. 1. *De ſolemnitate* B. M. ad Nives, & de quodam ejuſdem admirando miraculo: nec non de *Corona ejus aurea ſtellarum duodecim* eidem Virgini ab omnibus quotidie perſolvenda: opuſc. 1. *De Floribus excerptis ex* opuſculis S. Bernardi Abbatis in laudem Glorioſæ V. M. collectis in unum opuſc. Hæc quatuor opuſcula ſimul publicam in lucem prodierunt Mediolani per Jac. de Ripa, anno

anno 1494. Ejus etiam opus est liber, qui sine nomine Auctoris Parmæ prodiit cum hoc titulo

6 *Paradisus deliciosus in Apparitione Domini*. Parmæ apud Ugolettum an. 1505. in 4. nam in fronte unius exemplaris hujusce libri Parmæ impressi, qui modo extat in Bibl. S. Justinæ Paravinæ, ita prorsus manu exaratum legitur „ Hic liber fuit „ compositus per Revmum D. Hilarionem Abbatem Congr. nostræ Casinensis, „ prout dixit mihi D. Simpliciano de Assio Monacho S. Vitalis Ravennæ Rever. D. „ Benedictus de Parma Abbas Monasterii S. Benedicti Ferrariæ, dum essem ibidem „ anno 1539., qui etiam dixit, quod ipse, rogatu ejusdem P. D. Hilarionis, pro „ majori parte librum scripsit. „ Ex quibus cognoscimus librum hunc prodiisse Parmæ Anonymum, qua de causa Arnoldus laudati Lign. Vit. lib. 2. cap. 72. pag. 440., ejus libri vere aurei Auctorem vocat *Monachum quendam Congreg. S. Justinæ, quæ nunc Casinensis dicitur*, quia nimirum ignoravit, Hilarionem illum, de quo ipse met egerat supra cap. 69. pag. 425. ejus esse germanum parentem; Ceterum Auctor librum hunc primum Italicâ, dein Latinâ linguâ concinnavit, ut ex Præfatione liquido constat; in eoque animam Orationis medio, ad contemplationem dirigit, ac disponit, & Orationis Dominicæ valde prolixam expositionem adornat. De Hilarione Mediolanensi præter Arnoldum cum laude agunt etiam Philip. Piccin. in Athenæo Litterar; Mediol. pag. 380. Ant. Poss. in Appar. Sacr. tom. 2. Plac. Pucc. in Nomencl. Abbatum pag. 20. & in Chron. Glassiaten. cap. 68. ubi dicit eum fuisse *Virum pium, & doctum*, bis extitisse Abbatem prædicti Monasterii Glassiatensis; & obiisse in Cœnobio S. Benedicti de Mantua anno 1521. Hippol. Marrac. Biblioth. Marianæ par. 1. pag. 195. & seq. eruditione, doctrinâ, morumque probitate perillustrem eum nuncupans. Anton. Teisser in Auctario Catalogi sui &c. Genevæ impressi an. 1705. pag. 114. ubi supplementum Voraginis tantum recenset.

HILARION A VERONA Cœnobii SS. Nazarii, & Celsi ibidem alumnus factus anno 1464., una cum proprio Patre, qui vocari voluit Balthassar, Vir fuit Latinis, Græcisque literis valde excultus, ut indicant sequentes ejus lucubrationes

1 *Paraphrasis in Rhetoricam Hermogenis*, concinnata ab eo circa annum Domini 1516. teste Arnoldo Wione, sed postea impressa Venetiis anno 1523. dicata Petro Basadonnæ Patritio Veneto Consuli Rhetymnensi * in Insula Creta. Extat etiam Ms. Romæ in Bibliotheca Sapientiæ tomo 2. Miscell. profanor. Constantini Cajetani cum hoc titulo *Rhetorices Hermogenis Compendium: Hilarione Monacho Interprete*; ubi in margine hæc leguntur *habetur unâ cum multis tractatibus Rhetorices Antiquorum aliquot Rhetorum, ut Georgii Trapezuntii &c.* Venetiis apud Aldum 1523. Item transtulit de Græco in Latinum sermonem

* Retimo.

2 *Dialecticam Jo. Damasceni*, & 3. *Quæ de vita recte instituenda tradidit Dorotheus Archimandrita*; quæ habentur tom. 11. Bibl. Patrum; Ita Jo. Gerardus Vossius lib. 3. de Histor. Latin. pag. 513. editionis Lugduni-Batavorum anni 1651. ubi alia etiam ejus opera a nobis supra recensita enumerat, ac deinde mortis ejus historiam narrat his verbis „ De obitu ejus hæc reperi apud Laurentium Mona- „ chum. præfatione in doctrinas Dorothei. *Dum noster interpretes in humanis age-* „ *ret & Hierosolymam visendi desiderio ductus pergere cæpisset, in itinere constitutus,* „ *in Rhodo Insula, ex Cycladibus præcipua, diem clausit extremum, ac naturæ debi-* „ *tum solvit, civibus cunctis, Monachisque omnibus ejus transitum collacrymantibus* „ De eodem verò Laurentio Monacho, prædictæ Præfationis Auctore, idem Vossius eodem l. 3. cap. 11. *De Scriptoribus incertæ ætatis* pag. 818. quædam refert scitu nec inutilia, ut arbitror, nec injucunda „ Laurentius (inquit) Mona- „ chus Casinensis, ac posteà Episcopus, carmine egit de Passione S. Mauri Castrensis

„ sis Episcopi, de vita S. Wenceslai Regis, deque pervigilio, seù vigilia S. Bene-
„ dicti. Hæc, atque alia ejus Mss. Casini superesse in VI. pluteo ad dexteram Biblio-
„ thecæ, auctor mihi Possevinus: qui & de eo remittit ad Petrum Diaconum de
„ Viris Ill. Casin. c. VI. Addit quoque, eumdem esse Auctorem Præfationis *in doctri-*
„ *nas Dorothei*, quæ extat in Bibliotheca SS. PP. tom, 11. editionis secundæ. Sed
„ vel non satis assequor mentem Possevini, vel mirificè eum ratio fugit; nam Pe-
„ trus Diaconus, quem de hoc Laurentio Monacho scripsisse refert, vixit circa an.
„ 1145.: at ille Laurentius Monachus, qui Auctor est Præfationis Dorothei admo-
„ dum recens est. Nam ait, Interpretem Dorothei esse Hilarionem Monachum Ca-
„ sinensem. at Hilarion ille floruit circa annum 1516. annis 450., & amplius post
„ Petrum Casin., quemadmodum ex iis liquere arbitror, quæ superius de illo attu-
„ limus „ hæc Vossius. Ego autem Laurentium hunc Juniorem existimo esse Lau-
rentium Vicentinum (de quo infra suo loco) qui Chronicon Leonis Ostiensis Ve-
netiis anno 1513. edendum curavit, nam temporis, & studiorum ratio cum
eo optimè congruit.

HILARION CORBETTA nobili familia Mediolani exortus (frater fuit Gualterii Corbettæ Senatoris Mediolanensis, qui Cardinalis Jo. Moroni affinis, ob insignes virtutes eximiis laudibus celebratus fuit a Paulo Jovio in vita Ferdinandi de Avalos l. 7.) Ticini-Regii, quæ nunc Papia, in Monasterio S. Salvatoris nostræ Regulæ nomen dedit anno 1515. die 24. Febr. Claruit Philosophiæ, Theologiæ, Jurisprudentiæ, linguarumque Græcæ, & Latinæ peritià, ac omnigenà eruditione, quam, ut assequeretur, utriusque idiomatis celeberrimis Authoribus interpretandis, explicandisque longo admodum tempore invicto labore insudavit, ac plures, eosque insignes discipulos in his nobilissimis, ac utilissimis studiis peramanter instituit, omniumque ævi sui doctissimorum Virorum, in primisque Gregorii Cortesii, Hieronymi Cardani, Laurentii Flori, aliorumque, qui eximiam ejus, præclaramque doctrinam summoperè suspiciebant, familiaritate est usus. Nec ejus virtuti præmia, ac dignitates defuerunt, nam Abbas electus, Lirinense Monasterium administravit. Quæ omnia nos docuit ejus non parvæ quidem molis

1 *Liber Epistolarum* Latina lingua elegantissimè scriptus in 4., Græcisque sententiis identidem exornatus, qui utriusque idiomatis nitorem, ac proprietatem præsefert, Auctoremque melioribus disciplinis medullitus imbutum ostendit, quem lib. Ms. pluries percurri, ac perlegi Papiæ an. 1687. in Bibl. S. Salvatoris, ubi per id temporis Philosophiam edocebam, ex eoque præter plurimas Epistolas, easque pulcherrimas, ad doctissimos Viros conscriptas, cognovi quoque Hilarionem nostrum alia plura scripsisse, ac præsertim pleraque Græcorum Authorum opera in Latinum sermonem transtulisse, inter quæ est,

2 *Oratio in Telismanum*. Item 3. *Gregorii Nazianzeni Orationes* traduxit, & commentatus est, unàcum aliis Monachis doctissimis, nempè *Eguatio*, *Angelo Justiniano*, *Aloysio*, *Camillo Brixiensi*, *& Cornelio Veneto* Græcè, & Hebraicè peritis, qui etiam 4. *Isocratem*, *& primam Aristophanis Comœdiam* interpretati sunt; Item Hilarion 5. *Demosthenis Orationem in Timocratem* Latinè vertit, & ejusdem Demosthenis orationes *de Republica ordinanda*, *& de Classibus*. 6. *Matthæi Regis Pannoniæ Religiosissimi Commentaria Græca in Can. Canticorum Salomonis* vetustate consumpta, primò Græcè transcripsit, mox Latinitate donavit, & quidem Græcè, & Latinè ea imprimenda paraverat an. 1538. 7. *Aristophanis* alias *Comœdias* interpretatus est. Scripsit etiam quamdam *Apologiam* pro se ipso. In calce libri extant Latina quædam *Adagia*, quæ incipiunt. *Aliud est Judicium Dei*, *& aliud hominum*. Item 8. *Præcepta laudandi ex Aphtonio Rhetore*, *sive*

 excm-

exemplar. incipit. *Operæpretium est observare &c.* item 9. *Comparationes ex eodem*, incipit: *Vehementer essemus accusandi*.

10 Pag. autem 974. *Epistola* ad Camillum Pallavicinum ita de se ipso loquitur Corbetta „ Ego tot annis dedi operam obtinendis, adipiscendisque Poetarum „ fabulis, Rhetorum coloribus, naturali Philosophiæ, ac humanis legibus. Chrysostomus verò Calaber Monachus doctissimus, posteaque Archiepiscopus Ragusinus (de quo supra) eidem Hilarioni scribens „ Te non tantum, inquit, amo, „ sed admiror etiam, ac veneror, idque ob non vulgares illas animi tui dotes, „ quas & commendari semper, & miris subindè laudibus extolli ab omnibus audierã „ Zacharias Caymus Epistola ad Hilarionem „ efferebar lætitia non mediocri, me „ ab eo laudari, qui ipse sit laudatissimus, quique unus probitate, elegantia, mo- „ rum suavitate, & literis emineat „ & post aliqua „ Cur enim tibi Græcos libros „ non dem, cui literas ipsas Græcas deberem? „ Laurentius Florus utriusque linguæ peritissimus Epistola ad eumdem Hilarionem „ Nihil est, quod aut literas meas, „ aut meam expectes correctionem, nam id esset in albo lapide nigra linea, neque „ decet anseres strepere inter olores. Ego enim is sum, qui neque Veneris Sanda- „ lium carpere norim. Tua enim, sed cœco videntur nuda venusta, tanquàm veste „ detracta, ut Ciceronis etiam verbis abutar. Sanos itaque homines ab interpretan- „ do deterres, nullus tibi notam posset inurere, concordat enim corde calamus. „ Hoc mirum quod ornasti, quibus quidquid decori accidere poterat, ornamentis.

HILARION Genuensis patria, in S. Nicolao, vulgò *de Buschetto*, inter nostros cooptatus est anno 1533. die 21. Martii. Vir utique probus, ac Divini honoris Zelotes, ut ejus docta, ac præclara opera in Divinam Scripturam (erat enim doctrinâ etiam, præcipuè Sacrâ spectabilis) claré admodum indicant, nec non Conciones quamplurimæ, quas tum ad Populum, tum ad Brixienses Moniales Ordinis nostri habuit; nam plures annos illis præfuit, earumque Confessiones excepit. Creatus deinde fuit Prior, ac postmodùm Abbas, demumque in S. Martino de Peglio, in Occidentali Liguriæ ora diem clausit extremum circa annum 1585., ut putat Arnoldus, qui de eo agit, Lign. Vit. lib. 2. cap. 69. pag. 425. Sed ego, si conjecturis uti licet, longe post ejus obitum contigisse existimo, nam an. 1591. aliquot ejus opera edita sunt Brixiæ, Genuæ, & Taurini, ut mox narrabimus; At editiones post Authorum fata, licet aliquandò posterorum curâ fiant, raro tamen, ac difficulter id accidere præsertim ea ætate potuisse, ignorat nemo. Index autem operum ejus hic est.

1 *De latissimo Avaritiæ dominatu* l. 4. in quorum tertio *Cambiorum* (ut vocant) contractum illum, qui nunc, ut plurimum in usu habetur, illicitum esse, atque in animæ perniciem exerceri, pro viribus, & copiosè demonstratur, cui accessit doctissimi *Nicolai Senaregæ* Patritii Genuensis J. U. D. firmissimis rationibus fulta sententia, qua eosdem contractus minùs justos esse, atque nullo jure licere probatur; Brixiæ ex officina Damiani Turlini anno 1567. in 4. item

2 *De cambiis* l. 2. pariter Brixiæ in 4.

3 *Commentaria*, *seu animadversiones in Sacrosancta quatuor Evangelia, ad verum Christianismum continendum non inutilia*, quæ Sectionibus duabus divisa, tom. 2. efficiunt, in quarum prima Matthæus, & Marcus, in secunda Lucas, & Joannes expenduntur. Brixiæ anno 1567. ex officina Damiani Turlini in 4., & an. 1578. apud Thomam Bozzolam operâ Petri Mariæ Marchetti in 4. itèm Italicè

4 *Sermoni fatti alle Monache di Brescia* stampati in diversi tomi in Brescia l'anno 1565. apud Ludovicum de Sabbio in 4. petente Jo. Baptista Bozzola: cui adnectitur, Tractatus ejusdem Hilarionis, *de frequenti Communione* in 17. capita divi-

sus

sus, quas Conciones *doctissimas* vocat Arn. loco paulò ante citato, nec *omnibus passim penetrabiles*.

5 *De amore erga Deum Orationes* 23., in quibus quidem in studiosorum gratiam non ineruditè explicatur, qua ratione is amor progignatur in nobis, quibusque item officiis in dies enutritus, firmetur, & auctior fiat. Brixiæ apud Thomam Bozzolam anno 1587., & iterum ibidem eodem anno 1587. in 4.

6 *Delle qualità, che con la Divina Grazia deve havere ogni buon Cristiano; Prediche* 21. *della Quaresima. In Genova presso Girolamo Bartoli* 1587.

7 *Prediche efficacissime, che insegnano ad ottenere grazia da sua Divina Maestà di vivere, e far profitto nella Santa Fede. In Genova* 1587., *dalle quali si possono cavare brevi sermoni, o discorsi per farsi nella Quaresima*. Est magnum volumen in 4. continens tantum Conciones 21., sed longissimas, ut eo tempore moris erat, typis adeo prolixas mandare, veluti sunt etiam Conciones celeberrimi Cornelii Mussi Episcopi Bituntini satis prolixæ, explicantes egregiè, stylo tamen Concionatorio, dogmata Catholicæ fidei, quo studio, & cura tunc in Italia maximè opus erat, ut ab Hæresum circumquàque grassantium contagione illæsa præservaretur; continentur autem singulæ 25., vel eo amplius paginis, quas idcirco unico, vel etiam bino, aut terno die populis recitare impossibile omninò erat, nisi tota die, vel maxima diei parte Orator concionaretur. 8. *Taurini* autem alia Concionum ejus impressio facta est anno 1591. cum hoc titulo. *Delle Prediche Quadragesimali del P. D. Hilarione Monacho Casinense, utili a' Predicatori, Curati, Padri di famiglia, & altri, che vogliano sapere per se, & insegnare ad altri la vera via della salute par.* 1. *&c.*

Augustinus Oldoinus, qui de Hilarione agit in Athen. Ligust. pag. 257. recenset aliud opus ab Hilarione Italicâ linguâ conscriptum, videlicet 9. *Discursus tres vulgari lingua de tribus abusibus, qui Christianam Rempublicam premunt, videlicet, de Cambiis, de Saltationibus, ac de Luxu vestitus, fabricæ, ac muliebris pigmentationis, Brixiæ*. Ità Oldoinus, qui vocat Hilarionem, sanctis moribus illustrem, scientiisque ferè omnibus ornatissimum, cujus memoria elapso jam sæculo adhuc apud Genuenses cum laude, atque amore plurimùm vigebat, enumeratque plures insignes authores, qui eum inter viros doctrinà præditos referunt, nempe Conradum Gesnerum, Ant. Poss. in App. Sac. tom. 1. pag. 758. edit. Col. anno 1608.) Augus. Schiaffinum, Georgium Draudium, Raphaelem Sopranum &c. Item Petr. Ricord. hist. Monast. Dial. 4. pag. 463. a tergo, eum inter illustres Scriptores recenset, asserens, magnum volumen edidisse *Concionum* ad Moniales Brixienses habitarum, in plures libros divisum lingua Italica, in quibus plurimi divinæ Scripturæ insignes textus expenduntur, & illustrantur &c. doctè quidem, sed ita tamen, ut non adeo facile intelligi possint, quod sanè minimè esset laudandum in Concionibus præsertim, quæ claritatem, & perspicuitatem omnino requirunt, non solùm pro legentibus, sed multò etiam magis pro audientibus, maximè vero pro Monialibus, nisi credendum potiùs esset, eas ab Hilarione clariùs, ac breviùs populo, ac Monialibus recitatas, fusiùs deinde, ac elegantiùs typis fuisse commissas: vivebat an. 1575. teste eodem, propè Genuam in loco vulgò dicto *Peggi* valdè pulchro, & ad philosophandum aptissimo, ubi nova adhuc opera scribebat. Locus autem ille aliter, & rectius *Pegli* dicitur, ubi Ecclesia est cum animarum cura, subjecta Monasterio nostro S. Nicolai de *Buschetto*, ubi diem obiit, ut supra dictum est; De eo in nostris Regestis dicitur, *Vir doctissimus multa scripsit*.

HILARIUS, cognomine *Bologna* patrià Mediolanensis, ubi in S. Simpliciano Regulam nostram professus est an. 1616., die 25. Januarii, Floruit non scho-

lasticis solùm, & contemplativis scientiis, sed etiam Sacris, amænisque literis, quibus admodum fuit celebris, ac illustris, florentissimis idcircò Italiæ Academiis certatim adscriptus. Morum doctrinæ seriam, ac sedulam impendit operam, eamque Brixiæ non sine plausu tradidit, sed cum ad Evangelicas Conciones studium omne, ac vires convertisset, in ea facultate profecit adeò, ut nobiliores per Italiam suggestus, Mediolani scilicet, Florentiæ, Venetiis, Genuæ, Bergomi, Bononiæ, alibique singulari semper Auditorum frequentia, & admiratione conscenderit; inter celebriores proindè sui ævi Concionatores haud postremum locum adeptus. Straverat quidem illi virtutis meritum ad Regulares dignitates expeditum iter, jamque Decani, ac Præpositi munera ei delata fuerant; Sed ipse nihilominus optimorum studiorum amore irretitus, Prioratu spontè dimisso, ad ulteriora aditum sibi præclusit, Abbatis tantùm titulo contentus: Denique in Monasterio S. Salvatoris Papiæ anno ætatis 63. fato cessit his relictis studiorum suorum monumentis;

1 *Il Sole, & il Mondo delle Glorie del Gran Patriarca S. Benedetto, e degli huomini illustri di sua Religione; Panegirico dedicato alla Santità di Alesandro VII. in Venezia presso il Tomasini 1656. in 4.*; estquè opusculum non adeò parvæ molis, qualem Panegyris titulus videtur præseferre, continet enim paginas 200. illustrioribus Monastici Ordinis historiis adornatum.

2 *Il Trionfo dell' amor Divino. Panegirico per S. Caterina d' Egitto impress.*, teste Philip. Picc., ut infra. 3. *Le Sagre Spoglie di S. Bernardo Panegirico impress.*, teste eodem. 4. *Le Prediche Quaresimali*, quas Mss. reliquit, & alia opera, ut idem Piccinellus asserit. 5. *Composuit* etiam aliud majus volumen de rebus omninò sacris, sicut ipsemet asserit in Epistola ad Lectorem præfixa Panegyri S. Benedicti in hæc verba „ Se egli sarà mirato con occhio benigno, uscirà ben tosto ac-
„ compagnato da un volume assai maggiore di materie pur Sagre, che già stà pron-
„ to, nè altro vi manca, che trascriverlo.

Ejus meminere cum laude Angelus Maria Arcioni in libello de translatione SS. Parmensium pag. 32. Philip. Picc. laudatus in Athenæo Literat. Mediolan. pag. 379., qui illum nobilioribus scientiis insignitum describit, suique temporis Concinatorem egregium appellat; Ad eum legitur longissima Epistola Jo: Caramuelis ejus laudibus plenissima;

Meminit ejus Bernardus Pez Mellicensis Epistola x. apolog. pag. 252. At Bergomates sibi gratissimæ prædicationis ab Hilario in S. Mariæ Templo habitæ, illustre testimonium toti Orbi exhibitum voluerunt, edito libello prosa, & carmine ejus laudes exprimente cum hoc titulo. *Plausus in Orbis Theatro datus* Hilario Bononiæ *Mon. Casin. Bergomi in S. Mariæ anno* 1639. *Concionatoris munere egregiè perfuncto; Bergomi typis M. Antonii Rubei*,

HIPPOLYTUS MANTUANUS, nobili familia Andreasia prodiit, & in Monast. S. Benedicti de Padolyrone Monachus fieri voluit anno 1599. die 5. Julii, cujus etiam Monasterii creatus postea fuit Abbas, demumque ab Urbano VIII. Episcopus Interamnensis in Umbria renunciatus anno 1639. die 2. Aprilis. Ab eo editæ sunt

1 *Constitutiones Sacræ Interamnensis Ecclesiæ* in Diœcesana Synodo promulgatæ, quam habuit anno Domini 1643. ex Ughello Ital. Sacr. tom. 1. pag. 831. Obiit Mantuæ anno 1646. mense Octobri, & apud Monachos honorifice humatus fuit.

Eo Abbate, & adjuvante Corpus celeberrimæ Comitissæ Mathildis, de Mantuano Cœnobio benemerentissimæ, *Urbani VIII.* Pontif. Max. jussu, Romam in Vaticanam Basilicam translatum fuit, ubi magnificentissimo, pulcherrimoque Sarcophago ab Equite Laurentio Bernino delineato reconditur, in cujus anaglypto

glypto

glypto *Gregorius VII.* Summus Pontifex sedens conspicitur, Henrico IV. Cesari genuflexo, nudis pedibus, ac dextro humero ejusdem Pontificis pedes exosculanti, ab anathematis vinculo Mathildis precibus, coram Abbate Cluniacensi, aliisque Principibus Viris, absolutionem impertiens, quod anno 1077. Canossæ contigit. Supra vero tumulum talis legitur Inscriptio.

Urbanus VIII. Pont. Max.

Comitissæ Mathildi Virilis animi Feminæ Sedis Apostolicæ Propugnatrici Pietate insigni, liberalitate celeberrimę, hùc ex Mantuano S. Benedicti Cœnobio translatis Ossibus, Gratus æternæ laudis promeritum Mon. Pos. An. MDCXXXV.

Hujus translationis meminit quidem *Felix Contelorius* in Genealogiâ Mathildis Interamnæ post ejus mortem impressâ, sed Hippolytum nostrum perperam Josephum appellat. Irrepsit quoque ibidem anacronismus, forsitan Typographi incuria; cum ejusdem Mathildiani Corporis traditio ab Hippolyto Romæ facta dicitur Emo Francisco Barberino Congregationis nostræ Protectori anno 1642. cum potius an. 1632. eam contigisse dicendum sit.

HIPPOLYTUS A CREMONA in Cœnobio S. Benedicti Padolyronensis regulam nostram professus est anno 1588. die 13. Sept. scripsit

Vitam Comitissæ Mathildis, quæ ibi asservatur Ms. *fuit Prior*, ex nostris Regestis pagina 53.

HIPPOLYTUS A' VIGILIIS in Appuliâ, familia de Beraruccis, in S. Severino Neapolis Monasticis votis se obstrinxit anno 1634. die 19. Octob. Vir fæcundo, ac prompto ingenio præditus, non modò Scholasticis, sed humanioribus etiam literis excultus, Philosophiam, ac Theologiam plures annos docuit, ac Otiosorum Academiam, aliàs Neapoli valdè celebrem, insigniter promovit, auxitque. Utque erat multiplici eruditione dives, ac Senecæ operum, declamationum præsertim, Lector assiduus, dulcissimum proindè, ac gratissimum, utpote lepidissimis sententiis, doctisque argutiis ornatum, colloquium omnibus præbebat. Creatus deinde Abbas, Monasterium S. Severini annis quinque administravit, aliaque rexit Cœnobia. Abbas postmodum S. Laurentii de Aversâ cum esset, ab Alexandro 8., qui ejus merita optimè noverat, Episcopus Casertanus fuit renunciatus. Illi Ecclesiæ annis fermè sex laudabilitèr cum præfuisset, naturæ tandem ibidem debitum solvit an. 1695. die 25. Septembris, ætatis suæ 83. scripsit

Plura *Carmina*, & *Academicas Orationes*, inter quas vidi 2. *La Fenice, Panegirico recitato nel Capitolo Generale de' Padri Casinensi in Perugia*, quæ est impressa, agitque de Benedictinæ Religionis Fastis.

Eum laudat Benedictus Laudati, de quo supra in Brevi Chronico San. Severini lib. 5. pagina 366.

HIPPOLYTUS PUGNETTUS honestis parentibus Placentiæ ortus an. 1677. in Collegio PP. Soc. Jesu liberalibus artibus sedulo incubuit, mox D. Benedicti institutis in Monasterio S. Mariæ de Cæsena nomen dedit anno 1697. die 7. Martii; Sacrarum literarum, Hebraicæ, Græcæque linguæ, ac nobiliorum Scientiarum studiis jugiter intentus, annis sex sub celeberrimi Abbatis Benedicti Bacchini disciplinâ Ecclesiasticæ Philologiæ strenuam navavit operam, ex qua doctrinæ, ac eruditionis plurimum hausit; quam studiorum rationem in reliquâ vitâ constanter prosequutus est, nam Solitudinis, ac Cellæ amantissimus, non solum profanorum Authorum, sed multo etiam magis Sanctorum voluminum lectioni, rerumque cęlestium contemplationi omne fere tempus impertiens, profundam, reconditamque tùm utriusque Fœderis, tùm divinorum Mysteriorum intelligentiam obtinuit, unde plurimæ etiam mysticæ cognitiones emanant. Juvenis adhuc Sac. Conc. in Cathedrali Cæsenatensi per annum habuit, & divinos Codices ali-

quan-

quando est interpretatus. Variis insuper in Monasteriis commoratus est, Mutinæ, Placentiæ, Perusii, sed omnium maximè Assisii, undecim nempe propemodum annis, ubi etiam Vicarii, idest Parochi officio in nostra Ecclesia perfunctus est, magno sane animarum, & decoris domus Dei zelo succensus; Studiorum autem suorum uberes fructus, varia, ac utilissima opera in lucem emittere disponebat, libello eorum prodromo Perusiæ an. 1719. typis Constantini jam evulgato una cum Epistola *de Re Synodica Italiæ* colligenda. In prospectu autem laudati Prodromi, hæc promittuntur

1 *Maxima Collectio Synodorum Italiæ*, seu Concilia omnia Provincialia, & Diœcesana selectiora in Universis Italicis Ecclesiis hactenùs celebrata a Collectoribus haud recensita, quæ D. Hippolytus Pugnettus Ord. D. Bened. Congregationis Casinensis Decanus, ad comprobandam Catholicam *Enosin*, & Acatholicam *Eunebisin* consiitandam in unum corpus redigit, Dissertationibus Philologico-Ecclesiasticis auget, observationibus, & notis eruditis, totam Ecclesiæ Hierarchiam juvantibus, illustrat, multis anecdotis codicibus, plurimisque utilissimis Indicibus, ad novæ Theologiæ Synodicæ ornamentum refertum opus exhibet, ubi Italica Ecclesia unitate doctrinæ, Harmonià disciplinæ, Sanctitate morum, perpetua, & constans repræsentatur contra Heterodoxorum calumnias. Præcedet Bibl. Synodica Italiæ, veluti Apparatus. Clementi XI. Pont. Max. D.D.D. itèm.

2 *Bibliotheca Synodica*, authores omnes, qui de Synodis Oecumenicis, Nationalibus, Provincialibus, Diœcesanis hactenus quoquo modo scripserunt utili methodo refert, Universamque Conciliorum materiam scientifico ordine digestam ita exibet Primo Volumine, ut Catholica Ecclesia unitate doctrinæ, concordià disciplinæ, & Sanctitate morum perpetua, & constans refulgeat contra Hæreticorum calumnias.

3 *Bibliotheca Tridentina Selecta*, auctores omnes, qui de Sacrosancto Tridentino Concilio in hanc usque diem ex instituto egerunt, singulari methodo continet, Pseudo-historicos, & Anti-scriptores hujus divinæ Synodi refellit, Conciliorum, & Sacrorum Canonum harmoniam construit, ac Tridentinæ Academiæ perpetuum Argumentorum aperit Thesaurum altero volumine.

Composuit etiam Hippolytus Sequentia Mss. opera a me visa Assisii apud ipsum anno 1729.

1 *Prediche, e Panegirici* num. 32. in quibus, nempe Concionibus, præcipua argumenta pro Apostolicis Missionibus ad Peccatorum conversionem tractantur.

2 *Discorsi Rettorici in diverse Academie*

3 *Philosophia meditata secundum recentiorum* Philosophorum placita continens Logicam, Phisicam, Metaphisicam, & Moralem

4 *Poesie Sacre*, de quali furono stampati molti Sonetti lib. 1. fra quali poesie vi sono alcune Odi Toscane sopra la Creatione del Mondo fino al diluvio

5 *Monasticæ Theologiæ Elementa, ac Synodicæ Prolegomena*

6 *La Geometria, Aritmetica, e Speculativa, e Pratica, e Morale con nuovo metodo insegnate* in Piacenza * Libri duo.

7 *Biblicæ Theologiæ Institutiones*, & opuscula varia lib. 1.

8 *De Scriptoribus Placentinis, ac Parmensibus* inceptum opus

9 *Exercitationes in linguas Hebraicam, & Græcam* cum Hebraicæ linguæ elementis, & Græcæ additamentis, ad Divini Verbi Intellig. contra Hæret. Tom. 2.

10 *La Liturgia Romana* libr. unus.

11 *Juris Canonici quatuor libri. Volumen* 1.

12 *Bibliæ Harmonicæ Idea descripta*

13 *Massime sopra le Verità della nostra Santa Fede libelli* 4.

* an. 1722. 1723. 1724.

14 *La Maniera di Studiare le principali Scienze Tom.* 2.
15 *Il Mondo Intelligente nell' Intelligibile Tom.* 1. cioè l' Huomo nella Reggia dello Scibile. Sistema, che riduce a Metodo Armonioso, e Scientifico tutta la Materia Bibliotecaria.
16 *Li Soccorsi della Memoria*
17 *Elogia Virorum armis, & literis Illustrium Augustæ Perusiæ*: Remanserunt ibidem apud Doctorem Petrum Paulum Christiani.
18 *Manuduzione alla Filologia*, o sia Metodo facile alle principali scienze, ed arti dettata in Assisi gli anni 1720. & 1721. tom. 2. in 4. Dialogi methodo digesti.
19 *Discorsi Preliminari allo studio di lingua Greca l.* 1. *in* 4.
20 *Bacchiniana Bibliotheca Epitome*, in qua libri omnes tam a Bacchino compositi, quam aliorum Authorum pro suo usu a Bacchino ipso comparati (optimæ sane notæ) referuntur, & compilantur, sed in completum est hoc opusculum
21 *De scutario Symbolo* Valentinæ familiæ Mutinensis, Apologia Politico-Juridica in fol.
22 *L' Orologio da mostra*: est confutatio libelli Gallica lingua conscripti, ejusce tituli, qui verius Schola profani Amoris dici debet, in fol. pagg. 21. & alia opuscula varia apud ipsum Authorem; omnia a me visa Assisii anno 1730.

Sed quo minus tam insignia opera, aut saltem eorum pars typis adhuc tradita sint, varia, eaque gravissima intercesserunt impedimenta; remanent itaque Mss. apud ipsum; De opere vero Synodico ab eo promisso Ephemerides Liter. Ital. Venetiis impress. an. 1719. tom. 31. art. 13. pag. 438. ita loquuntur, „ il Padre Pugnetti „ Benedettino ha messo gli eruditi in una somma espettazione di se stesso, e d' una „ grand' opera, il cui Prodromo, o l' Idea Generale egli ha publicato dalle Stampe „ del Constantini in Perugia, e della quale di poi per le più conspicue Città dell' Italia ne ha disseminato il Frontispizio.

HONORATUS ÆSERNIÆ in Samnio, nobili familia Fascitella natus, anno 1501., die 8. Decembris, Patre Marco Fascitello, Matre verò Margarita Caracciola, Professus est Monasticam vitam in Casinensi Archisterio anno 1519., die 8. Decembris, ætatis suæ 17., regularisque instituti, quod nuper ibidem a Patavinis Monachis egregiè reparatum fuerat, Custodem se, ac Promotorem diligentissimum semper exhibuit. Excelluit autem bonis artibus, variaque doctrina, ac eruditione; tum verò Græca, Latinaque lingua, sapienter earumdem præsidio sacras ipsas literas, quæ illi prima cura, explicans, & exornans; quamobrem scientiarum famâ jam ubique percelebris, a Julio III. Pont Max. Innocentio Montio, quem idem Pontifex in fratris filium adoptaverat, Præceptor datus, anno 1551., die 30. Januarii ab eodem Christi Vicario Episcopus Insulanus in Calabria creatus fuit. Tridentino Concilio interfuit, quod vel ex nomine in Catalogo Episcoporum ad calcem ejusdem Concilii, pag. mihi 303. recensito his verbis constat: *Honoratus Fascitellus Monachus Ord. Sancti Benedicti Neapolitanus, qui obiit Romæ mense Martio* 1564. *Episcopus Insulanus*. Poetica verò facultate adeò inclaruit, ut Paulus Jovius, ad celebrandos scientiis, armisque illustriores Heroas, Fascitelli musam sæpè sæpius acciverit, quæ quidem carmina tanti ab omnibus facta sunt, ut in deliciis Poetarum Italorum imprimi meruerint: Hinc quotquot ea ætate, doctrina, ac eruditione eminebant, Fascitellum, & amabant plurimum, & ejus literaria consuetudine maximè gloriabantur, summis proindè laudibus, qua voce, qua scripto eum prosequentes, Petrus videlicet Bembus, cujus amoris plena legitur Epistola ad Honoratum in lib. Epistolarum ejusdem Bembi Romæ impresso an. 1548., estque numero antepenultima. Joannes *della Casa*, Hieronymus Seripandus, M. Antonius Flaminius,

nius, Petrus Victorius, cujus legitur ad eumdem Epistola pag. 36. & seq. de ejus Episcopatu gratulatoria, aliique, & quod notatu dignissimum est, ipse-met Petrus Aretinus Jovio non parùm infensus, & fere in omnes maledicus, raro admodum præconio Fascitellum celebravit. At Honoratus, expletis annis undecim Pastoralis sollicitudinis, ut se ad æternitatis iter expeditius compararet, Episcopali honore deposito, integro biennio Deo, ac sibi unicè vacavit, demumque piissimè præsentem vitam æterna commutavit, Romæ ann. 1564. mense Martio. Permulta scripsit, quorum tamen pleraque ob temporum calamitates interciderunt, teste Placido Romano loco paulò infra citando; quæ verò modò supersunt, hæc sunt.

* D'Avalos. 1 *De Gestis Alphonsi * Davali Marchionis Vasti*: Opus insigne (inquiunt Jo. Baptista Marus, & Ughellus) heroico versu, nam ejusdem vitam soluta oratione elegantissimè descripsit supra laudatus Jovius.

2 *Carmina*, & sane pulcherrima, & elegantissima in laudem aliquot Virorum literis, armisque illustrium a Jovio Elogiis celebratorum, quæ impressa sunt cum iisdem Elogiis, & etiam in deliciis Poetarum Italorum, ut paulò ante diximus, alibique, sunt autem numero omnino quinque vario metri genere 1. *In Elogia Virorum Literis Illustrium* 2. *In Elogia Virorum bellica virtute Illustrium*. 3. *In Franciscum Arsillum*. 4. *In Carolum Magnum*. 5. *In Farinatam Ubertum*. Ex his carminibus primum, & tertium in Italicum sermonem convertit Hippolytus Orius Ferrariensis, qui etiam omnia Elogia Jovii Virorum literis Illustrium in idem Idioma traduxit impressa Venetiis an. 1658. apud Joannem de Rubeis; Legitur etiam Fascitelli lepidissimum Endecasyllabum ad eundem Paulum Jovium, in Collectione Carminum Illustr. Poetarum studio Jo. Antonii Taygetti Brixiæ apud Ludovicum Sabbiensem 1565. in 8. pag. 49. quod una cum aliis ejus Carminibus modo indicatis, aliisque legere poteris, si placet, in nostris *Analectis*; multaque alia Italica lingua scripsit, & quidem excellentissimè inter quæ,

3 *Poemata aliquot* a Jo. Mattheo Toscano collecta, ejusque cura impressa in primo volumine Carminum Illustrium Poetarum Italorum.

4 *Nonnulla etiam ejus Carmina* novissimè impressa sunt Patavii typis Josephi Comini una-cum Poematibus Sannazarii, & Altilii anno 1719., curâ, ac studio, itemque impensis V. C. Antonii Vulpii.

Cæterùm de eo maxima cum laude agunt Plac. Rom. in Supplem. ad Petrum Diac. de Viris Ill. Casin. pag. 118. editionis Romanæ anno 1655., qui tradit eum fuisse patria Æserniensem (quamquam corrupto vocabulo *Hiserniam* pro *Æserniam* posuerit) quidquid omnes ferè alii Auctores, qui de eo loquuntur in oppositum afferant, Neapolitanum appellantes; subditque Placidus fuisse eum in Græcis, humanisque, ac divinis Literis versatissimum, ex quo Placidi Supplemento tunc quidem Mss. totidem ferè verbis desumpsit Arnoldus Wion Lign. Vit. lib. 2. cap. 45. pag. 323., ut testatur ipsemet part. 2. in Adjunctis pag. 91., a quo vir doctus, & insignis Poeta audit. Jo. Bapt. Marus in Annot. ad eumdem Plac. addit, eum fuisse Marci Viri Clar. filium, vocatque ejus Poemata *Lepidissima*, Opus autem: *De Gestis Alphonsi Davali* insigne. Meminisse quoque ejus dicit Joannuccium Gerum l. 1. Poetarum Illust. Italiæ, & Honorium Caramellam in suo Musæo Illust. Poetarum hoc disticho.

Lacteus est Vates. Cur lacteus? undique lactis.
Nomen habet, versu est candidus, atque tener.

Ferdinandus Ughellus Ital. Sac. tom. 9. pag. 715., a quo Matris nomen didici, de qua superius mentionem feci. Petrus vero Aretinus in Comœdia, cui titulus: *Il Marescalco* Actu 5. Scen. 3. introducit Pædagogum, seriem Virorum

sua-

H

sua ætate Illustrium exponentem, inter quos, *Il Fascitello*, (*inquit Pædagogus*), *D. Honorato Luminare majus del Magnanimo S. Benedetto da Norsia &c.* Nicol. Top. in addit. ad suam Bibl. Neapol., (nam in corpore illum omiserat) pag. 346. col. 2. nomine non quidèm proprio, sed Scipionis *de Monti* nobilis, & eruditi Viri, qui collegit Auctores omnes, & Carmina ab eis composita in laudem D. Joannæ Castriotæ-Carrafæ, Ducissæ Nucerinæ &c. variis linguis conscripta, & typis edita in Vico- * Equensi apud Josephum Cacchum an. 1585. in 4. de Fascitello hæc profert „ Honorato Fascitello Vescovo dell' Isola, scrive così Latinamen-
„ te, che non cede punto a quegli antichi Romani, che scrissero con tanta perfe-
„ zione, scrive anco in lingua Toscana, e non senza molta vaghezza. Fù molto
„ chiaro, e famoso a suoi dì, e fù molto celebrato dal Bembo, dal Casa, e dal
„ Flaminio, e dagli altri, che furon a suoi tempi 99. „ Leon. verò Nicod. in Addit. ad eumdem Toppium pag. 390, & seq. affert alios etiam Auctores de Fascitello agentes, maximè autem prædictum Jo. Matthæum Toscanum in Peplo Italiæ lib. 3. pag. 78. & sequenti, laudantem impensissimè eumdem Fascitellum, atque inter cætera hæc dicentem. „ Fascitellum protulit Neapolis, Cardinali Farnesio
„ ob ingenii elegantiam charum, a quo, & Episcopatu honestatus est (officiis vi-
„ delicè suis) purissima ejus, & dulcissima *Poemata* quotquot in manus nostras ve-
„ nerunt, typis exaranda curavimus in primo volumine Carminum Illustrium Poe-
„ tarum Italorum, a nobis in lucem emisso pag. 275., multo tamen majorem Car-
„ minum numerum nondum luce donatum Poetices studiosi desiderant, quæ ali-
„ quando proditura non desperamus. Hæc Toscanus.

* Vulgo Vico di Sorrento.

Itèm Fascitellum laudant Jacobus Gaddi de Scriptoribus tomo 1. pag. 193. Hieronymus Ruscelli in Commentariis Italicæ linguæ lib. 2. cap. 6. pag. 88. Felix Egger Idea Ord. Hierarch. Benedict. l. 2. par. 3. diss. 4. pag. 261. & seq. In nostris etiam Regestis vocatur *Poeta insignis*.

Joannes Marius Crescimbenius Comment. in suam histor. Poesis Italicæ Vulg. tom. 2. part. 2. pag. 211. & sequen. impress. Romæ anno 1710. ad annum 1530. plurimùm Fascitellum commendat; humanis, divinisque literis Emum, Latina Poesi antiquis parem, vulgari verò pluribus etiam Magistris superiorem, præcipuè in venustate, ac vivido vigore &c. & volum. 3. eorumdem Commentariorum, ubi Poetarum specimina exhibet pag. 239. affert ejus Italicum Epigramma in laudem Joannæ Castriotæ &c., ac præter a nobis allegatos Auctores afferit quoquè ejus honorificam mentionem fieri in Indice Rhytmorum Cœlii Capilupi, quamvis nuncupetur ibidem *Farsitellus* pro Fascitello, & dicatur Episcopus Aversanus, prò *Insulanus*.

Scipionis Capycii; de principiis rerum

Tùm vitæ unanimem socium, comitemque laborum
Fascitelum, irati rapuit, quem Numinis ira
Redde meum, nil triste illi, durumque recepto
Ipse tuam eçlo demissam Virginis alvo
Progeniem, canet ille Duces, magnique triumphos
Avalidæ, qui nunc vires Orientis, & acrem
Impia compressit reparantem prælia Gallum

Jo: Matthæi Toscani Pepli l. 3.

Fascitelle satum blandæ Sirenis ad urbem
Te probat ille, madent, quo tua plectra, lepos
Parthenope æternos veris tua fundit honores
Perpetuo vernat flore Camena tibi
Citria nativo Patriæ auro mala renident

Aurea sunt Musæ pignora cuncta tuæ
Quam tibi cum patria bene convenit, illa Poetæ
Est patria, at Patriæ es ipse Poeta tuæ

Ejusdem

Citria mala tuæ, & quot flores Parthenopes tot
Munditiæ versus sunt Fascitelle tui

M. A. Flaminii

Fascitelle quid otio in beato
Dictavit tibi roscidis sub antris
Musa candida? nil soles profecto
Unquam scribere laurea corona
Non dignum; ipse miser tumultuosa
Urbe detineor: tibi benignus
Dedit Iupiter in remoto agello
Latentem placida frui quiete
Inter Socraticos libros, & inter
Nymphas, & Satyros, nihil profani
Curantem populi leves honores
Verum sivè aliquid Marone dignum
Pangis, sivè modis Horatianis
Iuvat ludere, quicquid est, Sodali
Tuo mitte: alii sibi, atque Musis
Scribant: tu cave carmina occulas, quæ
Digna sunt medio legi Theatro.

HONORATUS a Neapoli, familia Medicea Cœnobitarum vitam in Sac. Monasterio Casinensi professus, anno 1574., die 10. Februarii, prosequutus est *Annales Casinenses* a Placido Romano inchoatos (ut infrà in eodem Placido) usque ad ann. 1610., qui tomis tribus comprehensi extant Casini Ms. in Archivo.

Isidorus Ugurgerius: *Pompe Senesi* tit. 12. pag. 668. meminit Honorati Medicei, ejusque tertiam Annalium partem allegat. Constantinus Cajetanus in libro *de Religiosa S. Ignatii, sivè S. Enneconis &c. institutione* in præfatione pag. 13. & subseq. impress. Venetiis anno 1641. Honoratum 3. part. Annal. Casin. scripsisse asserit, S. Brunonem in exaranda Carthusien. Regula D. P. Benedicti Regula tanquam prototypo usum fuisse, & rursum pag. 51. l. 1. eum allegat. Sed quæ de Regula S. Brunonis ad instar Regulæ D. Benedicti efformatæ Cajetanus, & Honoratus asserunt, ego quidèm historicè, & cursim retuli, nihil in utramlibet partem affirmans; (neque enim mei est instituti) sed Eruditorum judicio ea omnia relinquo.

HONORIUS a Panormo Siculus, ex nobili familia Ansalonia S. P. Benedicti Regulam in S. Martini de Scalis Asceterio professus fuit, an. 1532., die 8. Dec.; Prior deindè plurium Monasteriorum, ejusdem scilicet S. Martini, S. Flaviæ Calataníxetæ &c. Vir Græcis, Latinisque literis satis excultus, scripsit

Grammaticam Græcam lib. 1., sive Grammaticæ Græcæ institutiones lib. 1. quem Ms. in præfato S. Martini Cœnobio asservari testes sunt Arn. Wion Lig. Vit. lib. 2. cap. 69. pag. 427., qui eum floruisse dicit an. 1570., & Antoninus Mong. Bibl. Sicul. p. 1. qui claruisse illum asserit anno 1590.

In Regesto pag. 249. a tergo dicitur de eo. *Prior doctus in Lingua Græca, de qua composuit Grammaticam*,

HONORIUS alius, itèm Panormitanus, ex familia de Jorlanda Monasterii ejusdem S. Martini de Scalis alumnus, Monasticum Institutum ibidem Professus anno

anno 1523. die 9. Novembris. Prior itèm prælaudati S. Martini, tum S. Nicolai Catanensis. Vir in Ecclesiasticis Ritibus, ac Cæremoniis, sacrisque Literis versatissimus composuit

Tractatum de duabus Mariis; volumen satis grande asservatum in Bibliotheca ejusdem Cœnobii S. Martini Ms.; claruit anno 1540. ex laudato Mongitore in præallegata Bibliotheca Sicula.

HONORIUS THOTUS a Cava, Campaniæ Oppido, in Sæculo Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor percelebris, deindè in Monasterio Sanctissimæ Trinitatis Cavensis Monachus factus an. 1609., die 10. Julii, ac posteà Decanus, & Sac. Congr. Indicis Romæ Consultor in Philosophica scientia magnos exantlavit labores, nam annos fermè triginta meditando, ac discutiendo Aristotelem insumpsit, ut genuinum ejus sensum assequeretur, quod ubi se obtinuisse existimavit, typis edidit in eumdem Aristotelem tomos tres, quorum talis est titulus.

1 *Novi Aristotelis sensus reconditi Paraphrasis, Explanatio, Coordinatio, summique ejus artificii detectio, in Acroamaticis, tomi tres: quibus nihil aliud a Magistro prætendi demonstratur, (per tot secula numquam penetrata incentione) quam sensata, & artificiosa Inventio Principii, & Finis hujus medii sensibilis, scilicet evidenter ostendere, Deum esse, & animam esse immortalem tom. 1.* Neapoli apud Dominicum Montanarum 1636. in 4. variis cum figuris ad Phisicas &c. demonstrationes faciendas.

2 *Tomus secundus de toto medio sensibili, quod hic Mundus ob Animam est, in libris de Cœlis, de Generatione, & Meteoris.* Ibidem eodem anno.

3 *Tomus tertius. De fine, Cui, omnium Corporeorum, in tribus libris de Anima inclusis Parvis Naturalibus*, ibidem eodem anno. Opus Philippo IV. Hispaniarum Regi dicatum. Item scripsit Thotus optimo stylo, elegantique sermone.

4 *Synodum Casinensem a Simplicio Caffarello Abbate Casinensi* coactam, impressam Romæ anno 1626., ejusdemque Synodi acta ad calcem adjecit; Fuit enim Thotus præfati Simplicii Abbatis a Secretis, Cancellarius, Censor, seù ut dicimus, *Examinator*, & Judex Synodalis totius Abbatiæ Casinensis. Sicut etiam an. 1628. fuit Examinator Synodalis Cavensis Synodi ab Angelo D. Fundis Abbate celebratæ.

5 Redegit etiam in Compendium, *Chronicon Cavense*, * quod Compendium imprimendum curavit Ferdinandus Ughellus Italiæ Sacræ tom. 7. col. 512. & seqq. primæ edit. Romanæ in Archiepiscopis Salernitanis

* Et etiam Tom. VII. Coll. Rer. Ital. Scrip. modò edit.

6 *Cursum Philosophicum*, qui aliquot tomis comprehensus asservatur Ms in Cavensi Bibliotheca.

7 *De Primatu S. Petri Apostolorum Principis* Ms. ibidem.

8 *Conciones Quadragesimales*, aliasque *per annum*: (nam erat etiam egregius Concionator). Mss. ibidem.

9 *In librum Proverbiorum Salomonis, & in librum Ecclesiastes expositiones* Gregorio Papæ XV. dicatas, quæ Mss. asservantur in Cavensi Archivo.

Ordinavit etiam, ac disposuit egregiâ methodo Archivum Monasterii S. Laurentii de Aversa, ejusque Repertorium confecit cum hoc titulo.

10 *Repertorium Archivi Monasterii S. Laurentii de Aversa labore P. D. Honorii a Cava dispositum.* Quod item præstitit *Archivo S. Angeli Cajetæ*, cujus Repertorium ab Honorio concinnatum exscripsit nitido, pulcherrimoque charactere D. Cornelius Rossetti a Neap. Sac. Monast. Casin. Professus. Obiit Thotus circa ann. 1668.

De eo agunt, Nicolaus Toppius in Bibl. Neap. pag. 181., qui tamen *Honoratum* prò *Honorio* illum vocat, & Cavensem Abbatem dicit, cum haud ultrà Decanatum progressus sit: tomique tantumprimi titulum narrans, valdè eruditum, ac ingeniosum eum appellat.

 Ber-

Bernandus Pez Bibliothecarius Mellicensis Epistola x. Apologetica, Campoduni 1715. pag. 232. in Catalogo Scriptorum Ord. nostri ab anno 1600. Felix Egger Petrhusianus Idea Ord. Hierarch. Benedictini l. 2. par. 3. dissert. 8. pag. 568. qui *Honoratum* etiam ipse (forté ex Toppio) pro *Honorio* nuncupavit.

In fine laudati Chronici Cavensis Ughelliani, (ubi de Viris Illustribus ejusdẽ Monasterii) addita sunt ista verba, vel ab ipso Ughellio, vel ab alio, *D. Honorius Thotus Theologus, ac Philosophus acutissimus, qui egregiè scripsit super totam Aristotelis Philosophiam in tomos tres &c.*

A

ADDENDA PRIMÆ PARTI

IN ANGELO GRYLLO

PAG. 32. Lin. penul. ante illa verba: Hæc poetica: Adde: In Libro, cui titulus: *Farrago Carminum* Davidis Podavinii Brixiensis in SS. Christi Sindonem, Augustæ Taurinorum asservatam, impress. Brixiæ apud Vincentium de Sabbio 1684. leguntur 23. Epigrammata Italica, & aliquot aliæ poeticæ lucubrationes Italicâ item linguâ Angeli Grylli.

Pag. 33. Lin. 19. in eodem Angelo Gryllo. Scripsit etiam Gryllus allegoricam Expositionem Epici Poematis ab Hercule Utino editi cum hoc titulo, *Avvenimenti amorosi di Psiche, del Sig. Ercole Udine*, ripiena di dilettose vaghezze, con l'erudita Allegoria del M. Ill., e Rm̃o Patre Abbate Grillo. In Venezia dal Ciotti 1626. Hæc allegorica expositio pulcherrima quidem, & lepidissima scripta a Gryllo in Epistolæ formam ad ipsum Herculem Utinum, legitur inter utramque Epistolam, Typographi nimirum ad Octavium de Rubeis nuncupatoriam, & laudati Herculis ad Lectorem. Invenitur pariter impressa in libro Epistolarum ejusdem Grylli, quas Octavius Mennini, aliiq. collectas, imprimendas curarunt Venetiis 1604. apud Ciottum in 4. libris 4. distinctas pag. 331. quam editionem quia anteà nobis ignotam, in eodem Gryllo non indicavimus. Vide insuper nostra Analecta in eodem.

Pag. 36. Lin. 27. In eodem Angelo Gryllo. Epigramma Urbani VIII. in ejus laudem legitur inter illius Pontificis, tunc temporis Cardinalis, Poemata impressa Parisiis an. 1620. apud Antonium Stephanum pag. 70.

Pag. 41. Lin. 37. In ANGELO DE NUCE.

In Ephem. Liter. impress. Romæ anno 1670. per Nicolaum Tinassium, quarum Author est Nazarius, tom. 9. pag. 109. & seqq. referuntur valde accuratæ Notæ Angeli de Nuce ad Chron. Cas. & ejus Appendix ad easdem, *de Existentia Corporis S. P. Benedicti Casini*.

Pag. 47. Lin. 13. In ANONYMO CŒSENATE. Anonymus Cęsenas Monachus nostræ Congregationis Professus, Cœnobii S. Mariæ de Monte, scripsit

De Elocutione tom. 2. (qui sunt potius Commentaria in Ciceronem *de Oratore*:) asservatos ibidem.

Pag. 51. LIn. 43.

ANSELMUS A SYRACUSIS in Sicilia apud S. Nicolaum de Arenis Catanæ Monachus evasit anno 16. die .... ac deinde Abbas ejusdem, aliorumque Cœnobiorum, & Congr. nostræ Visitator; Vir fuit morum honestate, & zelo Monasticæ Observantiæ præditus. Romæ in nostro D. Anselmi Collegio Theolo-

giæ,

giæ, ac J. Can. operam dedit, quod postea, sicut etiam Philosophiam, ac Theologiam 20. annorum spatio alios docuit. Multo insuper, ac diuturno labore, nec minori eruditione collegit

Quidquid umquam a Catholicis Authoribus scriptum fuit in defensionem Cathedræ Santi Petri, Romanique Pontificis Christi Vicarii 4. Tomis, optimo ordine, ac methodo digestum, prælo quidem paratum Opus, sed quod ejus morte interveniente Ms. remansit, obiit enim Militelli Abbas S. Benedicti ann. 1730. die 20. Augusti ætatis suæ 60. expleto.

Pag. 60. Lin. 46. in ARSENIO LEODIENSI. In antiquo Regesto apud me de eo sic dicitur. Hic fuit Cubicularius Eugenii Pape IV., post cujus mortem rediens ad Congregationem, obiit Abbas S. Pauli de Urbe.

Pag. 67. Lin. 20.

ATTILIUS VIGNOLA Patavinus, qui in Cœnobio S. Justinæ Deo se vovit an. 1690. die 24. Junii, & nunc Prior est Titularis, transtulit ex Gallico in Italicum Sermonem

Avvisi, e Riflessioni sopra le obligazioni dello Stato Religioso, per animare quelli, che l'hanno abbracciato ad adempire la loro vocazione: Opera utile non solamente a i Religiosi, ma ancora a tutti quelli, i quali vogliono vivere nel mondo con soda pietà. Composta * da un Monaco Benedettino della Congregazione di S. Mauro, e tradotta dal Francese da un altro Monaco Benedettino della Congr. Casin. In Venezia appresso Cristoforo Zane 1730. tom. 2. in 12.

* D. Jo. Paulus del Sault.

Pag. 146. Lin. 17. In CYPRIANO BENAGLIO adde. Anno 1731. in minoribus comitiis Brixiæ celebratis in Monasterio S. Euphemiæ die 15. Aprilis creatus fuit Prior Claustralis.

Pag. 148. Lin. 5. adde. Addenda Literæ C.

Pag. 149. Lin. 18. In DAVIDE ANGLO adde: Fuit autem Familia Codnero; & Alumnus S. Vitalis Ravennæ, in quo Cœnobio professionem Monasticam iniit anno 1606. die 11. Nov. Post aliquot annos in Angliam rediit, ibique haud parvo tempore Apostolicas Missiones magno zelo celebravit, & ob pietatem, ac Sapientiam, quâ eminebat, Serenissimæ Mariæ Mediceæ Galliarum Reginæ in paucis charus, eique a sacris Concionibus, & Eleemosinis fuit. In Anglia constitutus nonnulla elucubravit ad Orthodoxæ Fidei defensionem, & Catholicæ Ecclesiæ honorem, quæ a Viris eruditis luce dignissima sunt judicata. Verum dum in Italiam reditum maturaret, ut ea per typos publici juris faceret, ab Anglis satellitibus omnia ab eo fuerunt ablata, & perierunt, quorum ipse jacturam in Epistola nuncupatoria alterius operis mox indicandi commemorat. Regressus tandem in Italiam, cum ad illius manus pervenisset libellus Anonymus, quo Author æqualem D. Petri, ac D. Pauli potestatem fuisse autumat, ejus confutationem suscepit, quam etiam typis tradidit cum hoc titulo.

Analysis compendiosa authoritatum ab Anonymo quodam Authore ex SS. Patribus adductarum pro æquali S. Petri cum S. Paulo potestate in regendá olim Romanâ Sede Apostolicâ. Authore P. D. Davide Codnero Londinensi, Decano Congregationis Casin. Missionario Apostolico, & Christianissimæ olim Reginæ Mariæ de Medicis a Concionibus. & ab Eleemosinis, Ravennæ Typis Petri de Paulis, & Jo. Baptistæ Joanelli 1647. pagg. 55. in 8. Cardinali Bernardino Spadæ dicata; incipit; *Andabatas olim ferale Gladiatorum genus &c.* Hæc autem Analysis est tantum Isagoge, seu introductio longe majoris operis, quod moliebatur, ut ipsemet fatetur pag. 12. his verbis, nam fusiori refutatione ad omnia singillatim respondendo me quamprimum paro, & colligo; quod an perfecerit, & evulgaverit me adhuc latet.

Pag.

Pag. 231. Lin. 6. In HIPPOLYTO Pugnetti, ubi dicit. Elogia Virorum Literis & armis Illustrium Augustæ Perusiæ. Remanserunt ibidem, apud Doctorem *Petrum Paulum Christiani*. Adde. At idem Doctor Christiani hac de re a me requisitus, respondit per Epistolam datam Perusiæ tertio Kalendas Julii hujusce anni 1731. Pauca tantum aliquot Perusinorum Elogia a *Pugnetto* delineata potius, quam composita relicta sibi fuisse, quorum nullâ habitâ ratione, ipse ex Cesaris Alexii Manuscriptis, aliisque probatissimis tum Auctoribus, tum documentis desumptâ materiâ, omnium tam armis, quam literis Illustrium ad eam diem Perusinorum, suo Marte, suoque stylo Museum absolutissimum pro virili adornasse, nondum tamen typis consignatum.

FINIS PRIMÆ PARTIS

ASSISIJ Typis Feliciani, & Philippi Campitelli Fratrum. Anno 1731.

Superiorum Permissu.